R. P. HENRICI KILBER, S. J.

ANALYSIS BIBLICA

seu

UNIVERSÆ SCRIPTURÆ SACRÆ

ANALYTICA EXPOSITIO

EDITIO ALTERA

ANNOTATIONIBUS AUCTA

TOMUS SECUNDUS

LUTETIÆ PARISIORUM

IMPENSIS JULIEN, LANIER ET SOCIORUM, BIBLIOPOLARUM

4, VIA DICTA DE BUCI, 4

1856

ANALYSIS BIBLICA

EXCUDEBANT JULIEN, LANIER ET SOCII, CENOMANI

R. P. HENRICI KILBER, S. J.

ANALYSIS BIBLICA

SEU

UNIVERSÆ SCRIPTURÆ SACRÆ

ANALYTICA EXPOSITIO

EDITIO ALTERA

ANNOTATIONIBUS AUCTA

TOMUS SECUNDUS

LUTETIÆ PARISIORUM

IMPENSIS JULIEN, LANIER ET SOCIORUM, BIBLIOPOLARUM

4, VIA DICTA DE BUCI, 4

1856

LIBRI MORALES

VETERIS TESTAMENTI.

I.

PSALTERIUM DAVIDICUM.

REGULÆ

ANALYSEOS PSALTERII

EX

SS. PATRIBUS DESUMPTÆ.

IRENÆUS. « Quando (David) persecutionem quidem patiebatur a Saul propter justitiam, et regem Saul fugiebat, et inimicum non ulciscebatur, et *Christi adventum psallebat,* et sapientia instruebat gentes, et omnia secundum consilium faciebat spiritus, placebat Deo. » (*Contr. Hæres.*, lib. IV, c. XXVII, num. 1.)

TERTULLIANUS. « Omnes pene psalmi Christi personam sustinent; Filium ad Patrem, id est Christum ad Deum repræsentant. » (*Adv. Praxeam*, c. II.)

HILARIUS. « Non est ambigendum, ea quæ in psalmis dicta sunt, secundum evangelicam prædicationem intelligi oportere, ut, ex quacumque licet persona prophetiæ spiritus sit locutus, sit tamen totum illud ad cognitionem adventus D. N. J. C. et corporationis, et passionis, et regni, et ad resurrectionis gloriam virtutemque referatur. » (*Prol. in lib. psalm.* n. 5.)

« Non sum autem nescius plerosque, solum verborum sonum et litteram contuentes, nihil de omnibus fere psalmis congruum personæ D. N. J. C. existimare, putentque totum querelis prophetæ increpari. Sed nos litem non movemus. Neque enim destruimus, sed adstruimus, addentes potius de obscuris intelligentiam, quam simplicibus detrahentes; quia quæcumque David aut passus, aut questus est, etiam passionibus ejus, qui universitatis nostræ caro est factus, impleta sunt. » (*In psalm.* LIV, n. 9.)

« Omnia Domini dicta atque gesta et servi fide et prophetæ præfiguravit exemplo (David). Nunquam vero psalmorum prophetia, quotiescumque ex persona Domini profertur, non aliquid peculiare ejus ac proprium, quod alii cum eo commune esse non possit, adjecit. » (*In psalm.* CXLI, n. 3.)

« Esse autem plures memini, qui omnia, quæ in libris psalmorum scripta sunt, ad personam Domini nostri unigeniti filii Dei existiment esse referenda, nihilque in eis aliud, quam quod sit ei proprium, contineri. Quæ eorum opinio argui non potest... Quamquam enim id ipsum interdum imperite fiat : tamen per id quod ad eum cuncta referuntur, necesse est ut ea, quæ ei sunt propria, vere ac fideliter prædicentur. Cavendum autem est, ne dum omnia convenire in eum æqualiter opinamur, per assertionis hujus studiosam intentionem plurimum et divinitatis suæ dignitati, et corporationis sacramento, et operationum potestati, et passionis virtuti, et resurrectionis gloriæ detrahatur. Tenendus igitur modus est : et diligenter ac caute constituendum est, quid de divinitatis suæ nativitate, quæ ei a Patre est, fuerit prophetatum, quando ejus hominis quem assumpsit persona tractetur, ubi operatio, passio et resurrectio prædicetur : quid vero unicuique tempori congruat, quando fides gentium nuntietur, quando peccata anterioris populi arguantur, quando doctrina timoris Dei et confessionis eruditio ex prophetæ oratione præstetur. In his enim prophetiæ spiritalis ordo consistit. » (*Tract. in psalm.* LXIII, num. 2, 3.)

S. Athanasius. « In singulis pene psalmis significat (David) adventum Salvatoris, et quod, Deus quum sit, adventurus sit. » (*Ad Marcellinum, in interpret. psalm.* n. 5, opp. t. I, part. 2a.)

S. Ambrosius. « De virtute autem prophetiæ (David) quid loquar? Quod alii annuntiaverunt per ænigmata, huic soli palam atque aperte videtur promissum, ut Dominus Jesus ex ejus semine nasceretur, sicut dixit ad eum Dominus : De fructu ventris tui ponam super sedem tuam (*Psalm.* CXXXI, 11.). In psalmis itaque nobis non solum nascitur Jesus, sed etiam salutarem illam suscipit corporis passionem, quiescit, resurgit, ascendit ad cœlum, sedet ad dexteram Patris. Id quod nemo præsumpserat hominum dicere, hoc solus hic propheta annuntiavit; postea ipse Dominus in Evangelio prædicavit. » (*In psalm.* I, *præf.* n. 8.)

Pseudo-Rufinus. « Communis materia totius hujus operis (psalterii) Christus est, tripliciter acceptus : id est secundum divinitatem,

secundum humanitatem, et secundum corpus ejus quod est Ecclesia. » (*In psalm. titulos argum.* Opp. sect. 2ª., p. 4, edit. Vallarsii.)

S. Joannnes Chrysostomus. « Dixisti, o David, regnum Christi, dixisti et proditionem : *Qui edebat panes meos, magnificat super me supplantationem.* — Dic et judicium illius : *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania?* — Dic etiam crucem : *Foderunt manus meas et pedes meos; dinumeraverunt omnia ossa mea.* — Dic quoque fel ipsius : *Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto.* — Dic ipsius et unctionem : *Impinguasti in oleo caput meum.* — Dic ipsius et baptisma : *Super aquam refectionis educavit me.* — — Dic ipsius et mysteria : *Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me.* — Dic ipsius et calicem : *Calix tuus inebrians quam præclarus!* — Dic et Judæorum ejectionem : *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.* — Dic etiam convicia quæ a Judæis audiit : *Speravit in Dominum, eripiat eum, salvum faciat eam, quia vult eum.* — Dic quoque gentium salutem : *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* — Dic ipsius et sepulturam : *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* — Dic illius et in cœlos assumptionem : *Ascendit Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ.* — Dic et Apostolorum delectum : *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* — Dic etiam chorum virginum : *Adducentur regi virgines post eam.* — Dic item Ecclesiæ vocationem : *Astitit regina a dexteris tuis, in vestitu deaurato circumamicta, varietate ornata.* — Dic ejus sessionem a dextris : *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* O David universam prophetiam annuntiasti. » (*In psalm.* LIX, opp. t. V, p. 536. E.)

S. Augustinus. « Legat ergo illa (Augustini volumina in quibus psalmi exponuntur) qui voluerit et potuerit : inveniet quot et quanta rex David, idemque propheta, de Christo et ejus Ecclesia prophetaverit. » (*De Civit. Dei*, lib. XVII, c. XV.)

Theodoretus. « Passim Domini Christi tum passionem, tum resurrectionem vaticinatur (David), et prædictionis varietate, iis qui attendere volunt, plurimum affert voluptatis. » (*Præf. in psalm.* opp. t. I, p. 395. C.)

Cassiodorus. « Tribus modis psalmi loquuntur de persona Domini Jesu Christi pro instructione fidelium. Primum per id quod ad

humanitatem ejus noscitur pertinere..... secundo, quod æqualis et coæternus ostenditur Patri..... tertio a membris Ecclesiæ, cujus ipse dux et caput est Christus..... Hoc si animo recondimus, nulla confusione turbamur. » (*In psalt. præf.*, c. XIII.)

« Liber (psalmorum) inchoans a beatitudine Christi, novi et veteris Testamenti sacramenta percurrens, laudibus sacris et sancta jubilatione concluditur. (*Ibid.*, c. XVI.)

LIBER PSALMORUM.

PSALMUS I.

CHRISTI SANCTITAS ET JUSTITIA :

I. Sanctitas
- 1°. Immunis ab omni peccato; 1.
- 2°. Operatrix omnigenæ virtutis; 2.
- 3°. Ferax bonorum operum, exemplorum et eventuum. 3.

II. Justitia contra impios,
- 1°. In hac vita disjiciendos; 4.
- 2°. In judicio a bonis separandos; 5.
- 3°. In æternitate, his salvis, perdendos. 6 (1).

PSALMUS II.

TRIUMPHUS ET REGNUM CHRISTI.

Describitur

I. Adversantium Christo
- 1°. Gentilium et Judæorum fremitus ac conatus; 1.
- 2°. Principum et sacerdotum conspiratio; 2.
- 3°. Utrorumque aperta rebellio : 3.

II. Patris divini opposita his hostibus
- 1°. Irrisio et subsannatio; 4.
- 2°. Reprehensio et castigatio; 5.

III. Facta ab eodem Christi
- 1°. Ut regis ac legislatoris constitutio; 6.

(1). Cf. S. *Justinum* Apol. 1a. num. 40, Dial. cum Tryphone Judæo num. 86; *Origen.* in psalm. 1 (opp. t. 2); S. *Methodium* Conviv. decem Virginum Orat. 9. num. 3 (Galland. t. 3); S. *Athanosium* Interpret. psalm. 1 (opp. t. 3. sect. 2a. edit. Patav. a. 1777); S. *Cyrillum Hierosol.* Catech. 18. num. 4; S. *Zenonem Veronens.* lib. 1. Tract. 16. num. 2, lib. 2. Tract. 21. num. 1; S. *Gregor. Nyss.* Homil. 5. in Eccles. (opp. t. 1. p. 416, B); S. *Ambrosium* in psalm. 1. num. 36-41; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 1; S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 12. r. 44 (opp. t. 4. p. 525), *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 1; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 1 (opp. t. 4); Serm. 33. num. 2, Serm. 120. num. 9 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1); S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Isaiam lib. 5. t. 3 (opp. t. 2. p. 806); *Cassiodorum* Comment. in psalm. 1; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 19. c. 28. num. 51, in Ezechielem lib. 1. homil 2a. num. 6; *Bedam* in psalm. 1; etc. etc.

2°. Ut Filii Dei ab æterno geniti declaratio; 7.
3°. Ut Domini universorum inauguratio; 8.
4°. Ut pastoris ac judicis denuntiatio : 9.

IV. Regum ac Judicum officium

1°. Ex data instructione capiendum; 10.
2°. Cum mixta reverentiæ lætitia per servitutem Deo debitam præstandum; 11.
3°. Ex metu instantis pœnæ, et spe promissi præmii continuandum. 12, 13 (1).

(1) Cf. *Act.* IV, 25-28, XIII, 33; *Hebr.* V, 5; *Apoc.* XIX, 15; S. *Clementem Romanum* I ad Cor. c. 36; S. *Justinum* Apol. 1ª. num. 40, Dial. cum Tryphone Judæo num. 89, 122; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 21. num. 3; *Tertullianum* adv. Praxeam c. 11, adv. Judæos c. 12, 14, adv. Marcionem lib. 1. c. 21, lib. 3. c. 20 et 22, lib. 4. c. 25, lib. 5. c. 17; *Clementem Alexandr.* Strom. lib. 4 (opp. p. 528); *Origenem* in psalm. 2 (opp. t. 2), in Numeros homil. 17. num. 5 (*ibid.* p 338), in Jeremiam homil. 10. num. 7 (*ibid.* t. 3. p. 187), in Matth. Comment. num. 90, 130 (*ibid.* p. 902. A, 921), in Joann. Comment. t. 13. num. 1 (*ibid.* t. 4. part. 1ª. p. 213), contr. Celsum l. 5. num. 32 (*ibid.* t. 1); *Adamantium* de Recta in Deum Fide (opp. Origenis t. 1. p. 818. C); S. *Hippolytum* Demonstr. adv. Judæos num. 10 (Galland. t. 2. p. 450), Fragm. ex Comment. in Genesim (*ibid.* p. 478), *Novatianum* de Trinit. c. 9 et 26 (alias, 21); S. *Cyprianum* Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 13, lib. 2. c. 8 et 29, lib. 3. c. 119; S. *Methodium* Conviv. decem Virginum Orat.8. num. 9 (Galland. t. 3); *Lactantium* Divin. Institut. lib. 4. c. 15; S. *Alexandrum Alexandr.* Epist. de Arian. Hæresi num. 8 (Galland. t. 4. p. 446), Epist. de Arii depositione num. 4 (*ibid.* p. 452, 453); S. *Jacobum Nisibenum* Serm. 16. Quod Christus sit Deus num. 7 (Galland. t. 5. p. CX); *Julium Firmicum Maternum* de Errore Profan. Relig. num. 24 (*ibid.* p. 33); *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evang. lib. 2, 3, 4 et 7 (pag. 49, 100, 162, 182, 183, et 359. edit. Paris. a. 1628), Comment. in psalm. 2 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcor. t. 1), Comment. in Lucam c. 21. (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 197), Fragm. Theophaniæ num. 1 (*ibid.* p. 310); S. *Hilarium Pictaviens.* Tract. in psalm. 2, in psalm. 15. num. 3 (Galland. t. 5. p. 85), in psalm. 126. num. 17, in psalm. 144. num. 1; S. *Liberium* Orat. ad Marcell. num. 3 (Galland. t. 5. p. 76); S. *Athanasium* Exposit. psalm. 2 et fragm. Comment. in eumd. psalm. (opp. t. 1. part. 2ª. p. 805, 985), Supplem. in psalm. 2 (*ibid.* t. 3. p. 54), Interpret. ejusd. psalm. (*ibid.* sect. 2ª.), Orat. 2ª. contr. Arianos num. 52 et Orat. 4. num. 24 (*ibid.* part. 1ª. p. 411, 503), de Decretis Nicenæ Synodi num. 13 (*ibid.* p. 172), Epist. ad Marcell. num. 7 (*ibid.* part. 2ª.), Epist. Festali 10. num. 5 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 89), Epist. Festali 11. num. 5 et 14 (*ibid.* p. 102, 111 et 112); S. *Basilium M.* adv. Eunomium lib. 2. num. 24, Comment. in Isaiam c. 13. num. 263, de Baptismo lib. 1. c. 2. num. 6; S. *Optatum Milevitanum* de Schism. Donatist. lib. 2. c. 1, lib. 3. c. 2; S *Cyrillum Hierosol.* Catech. 7. num. 2, Catech. 10. num. 2, Catech. 11. num. 5, Catech. 12. num. 18, Catech. 14. num. 13; S. *Ephræm* in II Samuelis c. 23 (opp. Syr. Latin. t. 1. p. 432. A); *Anonymum Auctorem* Serm. in diem Pasch. num. 4 (Galland. t. 5. p. 94); *Marcum Diadochum* Serm. contr. Arianos num. 4 (*ibid.* p. 245); *Titum Bostrensem* contr. Manichæos lib. 3. num. 6 et 11 (*ibid.* p. 332. E, 338. C); *Didymum Alexandr.* de Trinit. lib. 1. c. 27, lib. 3. c. 17 (p. 79, 375), Comment. in psalm. 2 (Mai. supr. cit. t. 7. part. 2ª. p. 132), Comment. in I Petri (Galland. t. 6. p. 291. A); S. *Gregorium Nyssenum* Tract. 2. de Inscript. psalm. c. 8 (opp. t. 1. p. 307. D, 308), Testim. adv. Judæos c. 6 et 16 (Galland. t. 6. p. 585, 591), de Cognitione Dei

PSALMUS III.

CHRISTI PASSIO MORS ET RESURRECTIO.

Christus

I. Crucifixus exponit

1°. Multitudinem dolorum et adversariorum sibi infestam; 2.
2°. Exprobrationes et irrisiones de sua in Deum fiducia; 3.
3°. Spem suam in Dei protectione, favore et remuneratione positam; 4.
4°. Deprecationem ad Deum et suarum precum exauditionem. 5.

II. Mortuus, sepultus, resurgens : 6.

III. Redivivus

fragm. 8 et 17 (*ibid*. p. 711. C, 713. D), Homil. 2ª. in Ecclesiasten (opp. t. 1. p. 386. C, D); S. *Ambrosium* in psalm. 40. num. 35; *Theodorum Mopsuest.* Comment. in psalm. 2 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 1ª. p. 390); S. *Joannem Chrysost*. contr. Judæos et Gentiles num. 4 et 6 (opp. t. 1), Comment. in Act. Apostol. homil. 11. num. 1, homil. in illud : Pater si possibile est, num. 2, Comment. in psalm. 8. num. 5, Comment. in Epist. ad Hebræos homil. 3. num. 2, Catech. 1ª. ad Illumin. num. 4 (opp. t. 2. p. 230); *Collat. Carthaginensem* Mandat. Episcop. Catholic. (Galland. t. 5. p. 597); *Faustinum Presbyterum* de Trinit. c. 5. num. 2 et 5 (*ibid*. t. 7. p. 455, 456); *Tichonium* lib. de Septem Regulis, reg. 7ª. (*ibid*. t. 8. p. 125. B); *Pseudo-Rufinum* in psalm. 2; S. *Hieronymum* Epist. 14. num. 3, Epist. 65. num. 11, Dialog. adv. Luciferianos num. 14, Comment. in Isaiam lib. 1. c. 2, lib. 4. c. 9, lib. 7. c. 22, lib. 13. c. 45, lib. 14. c. 53, lib. 15. c. 57 (opp. t. 4. p. 32, 134, 310, 543, 622, 683 et 684), Comment. in Jeremiam lib. 1. c. 1 (*ibid*. p. 839), Comment. in Ezechielem lib. 5. c. 17 (*ibid*. t. 5. p. 196), Comment. in Zachariam lib. 2. c. 9 (*ibid*. t. 6. p. 858); Comment. in Epist. ad Galatas lib. 2. c. 4 (*ibid*. t. 7. p. 452); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 2; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 2. et in psalm. 109. num. 9, 18 (opp. t. 4), Serm. 218. num. 5, 6 (opp. t. 5), Serm. 24. num. 3, et Serm. 151. num. 1 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1), contr. Faustum Manichæum lib. 13. c. 7, Epist. 49. num. 2, Epist. 93. num. 9, Epist. 185. num. 3, 19, 20, de Agone Christ. c. 29; S. *Petrum Chrysologum* Serm. 37; S. *Cyrillum Alexandr.* de Adorat. in Spiritu lib. 8 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 278. E, 279), Glaphyr. in Genesim lib. 5 et 7 (*ibid*. part. 2ª. p. 166, 227), Glaphyr. in Exodum lib. 1. et in Deuteronom. (*ibid*. p. 255, 429), Comment. in Isaiam. lib. 1. Orat. 5, lib. 2. t. 1, lib. 3. t. 1, lib. 4. Orat. 5, lib. 5. t. 2 et 3 (*ibid*. l. 2. p. 145, 192. A, 203. E, 204, 390, 704, 755, 794), Comment. in Joann. lib. 3, 5, 12 (*ibid*. t. 4. p. 273, 464, 1036, 1046), de Trinit. Dialog. 3, 5, 6 (*ibid*. t. 5. part. 1ª. p. 477-481, 554, 605, 606), Comment. in psalm. 2 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3), Comment. in Luc. c. 12 (*ibid*. t. 2. p. 292); *Sedulium* oper. Paschal. lib. 2. c. 6; S. *Proclum. Constantinopol*. Orat 4. num. 3 (Galland. t. 9. p. 628. C); *Theodoretum* in psalm. 2; S. *Leonem M*. Serm. 29. c. 3; S. *Maximum Taurinens*. Serm. 36, Tract. 3. contr. Judæos (opp. p. 750); *Zacchæum* Consultat. lib. 2. c. 13 (Galland. t. 9. p. 233); S. *Gregentium* Disput. cum Herbano Judæo (p. 34 et seqq. 48. edit. Paris. a. 1586); S. *Prosperum. Aquit*. in psalm. 109. ℣. 5, de Vocat. omnium Gentium lib. 1. c. 9; *Cassiodorum* in psalm. 2, et 109. ℣. 6; S. *Gregorium M*. Moral. in Job. lib. 30. c. 23. num. 68, in I Regum lib. 4. c. 5. num. 27; S. *Isidorum Hispal*. de Fide Cathol. contr. Judæos lib. 1. c. 1. num. 3; c. 19. num. 1, lib. 2. c. 2. num. 1; *Bedam* in psalm. 2; etc. etc.

1°. Superior metu et hostibus; 7.
2°. Vindicatus a Patre de adversariis et detractoribus; 8.
3°. Salvus et benedictus ab electis. 9 (1).

PSALMUS IV.

ORATIO CHRISTI

I. Deprecatoria ad Patrem, a quo se exauditum alias testatur, et exaudiri nunc precatur: 2.

II. Adhortatoria ad homines,

1°. Ne vilibus, vanis ac fallacibus delectentur; 3.
2°. Ut collatam Christi personæ auctoritatem, et precibus efficaciam agnoscant; 4.
3°. Ut temperent appetitum irascibilem, corrigant concupiscibilem, e sub spe veniæ adjungant opera bona. 5, 6.

III. Excitatoria ad eosdem hæsitantes, 6.

1°. Per data jam illis intellectus et voluntatis dona; 7.
2°. Per parata iisdem sacra vitæ adjumenta; 8.
3°. Per mortem cum pace, quiete et spei securitate eventuram. 9, 10 (2).

(1) Cf. S. *Justinum* Dialog. cum Tryphone Judæo num. 97, Apol. 1a. num. 38; *Clementem Alexandr.* Stromat. lib. 5 (opp. p. 600); S. *Irenæum.* contr. Hæres. lib. 4. c. 33. num. 13; *Tertullianum* adv. Praxeam c. 11; S. *Hippolytum* de Christo et Antichristo num. 8 (Galland. t. 2. p. 421); *Origenem* in psalm. 3 (opp. t. 2); S. *Cyprianum* Testimon. adv. Judæos lib. 2. c. 24; *Lactantium* Divinar. Institut. lib. 4. c. 19; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 3. ℣. 6-9 (Montfauc. collect. nov. Patrum Græcorum t. 1); S. *Athanasium* Comment. in psalm. 3 (opp. t. 1. part. 2a.), Fragm. Comment. in eumd. psalm. (*ibid.* p. 987. F); S. *Gregorium Nyss.* Tract. 2. de Inscript. psalm. c. 10 (opp. t. 1. p. 321); *Didymum Alexandr.* de Spiritu Sancto num. 52 (Galland. t. 6), Comment. in psalm. 3 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2a. p. 135); *Rufinum* Comment. in Symbolum num. 29, 30; *Pseudo-Rufinum* Comment. in psalm. 3; S. *Hieronymum* Comment. in Jeremiam lib. 6. c. 31 (opp. t. 4. p. 1071); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 3; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 3, in Joann. Tract. 47. num. 7, de Civit. Dei. lib. 17. c. 15, Serm. 106 (*a*), num. 12 (in Append. t. 5 opp. S. Augustini); *Evagrium* Alterc. cum Simone Judæo (Galland. t. 9. p. 255. B); S. *Cyrillus Alexandr.* de Adorat. in Spiritu lib. 10 (opp. t. 1. part. 1a. p. 343. B, C); *Arnobium Juniorem* Comment. in psalm. 3; *Cassiodorum* in psalm. 3; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide Cathol. contr. Judæos lib. 1. c. 53; *Bedam* Comment. in psalm. 3; etc. etc.

(2) Cf. *Tertullianum* adv. Marcionem lib. 5. c. 11; *Clementem Alexandr.* Admonit. ad Gentes (opp. p. 52. edit. Paris. a. 1629); *Origenem* Comment. in psalm. 4 (opp. t. 2); S. *Cyprianum* Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 16; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 4 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcorum t. 1); S. *Hilarium*

(*a*) Inter quatuor Augustini opuscula, quæ Fontanus, bibliothecæ Riccardianæ præfectus, tanquam ἀνέκδοτα edidit in suis *Novis Deliciis Eruditorum*, librum videre est, *de quatuor virtutibus charitatis* inscriptum, a sermone 106 Augustini ex hoc uno diversum, quod in recensione Riccardiana textus multo emendatior exhibeatur.

PSALMUS V.

CHRISTI IN CRUCE PENDENTIS

I. Oratio

1°. Deum invocantis; 2.

2°. Exaudiri postulantis : 3.

II. Contestatio confidentiæ

1°. De proxima sua resurrectione; 4, 5.

2°. De instanti suis persecutoribus divina ultione; 5-7.

3°. De futuro suo in cœlum ingressu : 8.

III. Imploratio tum deductionis tum directionis divinæ, 9.

1°. Partim ad impios, ore mendaces, corde vanos, gutture fœtentes et lingua dolosos judicandos, damnandos et expellendos; 10, 11.

2°. Partim ad justos, Deo confisos, Deumque amantes, lætitia, gloria, benedictione et securitate coronandos. 12, 13 (1).

Pictaviens. in psalm. 121. num. 12; S. *Athanasium* de Trinit. et Spiritu Sancto num. 18 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 780, 781), Comment. in psalm. 4. (*ibid.* p. 807), Interpret. psalm. 4 (*ibid.* l. 3); *Didymum Alexandr.* de Spiritu Sancto num. 25 (Galland. l. 6), de Trinit. lib. 2. c. 15 (p. 278), Comment. in psalm. 4 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª. p. 136); S. *Gregorium Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 14 (Galland. t. 6. p. 590); S. *Joannem Chrysost.* Serm. de angusta Porta num. 2 (opp. t. 3); *Pseudo-Rufinum* Comment. in psalm. 4; *Pseudo-Hieronym.* Comment. in psalm. 4; S. *Augustinum* Confess. lib. 9. c. 4, Enarr. in psalm. 4, Serm. 231. num. 4, contra Faustum Manich. lib. 22. c. 92; *Cyrillum Alexandr.* in Joannem lib. 1. et 3 (opp. t. 4. p. 69, 302); S. *Philonem Carpas.* Comment. in Cant. cantic. c. 2 (Galland. t. 9. p. 728. D, 729); *Arnobium Jun.* Comment. in psalm. 4; *Cassiodorum* in psalm. 4; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide Cathol. adv. Judæos lib. 1. c. 53, et lib. 2. c. 26; *Bedam* Comment. in psalm. 4; etc. etc.

(1) Cf. *Origenem* in psalm. 5; S. *Cyprianum* de Oratione Domin. num. 35; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 5; S. *Athanasium* Comment. in psalm. 5 (opp. t. 1. part. 2ª.), Interpret. psalm. 5 (opp. t. 3); S. *Basilium* in Isaiam c. 5. num. 161, 162; *Didymum Alexandr.* Comment in psalm. 5 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª. p. 140); S. *Joannem Chrysost.* Comment. in psalm. 5; *Pseudo-Rufinum* Comment. in eumd. psalmum; S. *Hieronymum* in Isaiam lib. 14. c. 51 (opp. t. 4. p. 591); *Pseudo-Hieronym.* Comment. in psalm. 5; S. *Augustinum* Tract. 34. in Joann. num. 7, Enarr. in psalm. 5; S. *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Exodum lib. 3 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 331, 332); *Theodoretum* in psalm. 5; *Arnobium Juniorem* in psalm. 5; *Cassiodorum* ibid.; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 16. c. 59. num. 72, lib. 33. c. 28. num. 49; *Bedam* in psalm. 5; etc. etc. (*a*).

(*a*) Omnes Patres supra citati non ad Christum, sed ad Ecclesiam hunc psalmum referunt; eorum autem interpretationi facillime Kilberiana expositio, paucis mutatis, accommodari potest, hoc modo :

ECCLESIÆ, MEDIOS INTER HOSTES,

I. Oratio

1°. Deum invocantis; 2.

2°. Exaudiri postulantis; 3.

II. Contestatio confidentiæ

1°. De proxima sua ab omnibus malis quibus affligitur liberatione; 4, 5.

Reliqua ut in textu.

PSALMUS VI.

CHRISTUS IN HORTO

I. Precatur pœnæ imminentis aversionem; 2.
II. Exponit pavorem, tædium et tristitiam; 3, 4.
III. Postulat saltem resurrectionem post mortem, ad fructum passionis habendum; 5, 6.
IV. Proponit, pro isto obtinendo, tum deprecationem factam, tum dolores toleratos; 7, 8.
V. Prædicit, compos voti factus, anathema impiis, maxime Judæis. 9-11.

PSALMUS VII.

CHRISTUS, PERSECUTIONIBUS JUDÆORUM EXAGITATUS,

I. Sperat et postulat ab hostium et dæmonis persecutionibus liberari. 2, 3.
II. Ostendit innocentiam suam,
 1°. Dimovendo a se omnem iniquitatis suspicionem. 4, 5.
 2°. Offerendo se ad pœnam quamcumque, si nocens fuerit. 5, 6.
III. Excitat hinc Deum
 1°. Ad ultionem contra suos hostes; 7.
 2°. Ad implenda promissa, et hinc confirmandam sperantium fidem, 7, 8.
 3°. Ad exserendam judicii justitiam
  1. Innocentiæ suæ debitam; 9.
  2. Diversitati meritorum congruentem; 10.
  3. Cum perfectionibus Dei correspondentem. 11, 12.
IV. Minatur a Deo hostibus, in malitia perseveraturis,
 1°. Mortem ac interitum; 13, 14.
 2°. Molestiam ex ipso facinore oriundam; 15.
 3°. Talionem malorum auctoribus reddendam. 16, 17.
V. Pollicetur Deo debitas justitiæ laudes et grates. 18 (1).

(1) Cf. *Origenem* in Matth. Comment. n. 102 (opp. t. 3. p. 907. D.); *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 7. ℣. 7-10; S. *Athanasium* Comment. in psalm. 7. ℣. 7-16, de Incarnat. et contr. Arianos. num. 21, Comment. in psalm. 44. ℣. 4; S. *Basilium* Comment. in psalm. 7; *Didymum Alexandr.* de Trinitate lib. 1. c. 27 (p. 77, 78); S. *Gregorium Nyssen.* Tract. 2 de Inscript. psalm. c. 10 (opp. t. 1. p. 322. A); S. *Epiphanium* Hæres. 64. n. 70; *Pseudo-Rufinum* in

PSALMUS VIII.

PROPHETA ADMIRATUR ET CELEBRAT CHRISTI

I. Divinitatem,

1°. Magnificam utique, in terra scilicet et in cœlo; 2.
2°. Prædicatam a pueris Hierosolymitanis, Hosanna acclamantibus; 3.
3°. Illustratam ex novæ Ecclesiæ fundatione: 4.

II. Humanitatem

1°. Dignanter assumptam in unitatem personæ; 5.
2°. Elevatam divinitate se demittente; 6.
3°. Constitutam dominam omnium creaturarum : 7-9.

III. Utramque in Christo conjunctam ab universo orbe suspiciendam. 10 (1).

psalm. 7; S. *Hieronymum* in Isaiam lib. 15. c. 55 (opp. t. 4. p. 661); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 7; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 7; S. *Cyrillum Alexandr.* de Adorat. in spiritu. lib. 11 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 389), Comment. in psalm. 7 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3); *Arnobium Juniorem* et *Cassiodorum* Comment. in eumdem psalmum; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 19. c. 30. n. 55, lib. 28. c. 16. num. 36; *Bedam* in psalm. 7; etc. etc. (a).

(1) Cf. *Matth.* XXI, 16; I *ad Cor.* XV, 26, 27; *Hebr.* II, 5–9; S. *Justinum* Dialog. cum Tryphone num. 114; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 11. num. 3; *Tertullianum* adv. Marcionem lib. 5. c. 17, contr. Judæos c. 14, adv. Praxeam c. 9, 16, 23; *Origenem* in psalm. 8, in Matthæum t. 16. num. 25 et 26 (opp. t. 3); *Eusebium Cæsareens.* in psalm. 8 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcor. t. 1); S. *Athanasium* Orat. 2ª. contr. Arianos num. 52 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 411. D), Comment. in psalm. 8 (*ibid.* part. 2ª.), Supplement. hujus comment. (*ibid.* t. 3. p. 57), Interpret. psalm. 8 (*ibid.* sect. 2ª.); *Pseudo-Athanasium* QQ. ad. Antiochum, q. 137. num. 7; S. *Basilium* Epist. 8. num. 5; S. *Ephræm* Serm. contr. Judæos (opp. Syr. Latin. t. 3. p. 219. A); S. *Ambrosium* de Institut. Virg. c. 2. num. 9; *Didymum Alexandr.* de Spiritu Sancto num. 11, Comment. in psalm. 8 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª. p. 147, 148); *Theodorum Mopsuest.* in psalm. 8 (*ibid.* p. 392); *Faustinum Presbyt.* de Trinit. c. 4. num. 1 (Galland. t. 7. p. 454); S. *Zenonem Veronens.* lib. 2. Tract. 22. num. 2; S. *Joann. Chrysost.* in psalm. 8. num. 1 et 2, in Matthæum homil. 67 (alias, 68) num. 1, in Epist. ad Hebræos homil. 4. num. 2; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 8; S. *Hieronymum* in Isaiam lib. 13. c. 50 (opp. t. 4. p. 572), in Habacuc lib. 2. c. 3 (opp. t. 6. p. 638); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 8; S. *Augustinum* lib. Octoginta trium quæstionum, q. 69. num. 6, contr. Serm. Arianor. c. 5, Serm. 151. num. 2 (Mai. supr. cit. t. 1); S. *Cyrill. Alexandr.* lib. ad Reginas (opp. t. 5. part. 2ª, sect. 3ª. p. 83), Comment. in Isaiam lib. 4. Orat. 2 (*ibid.* t. 2. p. 606), in psalm. 8 (Mai. supr. cit. t. 3); *Theodoretum* in psalm. 8; S. *Fulgentium* Epist. 8. ad Donatum, de Fide Orthodoxa num. 6 et 7; *Arnobium Junior.* et *Cassiodorum* in psalm. 8; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 35. c. 16. num. 36, in Ezechielem lib. 1. homil. 8. num. 23, lib. 2. homil. 1. num. 3, in Evang. lib. 2. homil. 29. num. 10; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide Cathol. contr. Judæos c. 5. num. 3; *Bedam* in psalm. 8; etc. etc.

(a) Hunc etiam psalmum de Ecclesia interpretati sunt sancti Patres; nihil tamen est in expositione mutandum, præter titulum, quem sic legas, velim : *Ecclesia nascens persecutionibus Judæorum exagitata.*

PSALMUS IX.

CHRISTUS IN SEPULCRO

I. Proponit epinicion cantandum, 2, 3.

- **1°. De hostibus per Dei justitiam victis, deletis, spoliatis; 4-7.**
- **2°. De stabilita per Dei æquitatem pace Ecclesiæ; 8, 9.**
- **3°. De securitate et commodis per Dei misericordiam populo comparatis. 10-13.**

II. Vota facit

- **1°. Pro ulteriori auxilio sibi præstando; 14, 15.**
- **2°. Pro consummanda contra hostes victoria; 16-18.**
- **3°. Pro perficienda per justorum erectionem, persecutorum punitionem et legum tuitionem salute populi. 19-21.**

III. Querulus de auxilii mora, 22. perstringit peccatores

- **1°. Deum lacessentes**
  - **1. Superbia et vanitate; 23, 24.**
  - **2. Imprudentia furiosa et oblivione divini judicii; 25, 26.**
  - **3. Temeraria præfidentia : 27.**
- **2°. Proximum lædentes**
  - **1. Sermonum vitiositate, 28.**
  - **2. Consiliorum malignitate, 29, 30.**
  - **3. Actionum violentia, 31.**
  - **4. Impunitatis persuasione. 32.**

IV. Excitat Deum, jam ex se attentum,

- **1°. Ad respiciendum in piorum et impiorum discrimen; 33-35.**
- **2°. Ad impios castigandos et perdendos; 36, 37.**
- **3°. Ad pios exaudiendos et elevandos. 38, 39 (1).**

(1) Cf. *Origenem* in psalm. 9 (opp. t. 2. p. 585), ex Comment. in psalm. (*ibid.* p. 518. C), in psalm. 118. ỷ. 102 (*ibid.* p. 807); *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 9, Demonstr. Evangel. lib. 1. c. 4; S. *Hilarium Pictav.* in psalm. 118. sect. 13. num. 10; S. *Athanasium* Orat. 4a. contr. Arianos num. 24 (opp. t. 1. part. 1a. p. 503. E), Comment. in psalm. 9 (*ibid.* part. 2a.), Supplem. Comment. in eumd. psalm. (*ibid.* t. 3. p. 58), Interpret. psalm. 9 (*ibid.* sect. 2a.), Epist. Festali 11. num. 5 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 103); *Pseudo-Athanas.* Serm. de Passione et Cruce Dom. num. 24 (opp. S. Athanas. t. 2); S. *Cyrillum Hierosol.* homil. in Paralytic. ad piscinam num. 15 (opp. p. 342. edit. Venet. a. 1763); S. *Gregorium Nyss.* de Cognitione Dei, fragm. 17 (Galland. t. 6. p. 713. D); *Didymum Alexandr.* de Trinitate lib. 3. c. 6 (p. 358), Comment. in psalm. 9 (Mai. supr. cit. t. 7. part. 2a. p. 149); S. *Joannem Chrysost.* in psalm. 9. num. 4, 5, 7; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 9; S. *Hieronymum* Comment. in Epist. ad Titum c. 2 (opp. t. 7. p. 722); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 9; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 9, Serm. 110. num. 3; S. *Cyrillum Alexandr.* in Joann. lib. 4 (opp. t. 4. p. 338), de Trinitate Dialog. 3 (*ibid.* t. 5. part. 1a. p. 477-481), Comment. in psalm. 9 (Mai. supr. cit. t. 3); *Theodoretum, Arnobium Juniorem, Cassiodorum* et *Bedam* in psalm. 9; S. *Gregentium* Disput. cum Herbano Judæo (p. 63); etc. etc.

PSALMUS X.

CHRISTUS, INTER PRÆDICANDUM ADVERSANTES EXPERTUS,

I. Exponit cognitas sibi esse eorum
  1°. Simulatam, sub fugæ ac silentii suasione, amicitiam; 2.
  2°. Structas innocentiæ insidias; 3.
  3°. Machinationes ad opus Dei perdendum. 4.

II. Declarat generosam suam fiduciam,
  1°. Ob summam Dei in omnia auctoritatem; 5.
  2°. Ob ejusdem æquam de omnibus providentiam; 6.
  3°. Ob justitiam ejusdem, pro meritorum ratione, severam ac liberalem. 7, 8.

PSALMUS XI.

COMMENTATIO PROPHETICA IN ECCLESIAM, AB IPSIS CHRISTIANIS SUB EXTREMA TEMPORA PERICLITANTEM.

I. Describitur periculum,
  1°. Ex hominum solide sanctorum defectu, et fidei ac sinceritatis neglectu; 2.
  2°. Ex falsitate, fraudibus et mendaciis in sermone grassantibus. 3.

II. Exponitur subsidium,
  1°. Implorata contra periculi machinatores ultione; 4, 5.
  2°. Inducta Dei auxiliatoris promissione, et in promissis fidelitate; 6, 7.
  3°. Postulata justorum custodia, et contra impios protectione. 8, 9 (1).

(1) Alia psalmi undecimi analytica expositio :

INCARNATIO

I. Postulata a propheta, in persona veteris Ecclesiæ,
  1°. Ob continuo crescentem hominum malitiam; 2, 3.
  2°. Ad confundendam impiorum superbiam; 4, 5.
II. Promissa benigne a Deo, cujus fides est sanctissima ac certissima; 6, 7.
III. Celebrata a propheta, ob allatam
  1°. Justis salutem; 8.
  2°. Incredulis perditionem; 9.
  3°. Deo multiplicitatem filiorum. 9.

Cf. In utramque expositionem, *Origenem* in psalm. 11 (opp. t. 2. p. 592. E, 593); *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 11; S. *Athanas.* Comment. in psalm. 11 (opp. t. 1. part. 2a. p. 814, 815, 988); Interpret. psalm. 11 (*ibid.* t. 3); S. *Cyrillum Hierosol.* Catech. 14. num. 4; S. *Joann. Chrysost.* Comment. in psalm. 11, num. 1, 2, in Epist. ad Hebræos homil. 6. num. 2; *Rufinum* Comment. in Symb. num. 30; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 11; S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 17. c. 63 (opp. t. 4. p. 748, 749), in Jeremiam lib. 2. c. 8 (*ibid.* p. 899); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 11; S. *Augustinum* Enarr. in eumd. psalm. num. 4–6, 9, de Civitate Dei lib. 12. c. 13. num. 2, c. 14; S. *Cyrillum Alexandr.* in psalm. 11 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3); *Arnobium Juniorem, Cassiodorum* et *Bedam* Comment. in psalm. 11; etc. etc.

PSALMUS XII.

ORATIO SYNAGOGÆ POST SUAM APOSTASIAM A DEO DERELICTÆ.

I. Sensus gravissimi doloris,

1°. Ex Dei oblivione et aversione ; 1.

2°. Ex frustratis consiliis et labore inutili ; 2.

3°. Ex hostium insultatione. 3.

II. Postulatio divinæ misericordiæ et opis,

1°. Ne morte spirituali conficiatur penitus ; 4.

2°. Ne, spe amissa, dæmoni succumbat. 4, 5.

III. Præconcepta liberationis fiducia, et destinata liberatori Messiæ laus ac gratiarum actio. 5, 6.

PSALMUS XIII.

DEPRAVATIONIS HUMANÆ EMENDATIO PER MESSIAM.

I. Depravatio humana

1°. Mentis, in intellectu incredulo, consilio corrupto, voluntate otiosa; 1, 2.

2°. Oris, in turpiloquiis, dolis, detractionibus et maledictis; 3.

3°. Operis, in oppressione proximi, et contemptu Dei; 3, 4.

4°. Affectus, in male mutato objecto timoris et spei. 5, 6.

II. Emendatio per Messiam ex Judæis nasciturum, illisque ac gentibus, vinculis peccatorum solutis, salutem allaturum. 6, 7 (1).

(1) Cf. *Origenem* in psalm. 13 (opp. t. 2. p. 595), Schol. in eumd. psalm. (Galland. Supplem. t. 14. p. 54); *Eusebium Cæsareens.* in psalm. 13. ℣. 2, 3, 7; S. *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 13. num. 2, Tract. 1. num. 7 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 481); S. *Athanas.* Comment. in psalm. 13 (opp. t. 1. part. 2°. p. 815, 816), Interpret. psalm. 13 (*ibid.* t. 3); *Didymum Alexandr.* in psalm. 13 (Mai. supr. cit. t. 7. part. 2ª); S. *Gregorium Nyss.* Orat. 1ª. in Christi nativit. (opp. t. 3. p. 387); *Severianum Gabal.* de Mundi Creat. Orat. 1°. num. 7 (opp. S. Joann. Chrysost. t. 6); S. *Hieronymum* Epist. 21. num. 2, in Isaiam lib. 13. c. 49 (opp. t. 4. p. 565, 566), in Jeremiam lib. 2. c. 8 (*ibid.* p. 899); S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 13; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in eumd. psalm. (Mai. supr. cit. t. 3), in Isaiam lib. 4, 5 (opp. t. 2. p. 573, 858. D, E, 859), contr. Julianum lib. 8. (*ibid.* t. 6. p. 378); *Cassiodorum* et *Bedam* in psalm. 13; etc. etc.

PSALMUS XIV.

INSTITUTIO MORUM PRO ASPIRANTIBUS AD CŒLUM.

I. Quæritur quis ad cœlum pertingere possit : 1.

II. Respondetur requiri in ejusmodi candidato

1°. Innocentiam vitæ et justitiam operum ; 2.

2°. Sinceritatem cordis, fidelitatem sermonis, charitatem proximi, et odium detractionis ; 3.

3°. Contemptum malorum et æstimationem bonorum ; 4.

4°. Abstinentiam a perjurio, usura et acceptione munerum. 5.

III. Datur hæc agenti fides de æterna beatitudine. 6.

PSALMUS XV.

ORATIO CHRISTI IN SEPULCRO

I. Postulantis immunitatem a putredine,

1°. Ob spem suam in Deum, et Dei liberalitatem erga se ; 1, 2.

2°. Ob suum erga electos amorem, a Deo probatum ; 3.

3°. Ob populorum omnis generis conversionem inde orituram. 4.

II. Sperantis precum istarum effectum,

1°. Ex titulo hæreditatis sibi debitæ ; 5, 6.

2°. Ex indita divinitus hujus dotis æstimatione et cupidine ; 7.

3°. Ex viva divinæ providentiæ se confortantis imagine. 8.

III. Prægustantis votorum suorum complementum,

1°. Per lætitiam sensus omnes jam afficientem ; 9.

2°. Per unionem corporis cum anima instantem ; 10.

3°. Per notitiam de vita reddenda pridem datam, et delectationem ac gloriam ex visione beatifica redundaturam. 11 (1).

(1) Cf. *Act.* II, 24-32 ; *Origenem* contr. Celsum lib. 2. num. 37, in I Reg. homil. 2°. (opp. t. 2. p. 494), in psalm. 15 (*ibid.* p. 598-600), Schol. in eumd. psalm. (Galland. Supplem. t. 14. p. 56) ; S. *Cyprianum* Testimon. adv. Judæos lib. 2. c. 24 ; *Lactantium* Divinar. Institut. lib. 4. c. 19, Epitom. earumdem c. 47 ; S. *Hilarium Pictav.* in psalm. 15 (Galland. t. 5. p. 85), in psalm. 139. num. 10 ; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 15 ; S. *Jacobum Nisib.* Serm. 16. num. 8 (Galland. t. 5. p. CXI) ; S. *Athanasium* Orat. 1ª. contr. Arianos num. 71, Orat. 2ª. num. 16, Orat. 3ª. num. 57 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 367, 381, 480. E, 481), Comment. in psalm. 15. et Supplem. comment. in eumd. psalm. (*ibid.* part. 2ª. p. 816, 817, t. 3. p. 60), Interpret. psalm. 15 (*ibid.* t. 3) ; S. *Ephræm* Comment. in Jeremiam c. 3 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 283) ; S. *Cyrillum Hierosol.* Catech. 4. num. 4 ; *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 15 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª.) ; S. *Cæsarium* Dialog. 1. interr. 26 (Galland. t. 6. p. 18) ; S. *Gregorium Nyss.* Testim. contr. Judæos c. 8 (*ibid.* p. 587), de Cognitione Dei fragm. 16 (*ibid.* p. 713) ; S. *Epiphanium* Hæres. 77. num. 29 (opp. t. 1. p. 1023) ; S. *Joannem Chrysost.* in

PSALMUS XVI.

CHRISTUS IN PASSIONE SUA IMPLORAT ET EXCITAT

I. Justitiam Dei, proposita sua innocentia, 1, 2.

1°. Experimentis accuratissimis detecta; 3.
2°. Documentis patientiæ probata. 4.

II. Misericordiam Dei, exhibendam

1°. Perseverantia donata, 5.
2°. Exauditione votorum repetita, 6.
3°. Salute largiter concessa, 7.
4°. Tutela et protectione impertita. 8.

III. Potentiam Dei, contra hostes undique urgentes, 9.

1°. Opulentos et superbos, 10.
2°. Contemptores hominum et Dei, 11.
3°. Projectos ad vim et fraudem faciendam. 12.

IV. Sapientiam Dei,

1°. Ad occupandos et exarmandos hostiles conatus; 13.
2°. Ad separandos etiam nunc reprobos ab electis; 14.
3°. Ad tribuendam sibi felicitatem, meliorem præ temporali, etiam hostibus concessa. 14, 15 (1).

II ad Tim. homil. 2. n. 2. (opp. t. 11. p. 674), in Epist. ad Hebræos homil. 14. n. 4 (*ibid.* t. 12. p. 146), contr. Judæos ac Gentiles num. 5 (*ibid.* t. 1. p. 564. B); *Rufinum* Comment. in Symbolum num. 29; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 15: *Theophilum Alexandr.* Epist, Paschali 2a. n. 7 (Galland. t. 7. p. 625), Fragm. Epist. Pasch. 4 (*ibid.* p. 641), Fragm. 1. in psalm. 92 (*ibid.* p. 649 et apud Maium nov. Patrum biblioth. t. 3. part. Latin. p. 280); S. *Hieronymum* Dialog. contr. Pelag. lib. 3. num. 2, contr. Joann. Hierosolym. num. 29, Comment. in Isaiam lib. 14. c. 52 (opp. t. 4. p. 612), in Amos lib. 2. c. 5 (*ibid.* t. 6. p. 293), in Jonam c. 2 (*ibid.* p. 407); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 15; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 15, de Civitate Dei lib. 17. c. 18. n. 2, Serm. 85. num. 2 (Mai. supr. cit. t. 1); S. *Cyrill. Alexandr.* in psalm. 15 (*ibid.* t. 3); S. *Maximum Taurinens.* Serm. 86 (opp. p. 763); *Theodoretum* Comment. in psalm. 15; *Evagrium* Altercat. cum Simone Judæo (Galland. t. 9. p. 255. A); *Zacchæum* Consultat. lib. 2. c. 6 (*ibid.* p. 227. A); *Capreolum Carthaginens.* Epist. 2. n. 5 (*ibid.* p. 494. A); *Arnobium Jun.* in psalm. 15; S. *Fulgentium* ad Thrasimund. lib. 1. c. 19, et lib. 3. c. 23; S. *Gregentium* Disput. cum. Herbano Judæo (p. 31-33, 69); *Cassiodorum* in psalm. 15; S. *Isidorum Hispalens.* QQ. in Genesim c. 31. num. 56, de Fide Cathol. contr. Judæos lib. 1. c. 9. num. 12, c. 53. num. 1; *Bedam* in psalm. 15; etc. etc.

(1) Cf. *Eusebium Cæsareens.* in psalm. 16 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcorum t. 1); S. *Gregorium Nyss.* Testimon. contr. Judæos c. 16 (Galland. t. 6. p. 592); *Pseudo-Rufinum* Comment. in psalm. 16; *Pseudo-Hieronym.* in eumd. psalm.; S. *Augustinum* Enarrat. in psalm. 16; S. *Cyrillum Alexandr.* de Trinitate Dialog. 6 (opp. t. 5. part. 1a. p. 604. D), Comment in psalm. 15 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3); *Arnob. Jun.*, *Cassiodorum* et *Bedam* Comment. in eumd. psalm.; etc. etc.

PSALMUS XVII.

EPINICION CHRISTI SUB SUAM RESURRECTIONEM.

I. Præmittit

1°. Propositum amandi semper Deum; 2.

2°. Contestationem spei et experientiam beneficiorum hactenus a Deo acceptorum; 3.

3°. Efficaciam suæ apud Deum orationis. 4.

II. Meminit tribulationis nuperæ,

1°. Doloribus et iniquitatibus plenæ; 5.

2°. Horrore mortis et sepulcri auctæ; 6.

3°. Nunc tandem ad suas preces sublatæ. 7.

III. Exhibet impendentem hostibus suis stragem, sub typo tempestatis, qua

1°. Terra tremens et concussi montes conturbantur; 8.

2°. Aer igne accensus, turbine, ventis et tenebris permixtus, fulgure, grandine et fulmine horridus incumbit; 9-15.

3°. Aquæ cum fundamentis terræ erumpunt. 16 (a).

IV. Recenset liberationis suæ

1°. Tum auctorem, Deum scilicet, mittentem auxilia, dissipantem hostes, protegentem et salvantem; 17-20.

2°. Tum causas

1. Ex parte quidem Christi, justitiam, innocentiam et obedientiam; 21-25.

2. Ex parte autem Dei, usum agendi diversimode cum diversis. 26-29.

V. Prædicit addendam suæ liberationi victoriam,

1°. Confisus

1. Data a Deo fortitudine, 30.

2. Promissis Dei et protectione, 31.

3. Insuperabili Dei virtute : 32.

2°. Instructus

1. Viribus et innocentia, 33.

2. Alacritate et promptitudine, 34.

3. Documentis, disciplina et experimento : 35-37.

3°. Felix contra hostes

1. In aggrediendo et oppugnando, 38, 39.

2. In fugando, 40, 41.

3. In conficiendo. 42, 43.

4°. Gloriosus

1. In occupato super gentes imperio; 44.

(a) Patrum pene omnium sententia est, versus 8-16 hujus psalmi, qui in tertio analyseos membro exponuntur, ad Incarnationis mysterium, prædicationemque apostolicam esse referendos.

2. In populi subjecti obsequio; 45.
3. In non subjectorum infortunio. 46.

VI. Grates et laudes refert Deo salutis auctori, 47.

1°. Ob vindictam, dominium et libertatem donatam; 48.
2°. Ob hostes fractos; 49.
3°. Ob nationes domitas; 50.
4°. Ob antecessores et posteros salvatos. 51 (1).

PSALMUS XVIII.

PROMULGATIONIS EVANGELICÆ DESCRIPTIO,

I. Quoad præcones seu Apostolos, qui, sub typo cœlorum, Dei gloriam et Incarnationis mysteria divulgant 2.

1°. Diu noctuque, 3.
2°. Cunctis gentibus, 4.
3°. In orbe universo. 5.

(1) Cf. S. *Justinum* Apol. 1a. num. 40, Dialog. cum Tryphone Judæo num. 28, 29; *Tertullianum* adv. Judæos c. 3; *Origenem* in psalm. 17 (opp. t. 2), in Epist. ad Rom. lib. 7. num. 13 (*ibid.* t. 4. part. 1a. p. 613. A), Schol. in psalm. 17 (Galland. Supplem. t. 14. p. 56, 57); S. *Cyprianum* Testim. adv. Judæos c. 3; S. *Dionys. Alexandr.* contr. Paulum Samosat. Respons. ad quæst. 7 (opp. p. 260); *Lactantium* Divin. Institut. lib. 4. c. 11; *Eusebium Cæsareens.* in psalm. 17, Demonstr. Evangel. lib. 5 et 10 (p. 258 et 495); S. *Jacobum Nisib.* Serm. 15. de Ingressu Gentium num. 2 (Galland. t. 5. p. CIV. B, C); S. *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 120. num. 9, in psalm. 139. num. 14, in psalm. 143. num. 3, 6, 9; S. *Athanasium* Comment. in psalm. 17 et Supplem. comment. in eumd. psalm. (opp. t. 1. part 2a. p. 819. F, seqq., t. 3. p. 61, 62), Interpret. psalm. 17 (*ibid.* t. 3. sect. 2a.), Epist. Festali 19. num. 2 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 135); *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 17 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2a. p. 188. seqq.); *Tichonium* lib. de Septem Regulis, reg. 1 (Galland. t. 8. p. 108. D, E); S. *Gregorium Nyss.* Testimon. adv. Judæos c. 16 (*ibid.* t. 6. p. 591); S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos ac Gentiles num. 8 et 11 (opp. t. 1. p. 569, 574), in Isaiam c. 6. num. 3 (*ibid.* t. 6. p. 22), in Matth. homil. 56 (alias, 57) num. 3 (*ibid.* t. 7. p. 563), in Joann. homil. 9 (alias, 8) num. 1 (*ibid.* t. 8. p. 52); *Pseudo-Rufinum* in psalm. 17; S. *Hieronymum* contr. Joann. Hierosol. num. 2, in Isaiam lib. 1. c. 1, lib. 8. c. 25, lib. 17. (opp. t. 4. p. 14, 339, 715, 716), in Michæam lib. 2. c. 4. (*ibid.* t. 6. p. 483), in Epist. ad Ephes. lib. 2. c. 3 (*ibid.* t. 7. p. 588, 589); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 17; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 17, de Civit. Dei lib. 17. c. 16. num. 2, QQ. in Heptateuch. lib. 1. q. 104; *Theodotum Ancyran.* Orat in S. Mariam n. 13 (Galland. t. 9. p. 476. A); S. *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Genes. lib. 3, 4, 5, 6, 7 (opp. t. 1. part. 2a. p. 101, 146, 170, 206. D, 221. B, C), Glaphyr. in Exodum lib. 3 (*ibid.* p. 321), Comment. in Isaiam lib. 2 et 5 (*ibid.* t. 2. p. 325. A, 767. B, 805), de Trinit. Dial. 2 (*ibid.* t. 5. part. 1a. p. 445), in psalm. 17 (Mai. supr. cit. t. 3); *Theodoretum* in psalm. 17; S. *Prosperum* de Promiss. et Prædict. Dei part. 1a. c. 24; *Arnobium Jun.* et *Cassiodorum* Comment. in psalm. 17; S. *Gregorium M.* Moral. in Job lib. 19. c. 23. num. 40, in Ezechielem lib. 1. homil. 6. num. 3; S. *Isidorum Hispal.* de Fide Catholica lib. 2. c. 5. num. 7, c. 6. num. 3; *Bedam* Comment. in psalm. 17; etc. etc.

II. Quoad auctorem, scilicet Christum, qui, sub solis imagine, notatur

1°. A splendoris majestate et ortus pulchritudine; 6.

2°. A cursus velocitate et caloris fœcunditate. 7 (a).

III. Quoad vim et efficaciam, utpote quæ,

1°. Animas convertendo et sapientiam præstando, promovet fidem; 8.

2°. Lætitiam et beatitudinem proponendo, excitat spem; 9.

3°. Timorem filialem utiliter et suaviter præmittendo, inducit charitatem. 10, 11.

IV. Quoad observantiam, siquidem illa

1°. Exercita refert mercedem plurimam; 12.

2°. Neglecta inducit peccata et pœnas; 13, 14.

3°. Præstanda est correspondente professioni opere, et concurrente divina gratia. 15 (1).

(1) Cf. Rom. x, 18; S. *Justinum* Apolog. 1ª. n. 40, Dialog. cum Tryphone Judæo num. 42, 64, 69; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 33. num. 13; *Tertullianum* contr. Judæos c. 7, adv. Marcionem lib. 4. c. 11, 43; *Clementem Alexandr.* Pædagog. lib. 2. c. 8 (opp. p. 175. C); *Origenem* in Genes. homil. 9. num. 3 (opp. t. 2. p. 85. F), in Exodum homil. 1. num. 4 (*ibid.* p. 131). In Leviticum homil. 12. num. 2 (*ibid.* p. 250. C, D), in psalm. 18 et 26 (*ibid.* p. 614. B, et seqq. 634. D), in Epist. ad Roman. lib. 8. n. 6 (opp. t. 4. part. 1ª. p. 627. B); *Novatianum* de Trinit. c. 13; S. *Cyprianum* Testimon. adv. Judæos. lib. 2. c. 19; S. *Hippolytum* de Christo et Antichristo num. 64 (Galland. t. 2. p. 441); *Celsum* de Judaica incredulit. num. 4 (*ibid.* t. 4. p. 438); *Eusebium Cæsareens.* Comment. in Isaiam c. 45. ỳ. 20 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcor. t. 2), Comment. in Lucam. c. 19 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 199); S. *Hilarium Pictaviens.* Tract. in psalm. 58. num. 5, 6; S. *Athanasium* Interpret. psalm. 18 (opp. t. 3); S. *Basilium* Comment. in psalm. 44. num. 12, in Isaiam c. 2. num. 24; S. *Zenonem Veronens.* lib. 2. Tract. 22. num. 2; S. *Ambrosium* Comment. in psalm. 43. num. 18 et seqq.; *Didymum Alexandr.* in psalm. 18 (Mai. supr. cit. t. 7. part. 2ª.); S. *Gregorium Nyssen.* de Vita Mosis (opp. t. 1. p. 219), in Cant. cantic. homil. 14 (*ibid.* p. 675. A, B), Epist. 14 (Galland. t. 6. p. 619); *Pseudo-Epiphanium* de Laudibus B. V. M. (opp. S. Epiphanii t. 2. p. 292. C); *Pseudo-Rufinum* in psalm. 18; S. *Hieronymum* Epist. 65. num. 9, Comment. in Isaiam lib. 1. c. 3. ỳ. 4, lib. 12. c. 42. ỳ. 11, lib. 17. c. 62. ỳ. 5; *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 18; S. *Augustinum* in psalm. 18. Enarr. 1ª. et Enarr. 2ª. num. 6-12, in I Joann. Tract. 1. num. 2, Tract. 2. num. 3, de Consens. Evangel. lib. 1. c. 30, contr. litteras Petiliani. lib. 2. c. 32. num. 74, Serm. 377; S. *Cyrillum Alexandr.* in Isaiam lib. 3 (opp. t. 2. p. 383); *Evagrium* Altercat. cum Simone Judæo (Galland. t. 9. p. 255. C); S. *Maximum Taurin.* Homil. 11 et 53, Serm. 56 et 69; *Arnobium Juniorem* in psalm. 18; S. *Gregentium* Disputat. cum Herbano Judæo (p. 57-59); *Cassiodorum* in psalm. 18; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 9. c. 9. n. 20, in Ezechielem lib. 1. homil. 7. num. 19, in Evang. lib. 2. homil. 38. n. 3; S. *Isidorum Hispalensem* de Fide Catholica lib. 1. c. 10. num. 10, c. 55. num. 4, c. 56, 60, 69; *Bedam* Comment. in psalm. 18; etc. etc.

(a) Alterum hujus analyseos membrum ad mentem SS. Patrum fusius evolutum hic subjicere placet:

II. Quoad auctorem, scilicet Christum, qui

1°. Tabernaculum naturæ humanæ in seipso conjunxit cum Divinitatis plenitudine; 6.

2°. Prodiit Ecclesiæ sponsus, ex virginali utero, ut stupendum redemptionis opus perficeret, 6.

3°. A Patre egressus et ad Patrem regressus, sua gratia omnes homines illuminat et fovet. 7.

PSALMUS XIX.

PROPEMPTICUM AD CHRISTUM PASSIONEM SUAM AUSPICATURUM.

I. Votum ut Deus Christum
  1°. Juvet et protegat in passione luctantem; 2, 3.
  2°. Suscipiat in cruce sacrificantem; 4.
  3°. Exaudiat fructum passionis postulantem. 5.
II. Præsagium
  1°. De lætitia et gloria, ex Christi redemptione proventuris; 6.
  2°. De Christi in cruce exauditi victoria; 7.
  3°. De hostibus superatis et hominibus redemptis. 8, 9.
III. Renovatio voti prioris, et postulatio exauditionis in futurum. 10 (1).

PSALMUS XX.

APPLAUSUS SUB RESURRECTIONEM DEO PATRI FACTUS.

Exponitur
I. Christi triumphantis gloria, relucens
  1°. Ex obtenta salute et votorum meta; 2, 3.
  2°. Ex accepta vitæ novæ fœcunditate, majestate et æternitate; 4, 5.
  3°. Ex triumphi gloria et gaudiorum perpetuitate; 6, 7.
  4°. Ex felicitatis securitate. 8.
II. Hostium castigatio partim facta partim facienda,
  1°. Per illorum comprehensionem et conturbationem; 9, 10.
  2°. Per fructuum et posterorum perditionem; 11.
  3°. Per consiliorum frustrationem et gentis dispersionem. 12, 13.
III. Laus Deo ob potentiæ opus addenda. 14 (2).

(1) Cf. *Origenem* in psalm. 19 (opp. t. 2. p. 616. F), Comment. in Matth. num. 27 (*ibid*. t. 3. p. 847); *Eusebium* Demonstr. Evang. lib. 4 (p. 184), Comment. in psalm. 19; *Didymum Alexandr*. Comment. in eumd. psalm. (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2a.); S. *Athanasium* Supplem. comment. in psalm. 19 (opp. t. 3. p. 63. A, B); *Pseudo-Rufinum* in psalm. 19; *Pseudo-Hieronym*. in eumd. psalmum; S. *Augustinum* Enarrat. in psalm. 19; S. *Cyrillum Alexandr*. Glaphyr. in Genesim lib. 6. (opp. t. 1. part. 2a. p. 191); *Arnobium*, *Cassiodorum* et *Bedam* Comment. in psalm. 19; etc. etc.

(2) Cf. *Origenem* in psalm. 20 (opp. t. 2), in psalm. 10 (*ibid*. p. 388. D); *Didymum Alexandr*. Comment. in psalm. 20 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2a); S. *Athanasium* Comment. in psalm. 20 (opp. t. 1. part. 2a), Supplem. comment. in eumd. psalm. (*ibid*. t. 3. p. 63. F); *Pseudo-Rufinum* et *Pseudo-Hieronym*. in eumd. psalm.; S. *Augustinum* Enarrat. in psalm. 20; S. *Cyrillum Alexandr*. de Adorat. in spiritu lib. 10 (opp. t. 1. part. 1a. p. 359. E, 360), in Joann. lib. 2 (*ibid*. t. 4. p. 205, 206); *Arnobium*, *Cassiodorum* et *Bedam* Comment in psalm. 20; etc. etc.

PSALMUS XXI.

ORATIO CHRISTI IN CRUCE MORIENTIS AD PATREM,

I. Querula

1°. De sui derelictione; 2.
2°. De exauditionis suæ dilatione ; 3.
3°. De precum suarum dissimulatione. 4.

II. Confidentior

1°. Ob spem et preces Patrum priorum exauditas ; 5, 6.
2°. Ob conditionem suam plane miserabilem, cum sannis in Deum conjunctam ; 7-9.
3°. Ob continuatam a vitæ initio hucusque in Deo fiduciam ; 10, 11.
4°. Ob tribulationis magnitudinem et auxilii defectum. 12.

III. Expositoria passionis suæ, in qua

1°. Fama laceratur a plebeiis et principibus, 13, 14.
2°. Membra et vires corporis cum sanguine diffluunt ; 15, 16.
3°. Aures, manus pedesque cum omnibus sensibus cruciantur ; 17, 18.
4°. Vestimenta dividuntur, et tunica sorti permittitur. 19.

IV. Postulatoria

1°. Auxilii et defensionis ; 20.
2°. Liberationis a dæmonum insidiis ; 21.
3°. Salvationis a morte et sepulcro. 22.

V. Promissoria vel prænuntia

1°. Laudis a se et a suis Deo ob exauditas preces reddendæ ; 23-26.
2°. Corporis sui in cibum spiritualem dandi ; 27.
3°. Gentium ad divinum cultum adducendarum ; 28, 29.
4°. Usus eucharistici inducendi ; 30.
5°. Glorificationis Deo a se, Apostolis et posteris præstandæ. 31, 32 (1).

(1) Cf. *Matth.* XXVII, 35, 46; *Marc.* XV, 34; *Joann.* XIX, 23, 24; *Hebr.* II, 11, 12; S. *Barnabam* Epist. c. 5, 6; S. *Clementem Roman.* I ad Corinth. c. 16 ; S. *Justinum* Apolog. 1°. num. 35, Dialog. cum. Tryphone num. 38, 97-106; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 33, num. 12 ; *Tertullianum* adv. Marcionem lib. 3. c. 7, 17, 19, 22, lib. 4. c. 21, 42. contr. Judæos c. 8, 10, 13, 14; *Origenem* in psalm. 21 (opp. t. 2), in psalm. 2 (*ibid.* p. 539. F, 540), in Leviticum homil. 12. n. 2 (*ibid.* p. 250. F), in Numeros homil. 16. num. 8 (*ibid.* p. 334), in I Regum homil. 2 (*ibid.* p. 494), in Joannem t. 19. num. 1 (opp. t. 4. part. 1°. p. 286); S. *Dionysium Alexandr.* Epist. adv. Paulum Samosat. (opp. p. 207) ; S. *Cyprianum* Testim. contr. Judæos lib. 2. c. 13, 20 ; *Novatianum* de Trinitate c. 28 ; S. *Methodium* de Resurrect. num. 9 (Galland t. 3. p. 792. D, 793) ; *Lactantium* Divin. Institut. lib. 4. c. 18, Epitom. Institut. c. 46; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 21 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcorum t. 1), Comment. in Lucam c. 21. (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 205), Demonstr. Evangelic. lib. 2. c. 1. § 5, lib. 7 et 10 (p. 376, 489 et seqq.) ; S. *Jacobum Nisib.* Serm. 15. num. 3, Serm. 16. num. 8 (Galland. t 5. p. CIV, CXI) ; S. *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 139. num. 12, 14, in psalm. 56. num. 4, in psalm. 41. num. 12 (Galland. t. 5. p. 92) ; S. *Athanasium* de Incarnat. Verbi Dei num. 35 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 61), de Sententia Dionysii num. 10

PSALMUS XXII.

CHRISTUS PASTOR BONUS.

Ecclesia vel anima justi suum sibi sortem gratulatur sub hoc pastore, 1. qui

1°. Providit de pascuis et potu; 2.
2°. Deducit per vias rectas; 3.

(*ibid*. p. 197), Orat. 2ª. contr. Arianos num. 66, et Orat. 4. num. 28 (*ibid*. p. 422, 506), Comment. in psalm. 21 (*ibid*. part. 2ª. p. 826), Supplem. comment. in eumd. psalm. (*ibid*. t. 3. p. 64), Interpret. psalmi 21 (*ibid*. sect. 2ª.); *Pseudo-Athanasium* de Communi Essent. Patris, Filii et Spiritus Sancti (opp. S. Athanas. t. 2. p. 14), Dialog. 1. contr. Macedon. num. 12 (*ibid*. p. 486), QQ. ad Antiochum, q. 7 et 137. num. 10 (*ibid*. p. 251); *Marium Diadochum* Serm. contr. Arianos num. 4 (Galland. t. 5. p. 247); *Titum Bostrensem* Serm. in Ramos Palmarum, num. 1 (*ibid*. p. 351); S. *Basilium* Homil. in psalm. 28. num. 5; S. *Ephræm* Comment. in Zachariam c. 3 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 288. B); S. *Cyrillum Hierosolym*. Catech. 12. num. 25, Catech. 13. num. 26, Catech. 14. num. 3, Catech. 18. num. 24; S. *Gregorium Nazianz*. Orat. 30 (alias, 36), num. 6; *Cæsarium* Dialog. 1. interr. 36 (Galland. t. 6. p. 24, 25); S. *Ambrosium* Comment. in psalm. 39. num. 16, in psalm. 43. num. 31, 53, 63; *Didymum Alexandr*. de Trinitate lib. 1. c. 33, lib. 3. c. 13 et 22 (p. 100, 342, 406), Comment. in psalm. 21 (Mai. supr. cit. t. 7. part. 2ª. p. 193); S. *Gregorium Nyss*. de Resurrect. homil. 5 (opp. t. 3. p. 438. D), Testimon. contr. Judæos, c. 6 et 16 (Galland. t. 6. p. 586, 591, 592), de Cognitione Dei, fragm. 15 (*ibid*. p. 713. D); S. *Epiphanium* Hæres. 69. num. 66 (opp. t. 1. p. 792); S. *Joannem Chrysost*. Homil. in illud : Pater, si possibile est, num. 1, 2 (opp. t. 3. p. 17); Comment. in psalm. 50 (*ibid*. t. 5. p. 536, 537), in Joannem homil. 26 (alias, 25), num. 2 (*ibid*. t. 8. p. 151); *Rufinum* Comment. in Symbolum num. 25, 28; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 21; S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 12. c. 41, lib. 13. c. 49, lib. 14. c. 51, 52, 53, lib. 18. c. 66 (opp. t. 4. p. 500, 563, 585, 605, 610, 616, 806), in Zachariam lib. 1. c. 3, lib. 2. c. 8, 10, lib. 3. c. 13 (*ibid*. t. 6. p. 802, 842, 877, 911), in Matthæum lib. 4. c. 26, 27 (*ibid*. t. 7. p. 223, 229, 233, 236), in Epist. ad Ephesios lib. 2. c. 3 (*ibid*. p. 588, 589), contr. Helvidium num. 15; *Pseudo-Hieronym*. Comment. in psalm. 21; S. *Augustinum* Enarr. 1ª. et 2ª. in psalm. 21, Enarr. 2ª. in psalm. 30. num. 7, Enarr. in psalm. 43. num. 1, 8, in psalm. 47. num. 7, in psalm. 84. num. 3, Epist. 140. ad Honorat. num, 14, 15, 18-21, 24, 30-33, 35-45, 47, 59-61, 65-71, in Joannem Tract. 1. num. 13, Serm. 22. num. 1, Serm. 216. num. 11, de Civitate Dei lib. 17. c. 17, contr. Litteras Parmeniani lib. 1. c. 7; S. *Petrum Chrysologum* Serm. 87; S. *Leonem M*. Serm. 55 (alias, 53), c. 2, Serm. 67 (alias, 65), c. 7, Serm. 68 (alias, 66), c. 1 et 2; S. *Cyrillum Alexandr*. Glaphyr. in Exodum lib. 1, 2 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 251, 252, 276), Dialog. 9. Quod unus sit Christus (*ibid*. t. 5. part. 1ª. p. 758), Comment. in psalm. 21 (Mai. supr. cit. t. 3); *Theodoretum* Comment. in eumd. psalm.; S. *Maximum Taurin*. Homil. 45, Serm. 7 (in Append. opp.); *Evagrium* Alterc. cum Simone Judæo (Galland. t. 9. p. 253, 254); *Zacchæum* Consultat. lib. 2. c. 6 (*ibid*. p. 226. C); S. *Fulgentium* Epist. 8. ad Donatum, de Fide Orthod. c. 6. num. 13; S. *Gregentium* Disputat. cum Herbano Judæo (p. 50, 51); *Arnobium* et *Cassiodorum* Comment. in psalm. 21; S. *Isidorum Hispalens*. QQ. in Exodum c. 23. num. 7, de Fide Catholica contr. Judæos lib. 1. c. 19. num. 2, et c. 35. num. 1, lib. 2. c. 1. num. 2, c. 2. num. 1, c. 19. num. 1; *Bedum* Comment. in psalm. 21; etc. etc.

3°. Præstat securitatem in periculis; 4.
4°. Parat nutrimentum et delicias vel in medio hostium; 5.
5°. Continuat misericordiam usque ad vitæ finem et deducit ad beatam æternitatem. 6 (1).

PSALMUS XXIII.

CHRISTI IN CŒLUM ASCENSIO

I. Exposita rhetorice per causas beatitudinis, quarum

1°. Efficiens, est Deus creator omnium; 1, 2.
2°. Formalis, est possessio cœli; 3.
3°. Meritoria, sunt opera, cogitationes et verba bona; 4. utpote quæ operantibus conciliant
 1. Benedictionem Dei et misericordiam; 5.
 2. Conditionem veri Israelitæ seu videntis Deum. 6.

II. Descripta dramatice per alternantes choros, alterum patriarcharum cum Christo ascendentium, alterum Angelorum obviam euntium : ubi primus petit Christo aperiri cœlum; et interroganti secundo de Christi meritis, hic ea generatim exponit. 7-10 (2).

(1) Cf. *Origenem* in psalm. 22 (opp. t. 2. p. 625), in Leviticum homil. 7. num. 1 (*ibid.* p. 220, 221), in Cant. cantic. lib. 2 (*ibid.* t. 3. p. 55), Comment. in Matthæum num. 85 (*ibid.* p. 898); S. *Cyprianum* Epist. 63. num. 11; *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evangel. lib. 1 (p. 39), Comment. in psalm. 22, Comment. in Lucam c. 14 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 187); S. *Athanasium* Comment. in psalm. 22 (opp. t. 1. part. 2ª.), Supplem. comment. in eumd. psalmum (*ibid.* t. 3. p. 65. A), Interpret. psalm. 22 (*ibid.* sect. 2ª.); S. *Basilium* in psalm. 48. num. 9; S. *Cyrillum Hierosol.* Catech. 22. num. 7; S. *Zenonem Veronens.* lib. 2. Tract. 13. num. 3, Tract. 14. num. 4; S. *Ambrosium* Apol. 1ª. David c. 12. num. 59, Comment. in psalm. 35. num. 19, in psalm. 40. num. 5, in psalm. 43. num. 17; *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 22 (Mai. supr. cit. t. 7. part. 2°.); S. *Macarium* de Charitate num. 15 (Galland. t. 7. p. 202); S. *Gregorium Nyss.* in Christi Ascensionem (opp. t. 3. p. 441); S. *Joannem Chrysost.* homil. de Resurrect. num. 2 (opp. t. 2. p. 440); *Pseudo-Rufinum* in psalm. 22; S. *Hieronymum* Epist. 120. ad Hedibiam num. 2, Comment. in Isaiam lib. 2. c. 5, lib. 13. c. 49 (opp. t. 4. p. 80, 567), in Ezechielem lib. 9. c. 29, lib. 14. c. 47 (*ibid.* t. 5. p. 348, 588); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 22; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 22, contr. Litteras Petitiani lib. 2. c. 47, Serm. 366; *S. Petrum Chrysolog.* Serm. 160; S. *Cyrill. Alexandr.* de Adorat. in spiritu lib. 9 et 11 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 323. B, 391. C), Glaphyr. in Genes. lib. 5 (*ibid.* part. 2ª. p. 148), Comment. in Isaiam lib. 4. Orat. 5, lib. 5. t. 3 et 4 (*ibid.* t. 2. p. 697. C, 793. C, D, 822) Comment. in psalm. 22 (Mai. supr. cit. t. 3); *Theodoretum* in psalm. 22; S. *Maximum Taurin.* Tract. 5. contr. Judæos (opp. p. 745. D), de Capitulis Evangel num. 3 (*ibid.* p. 753. E); *Arnobium, Cassiodorum, Bedam* Comment. in psalm. 22; etc. etc.

(2) Cf. S. *Justinum* Apol. 1ª. num. 51, Dialog. cum Tryphone num. 36, 85; S. *Irenæum* adv. Hæres. lib. 4. c. 33. num. 13; *Tertullianum* contr. Marcionem lib. 4. c. 20, lib. 5. c. 17; S. *Hippolytum* Fragm. comment. in psalm. 23 (Galland. t. 2,

PSALMUS XXIV.

CHRISTIANUS VIATOR OPTAT CHRISTUM IN CŒLOS PROFECTUM SEQUI.

I. Convertitur ad Deum, 1.

1°. Tanquam consilii sui adjutorem; 2, 3.

2°. Tanquam viæ suæ ducem et directorem; 4, 5.

3°. Tanquam impedimentorum, id est, peccatorum amotorem, 6, 7.

II. Sperat per legem Christi

1°. Deflectentes a via suaviter reducendos; 8.

2°. Sequaces sapienter dirigendos; 9.

3°. Studiosos benevole juvandos; 10.

4°. Lapsos misericorditer elevandos; 11.

5°. Timide ambulantes regendos, custodiendos et firmandos. 12-14.

III. Postulat ad viæ suæ prosecutionem

1°. Erui a periculis; 15.

2°. Respici misericorditer et eripi ex angustiis; 16, 17.

3°. Solvi a peccatis et liberari ab hostibus; 18, 19.

4°. Se, sociosque suos rectos, ac universum Israelem custodiri et salvari. 20-22.

p. 487); *Origenem* Schol. in psalm. 17 et 23 (Galland. Supplem. t. 14. p. 57, 58), Comment. in Matth. t. 16. num. 19 (opp. t. 3. p. 746), Comment. in Joann. t. 6. num. 37 (*ibid.* t. 4. part. 1ª. p. 155); S. *Cyprianum* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 18, 29; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 23 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcorum t. 1), Comment. in psalm. 92 (*ibid.*), Comment. in Lucam c. 21 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 201); *Julium Firmicum Maternum* de Error. Profan. Religionum c. 25 (Galland. t. 5. p. 34. B); S. *Athanasium* Comment. in psalm. 23 (opp. t. 1. part. 2ª.), Supplem. comment. in eumd. psalmum (*ibid.* t. 3. p. 65), Interpret. psalm. 23 (*ibid.* sect. 2ª.), Serm. de Patient. num. 9 (*ibid.* sect. 1ª. p. 47), de Incarnat. Verbi Dei num. 25 (*ibid.* t. 1. part. 1ª. p. 55. D), Orat. 1ª contr. Arianos num. 41 (*ibid.* p. 351. E, 352), de Incarn. et contr. Arianos num. 10 (*ibid.* part 2ª. p. 702); S. *Cyrillum Hierosol.* Catech. 10. num. 19, Catech. 14. num. 24; *Didymum Alexandr.* de Trinitate lib. 1. c. 32 (p. 97), Comment. in psalm. 23 (Mai. supr. citat. t. 7. part. 2ª.); *Titum Bostrensem* contr. Manichæos lib. 3. num. 6 (Galland. t. 5. p. 332. D); S. *Ambrosium* de Institut. Virginum c. 5. num. 39, de Fide lib. 4. c. 1. num. 9 et seqq.; S. *Gregorium Nyss.* in Christi Ascens. (opp. t. 3. p. 442. C, seqq.); S. *Zenonem Veronens.* lib. 2. Tract. 6. num. 1; *Pseudo-Epiphanium* in Christi Assumpt. (opp. t. 2. p. 289. C); S. *Joann. Chrysost.* in Princip. Actuum Apostol. homil. 2. num. 15; *Rufinum* Comment. in Symbolum num. 31; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 23; *Anonym. Auctorem* Breviarii adv. Arianos (Galland. t. 7. p. 591. D); *Theophilum Alexandr.* Epist. Paschali t. n. 4 (*ibid.* p. 617); S. *Hieronymum* Epist. 7. de Seraphim et Calculo num. 7, Comment. in Isaiam lib. 1. c. 1, lib. 17. c. 63 (opp. t. 4. p. 18, 756), in Danielem c. 8 (*ibid.* t. 5. p. 576), in Abdiam (*ibid.* t. 6. p. 366) in Habacuc lib. 2. c. 3 (*ibid.* p. 645), in Zachariam lib. 1. c. 2 (*ibid.* p. 796, 797), in Epist. ad Ephes. lib. 2. c. 3 (*ibid.* t. 7. p. 595); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 23; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 23, Serm. 377 (opp. t. 5), Serm. 43. num. 2 (Mai. supr. citat. t. 1), Serm. 179 (opp. t. 5. Append.);

PSALMUS XXV.

CHRISTUS CALUMNIIS EXAGITATUS

I. Provocat ad Dei judicium et examen. 1, 2.
II. Confidit causæ suæ,
 1°. Ob suam innocentiam, 1.
 2°. Ob Dei misericordiam, 3.
 3°. Ob conversationem ab omni societate prava immunem. 4, 5.
III. Exponit faventis sententiæ fructus, prædicens
 1°. Purissimum sacrificii cultum; 6.
 2°. Laudem et divulgationem operum Dei; 7.
 3°. Amplificatum religionis splendorem. 8.
IV. Postulat absolvi et liberari,
 1°. Ne confundatur cum sanguinariis aut injustis; 9, 10.
 2°. Ut habeat fructum innocentiæ, et occasionem gratiarum actionis. 11, 12.

PSALMUS XXVI.

CHRISTUS HOSTILI PERSECUTIONI EXPOSITUS

I. Contestatur et declarat
 1°. Tum animum intrepidum, utpote Dei adjutorio tutum, 1.
  1. Contra hostes quantumvis ferocissimos; 2.
  2. Contra numerosissimos eorum exercitus: 3.
 2°. Tum asylum suum in periculo, quod est cœlum,

Evagrium Alterc. cum Simone Judæo (Galland. I. 9. p. 255. C); S. *Petrum Chrysolog.* Serm. 65; *Capreolum Carthagin.* Epist. 2ª. num. 6; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in psalm. 23 (Mai. supr. cit. t. 3), in psalm. 46. ℣. 6, 7 (*ibid.*), in Joannem lib. 3, 9 et 10 (opp. t. 4. p. 288, 764, 843), Thesaur. asserl. 13, 20 (opp. I. 5. part. 1ª. p. 129. E, 195. E), de S. Trinit. Dial. 6 (*ibid.* p. 627, 628); *Theodoretum* Comment. in psalm. 23, Comment. in Cant. cantic. (opp. t. 1. p. 1035); S. *Maximum Taurin.* Serm. 46; *Arnobium* et *Cassiodorum* in psalm. 23; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide Cathol. lib. 1. c. 56. num. 3.; etc. etc. (*a*).

(*a*) Alia psalmi vigesimi tertii interpretatio:

ECCLESIÆ INSTITUTIO, CHRISTI ASCENSIO.

I. Ecclesia a Christo Domino instituitur
 1°. In universum orbem propaganda 1.
 2°. Super fluctus hujus sæculi fundanda et stabilienda; 2.
 3°. Cordis, oris et operis singulari integritate et innocentia exornanda; 3, 4. utpote quæ operantibus conciliant
  1. Benedictionem Dei et misericordiam; 5.
  2. Conditionem veri israelitæ, seu Deum videntis. 6.
II. Christi ascensio descripta dramatice, etc. ut in textu.
Ita S. Athanasius Augustinus, Cassiodorus aliique non pauci.

1. Tanquam desideriorum meta; 4.
2. Tanquam securitatis statio; 5.
3. Tanquam munitionis et jubilationis locus. 6.

II. Deprecando Deum, exponit

1°. Modum orationis suæ, voce, corde et oculis effusæ; 7, 8.
2°. Argumentum postulationis, auxilium Dei propitium ac indeficiens; 9.
3°. Motivum exauditionis, derelictionem ab omnibus; 10.
4°. Medium subventionis, directionem legis et confusionem hostium; 11, 12.
5°. Conditionem deprecationis, spem et perseverantiam. 13, 14.

PSALMUS XXVII.

CHRISTUS PATIENS

I. Petit

1°. Exaudiri; 1, 2.
2°. Non perire cum nocentibus; 3.
3°. Puniri hostes pro meritis. 4, 5.

II. Agit Deo grates

1°. Pro exauditione precum, 6.
2°. Pro adjutorio et protectione, 7.
3°. Pro viribus sibi et populo redditis. 8, 9 (1).

PSALMUS XXVIII.

PRÆDICATIONIS EVANGELICÆ SUB PRIMAM PENTECOSTEN EFFECTUS.

I. Adhortatio ad conversos Judæos, ut in beneficii memoriam Deo offerant victimas et grates. 1, 2.

II. Descriptio

1°. Prædicationis evangelicæ ad collectos ex orbe universo Judæos, comitatæ signis; 3, 4.
2°. Contritorum ad pœnitentiam cordium; 5, 6.
3°. Illustratarum doctrina mentium; 7.
4°. Commotorum sacro terrore affectuum; 8.
5°. Excitatorum salutis propositorum; 9.
6°. Suscepti baptismi; 10.
7°. Collatæ neophytis fortitudinis et benedictionis. 11 (2).

(1) Cf. *Origenem* in Epist. ad Rom. lib. 5. num. 10 (opp. t. 4. part. 1a. p. 567. A, B); S. *Cyprianum* Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 3; *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evang. lib. 4 (p. 185), Comment. in psalm. 27 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcor. t. 1); *Pseudo-Rufinum* et *Pseudo-Hieronymum* Comment in psalm. 27; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 27; *Arnobium Cassiodorum* et *Bedam* Comment. in eumdem psalmum; etc., etc.

(2) Cf. S. *Hippolytum* Serm. in Theophaniam num. 7 (Galland. t. 2. p. 498);

PSALMUS XXIX.

CHRISTUS POST RESURRECTIONEM

I. Gratias agit

1°. Laudando Deum,

1. Quod data protectione præripuerit inimicis lætandi materiam; 2.
2. Quod invocatus salutem dederit; 3.
3. Quod e sepulcro eductum a corruptione præservarit: 4.

2°. Invocando Sanctos ad celebrandam Dei memoriam, quod afflictio duraverit brevissime, liberatio successerit celerrime. 5, 6.

II. Describit facti seriem, referendo quod

1°. Ante passionem prosperis optime animatus viguerit; 7, 8.

2°. In passione fuerit conturbatus, et Deum pro vita et incorruptione precatus; 8-10.

3°. Post passionem sit exauditus, et, commutato in gaudium luctu, substituta corruptioni immortalitate, ad laudandum Deum expeditus. 11-13 (1).

Origenem in psalm. 28 (opp. t. 2), in Cant. cantic. lib. 3 (*ibid*. t. 3. p. 83); *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 28, in psalm. 41. ℣. 1 (Montfauc. collect. nov. Patrum Græcor. t. 1. p. 173); S. *Athanasium* Comment. in psalm. 28 (opp. t. 1. part. 2ª.), Supplem. comment. in eumd. psalmum (*ibid*. t. 3. p. 66), Interpret. ejusd. psalm. (*ibid*. sect. 2ª.); S. *Ambrosium* Apol. 1ª. David. c. 12. num. 59; *Didymum Alexandr*. Comment. in psalm. 28 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª. p. 205); S. *Chromatium* in Matth. Tract. 2. num. 1; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 28; S. *Hieronymum* Epist. 78. ad Fabiòlam de XLII Mansionibus, c. 2. mans. 6 et 28, Comment. in Isaiam lib. 1. c. 2, lib. 10. c. 34, 35, lib. 17. c. 60, lib. 18 (opp. t. 4. p. 39, 445, 446, 715, 716, 723, 807); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 28; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 28, Enarr. in psalm. 75. num. 1, Epist. 187. ad Dardanum num. 38; S. *Cyrillum Alexandr*. in Isaiam lib. 2 (opp. t. 2. p. 199. B); *Sedulium* Oper. pasch. lib. 1. c. 8; S. *Maximum Taurinens*. Serm. 10; *Theodoretum, Arnobium, Cassiodorum* et *Bedam* Comment. in psalm. 28; etc. etc.

(1) Cf. *Origenem* in psalm. 29 (opp. t. 2), in Jeremiam homil. 14. num. 6 (*ibid*. t. 3. p. 212. C, D), Comment. in Matth. num. 135 (*ibid*. p. 925); S. *Cyprianum* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 24; S. *Hilarium Pictav*. Tract. in psalm. 118. sect. 3ª. num. 18; S. *Athanasium* Epist. Festali 6. num. 4 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 64), Serm. de Patientia num. 9 (opp. t. 3. p. 47); S. *Cyrillum Hierosol*. Catech. 14. num. 4; *Didymum Alexandr*. Comment. in psalm. 29 (Mai. supr. cit. t. 7. part. 2ª.); *Rufinum* Comment. in Symbolum num. 28, 30; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 29; S. *Hieronymum* Dialog. contr. Luciferianos num. 14, Comment. in Isaiam lib. 18. c. 49 (opp. t. 4. p. 568), in Ezechielem lib. 2. c. 7 (*ibid*. t. 5. p. 78); S. *Augustinum* Enarr. 2ª. in psalm. 29. num. 1, 4, 11-15, 19-22; S. *Cyrillum Alexandr*. Glaphyr. in Genesim lib. 6 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 191); *Evagrium* Altercat. cum Simone Judæo (Galland. t. 9. p. 255. A, B); *Cassiodorum* et *Bedam* in psalm. 29; etc. etc.

PSALMUS XXX.

CHRISTUS IN CRUCE

I. Spem suam in Deo repositam ostendit,

1°. Contestando fiduciam ; 2.

2°. Postulando exauditionem, accelerationem et salvationem ; 3.

3°. Agnoscendo Dei potentiam et sapientiam cum misericordia conjunctam ; 4, 5.

4°. Commendando spiritum suum Deo, tanquam amatori veritatis et osori mendacii ; 6, 7.

5°. Præsentiendo exemptionem a necessitatibus et liberationem ab inimicis. 8, 9.

II. Describit passionis suæ magnitudinem, qua

1°. Corpus totum affligitur, deficit vita, vires dissipantur; 10, 11.

2°. Fama opprobriis hostium, conspectus aversione notorum, memoria oblivione amicorum, et conversatio contemptu vicinorum afficitur. 11-14.

III. De voti complemento certus, 15. optat

1°. Pro se

1. Liberationem ab hostibus, 16.

2. Favorem Dei, et salutem ; 17.

2°. Pro inimicis

1. Confusionem et mortem, 18.

2. Obmutescentiam calumniarum ; 19.

3°. Pro justis

1. Consolationem omnimodam, 20.

2. Securitatem a conatibus et minis impiorum. 21.

IV. Concludit

1°. Benedicendo Deum, quod tribuerit misericordiam etiam conquerenti de derelictione ; 22, 23.

2°. Adhortando fideles ad diligendum Deum, tanquam justum redditorem, et ad perseverandum in spe. 24, 25 (1).

(1) Cf. *Luc.* XXIII, 46; *Tertullianum* adv. Marcionem lib. 4. c. 42; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 30. ℣. 12-14 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcorum t. 1); S. *Athanasium* Serm. major. de Fide num. 1 (opp. t. 3. p. 4); *Rufinum* Comment. in Symbolum num. 27; *Pseudo-Rufinum* Comment. in psalm. 30; *Pseudo-Hieronymum* in eumd. psalmum; S. *Augustinum* in psalm. 30. Enarr. 1ª. num. 1-25, Enarr. 2ª. num. 3, 10, 11, Enarr. 3ª. num. 5, 9, 11-13; *Cassiodorum* et *Bedam* Comment. in hunc psalmum ; etc. etc.

PSALMUS XXXI.

VOCATIO JUDÆORUM AD FIDEM IN CHRISTUM.

I. Conditio Judæorum sub prædicationem apostolicam
- 1°. Conversorum felix,
  - 1. Ob offensam remissam, et maculam deletam; 1.
  - 2. Ob reatum pœnæ sublatum, et donum sanctitatis concessum; 2.
- 2°. Impœnitentium infelix,
  - 1. Ob indurationem, et frustratas preces; 3.
  - 2. Ob pœnas et vindictas immissas. 4.

II. Conditio Judæorum sub tempus medium
- 1°. Resipiscentium lætabilis,
  - 1. Ob remissionem promissam; 5.
  - 2. Ob preces Ecclesiæ; 6.
  - 3. Ob divinum in tribulatione auxilium; 7.
  - 4. Ob gratiarum adjumentum; 8.
- 2°. Reluctantium horribilis,
  - 1. Ob severitatem disciplinæ; 9.
  - 2. Ob multitudinem pœnarum. 10.

III. Conditio Judæorum sub mundi finem fortunata,
- 1°. Ob Dei misericordiam; 10.
- 2°. Ob gratiarum certitudinem. 11.

PSALMUS XXXII.

PROPHETICA ECCLESIÆ PRIMIS SÆCULIS PATIENTIS EXCITATIO.

Excitantur martyres ad divina cantica, instrumentis voci conjunctis, celebranda, 1-3.

I. Ob Dei bonitatem, qua est
- 1°. Sanctus et fidelis in promissis; 4.
- 2°. Misericors, justus et pius in omnes. 5.

II. Ob potentiam, qua Deus
- 1°. Condidit cœlum et ejus ornatum; 6.
- 2°. Constrinxit mare et abyssum; 7.
- 3°. Fecit et regit terram ac homines. 8, 9.

III. Ob sapientiam, qua idem consilia
- 1°. Hostium dissipat; 10.
- 2°. Sua firmat; 11.
- 3°. Piorum perducit ad salutem. 12.

IV. Ob providentiam, qua Deus

1°. Omnium corda et consilia perspicit; 13-15.

2°. Superborum conatus ac vires frangit; 16, 17.

3°. Suorum curam habet; 18. eosdem

1. Sublevando a periculo mortis et fame; 19.

2. Juvando et protegendo; 20.

3. Sustentando et misericordia consolando. 21, 22 (1).

PSALMUS XXXIII.

SIMILIS ADHORTATIO AD EAMDEM ECCLESIAM.

David in figura Christi provocat Ecclesiam ad laudes secum Deo dicendas. 2-4. Idque urget

I. Promittendo

1°. Ereptionem e tribulationibus, ad exemplum salutis sibi præstitæ; 5-7.

2°. Angelorum custodiam et auxilium; 8.

3°. Consolationem internam; 9.

4°. Copiam necessariorum sufficientem. 10, 11.

II. Docendo, timorem Dei stare 12.

1°. In æstimatione æternorum; 13.

2°. In custodia linguæ; 14.

3°. In fuga mali, et prosecutione boni. 15.

III. Proponendo diversam Dei habitudinem,

1°. Erga justos: utpote quos

1. Benigne respicit et exaudit; 16-18.

2. In malis juvat et hinc eripit; 19, 20.

3. Quoad corpus et animam custodit. 21-23.

(1) Cf. *Origenem* in psalm. 32. (opp. t. 2. p. 646. F, 647. A, C), in Isaiam homil. 2. num. 2 (*ibid.* t. 3. p. 121. E, F), in Joannem t. 28. num. 11 (*ibid.* t. 4. part. 1a. p. 383. C); *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 32, Demonstrat. Evang. lib. 5 (p. 229. B, C); S. *Hilarium Pictav.* Tract. 2. num. 5 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 486); S. *Athanasium* Comment. in psalm. 32 (opp. t. 1. part. 2a.), Interpret. psalm. 32 (*ibid.* t. 3. sect. 2a.); S. *Basilium* Comment. in hunc psalmum num. 2, 3, 5-10; *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 3 (Mai. supr. cit. t. 7. part. 2a.); S. *Gregorium Nyssenum* Testim. adv. Judæos c. 1 (Galland. t. 6. p. 578), de Cognitione Dei, fragm. 8 (*ibid.* p. 711); *Pseudo-Hieronymum* et *Pseudo-Rufinum* in psalm. 32; S. *Augustinum* in psalm. 32. Enarr. 1a. num. 8-11, Enarr. 2a. num. 3, 7, 8, 12-14, 17-28; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in psalm. 32 (Mai. supr. cit. t. 8), de Trinitate Dialog. 4 (opp t. 5. part. 1a. p. 527); *Theodoretum*, *Arnobium* et *Cassiodorum* in psalm. 32; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 17. c. 31. num. 50, in Evang. homil. 30. num. 2; *Bedam* Comment. in psalm. 32; etc. etc.

2°. Erga improbos, utpote quos
  1. Ignominiose perdet; 17.
  2. Morte pessima conficiet. 22 (1).

PSALMUS XXXIV.

CHRISTUS, PERSECUTIONIS ET PASSIONIS SUÆ TEMPORE,

I. Provocat
  1°. Ad Dei judicium; 1.
  2°. Ad ejus adjutorium; 2.
  3°. Ad sui contra hostes defensionem. 3.
II. Prædicit
  1°. Hostibus suis, cum imprecatione,
    1. Confusionem et repulsam; 4.
    2. Dissipationem et ruinam; 5.
    3. Fugam periculosam et dejectionem; 6.
    4. Lapsum in proprios casses; 7, 8.

(1) Alia psalmi trigesimi tertii interpretatio:

CHRISTUS POST RESURRECTIONEM,

I. Præmisso Dei semper laudandi voto, fideles ad idem agendum excitat, 2-4.
  1°. Ob suas preces a Patre exauditas; 6.
  2°. Ob suam a morte liberationem. 5.
II. Omnes hortatur homines, ut ad Deum se convertant summa cum fiducia. 6. Hujus fundamentum est
  1°. Adimpleta ipsius Christi postulatio, et ejusdem liberatio; 7.
  2°. Concessa fidelibus angelorum custodia et auxilium; 8.
  3°. Elargita iisdem interna consolatio, et corporis Domini participatio; 9.
  4°. Impertita justis superefluens spiritualium bonorum copia, impiis extrema inopia laborantibus; 10. 11.
III. Docet, timorem Dei stare 12. etc., ut in textu.
IV. Proponit diversam Dei habitudinem, etc., ut ibid.

Cf. S *Clementem Romanum* I ad Cor. c. 22; *Clementem Alexandr.* Admonit. ad Gentes (opp. p. 56), Stromatum lib 4 (*ibid.* p. 517, 518), *Origenem* ex Comment. in psalmos (opp. t. 2. p. 520. F), in psalm. 33. ℣. 2 (*ibid.* p. 648. C); S. *Cyprianum* Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 22; S. *Hilarium* in psalm. 52. num. 16; *Julium Firmicum Maternum* de Error. profanar. relig. num. 19 (Galland. t. 5. p. 31); S. *Athanasium* Comment. in psalm. 33 (opp. t 1. part. 2a. p. 839); S. *Basilium* in psalm. 33. num. 4, 5, 12 et seqq.; S. *Cyrillum Hierosol.* Catech. 23. num. 20; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 33; S. *Hieronymum* Epist. 71. ad Lucinium num. 6, Comment. in Isaiam lib. 7. c. 19, lib. 18. c. 65 (opp. t. 4. p. 296, 765); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 33; S. *Augustinum* Enarr. 2a. in psalm. 33, Serm. 6, Serm. 108. num. 6, 7, de Civit. Dei lib. 22. c. 29, adv. Judæos c. 9. num. 14 (opp. t. 8), Serm. 106 (in append. t. 5. opp.) num. 10; S. *Leonem M.* Serm. 26 (alias, 25), c. 6; *Theodoretum* in psalm. 33; S. *Maximum Taurinens.* Homil. 92, de Capitul. Evang. c. 2 (opp. p. 754); *Arnobium, Cassiodorum* et *Bedam* Comment. in psalm. 33; etc., etc.

2°. Sibi autem, cum gratulatione,
1. Lætitiam et salutem animæ; 9.
2. Immunitatem corporis a corruptione et hostibus. 10.

III. Recenset persecutionis toleratæ

1°. Hostilem actionem,
1. Per accusationis calumnias; 11.
2. Per ingratitudinis nefas; 12.

2°. Defensoriam exceptionem,
1. Per pœnitentiæ studium; 13.
2. Per humilitatis et orationis exercitium; 13.
3. Per amoris fraterni testificationem; 14.

3°. Successum varium,
1. Ob victoriam ab hostibus jam spe devoratam; 15.
2. Ob eorumdem ex sinistro eventu conceptum furorem; 16.
3. Ob divini auxilii adfuturi exspectationem. 17, 18.

IV. Postulat a Deo,

1°. Impediri lætitiam hostium
1. Injustorum et malignorum, 19.
2. Hypocritarum et dolosorum; 20.

2°. Sibi impendi
1. Divinam præsentiam ac tutelam; 22.
2. Causæ suæ accuratam discussionem; 23.
3. Sententiæ justæ promulgationem; 24.

3°. Impleri
1. Adversarios insultantes, pudore ac terrore; 25, 26.
2. Se suosque fautores, lætitia et laudibus justitiam Dei celebrantibus. 27, 28 (1).

(1) Cf. *Tertullianum* adv. Judæos c. 10; *Origenem* in psalm. 34 (opp. t. 2. p. 649. D, 650. F, 651. A), in Leviticum homil. 7. num. 2 (*ibid.* p. 222. E, 223. A); *Lactantium* Divin. Institut. lib. 4. c. 18, Epitom. earumdem c. 46; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 34. ℣. 12-28; S. *Athanasium* Comment. in psalm. 34 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 840, 989. E), Epist. festali 11. num. 5 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 103); S. *Cyrillum Hierosolym.* Catech. 13. num. 9; S. *Ambrosium* in psalm. 39. num. 23; *Marcum Diadochum* Serm. contr. Arianos num. 6 (Galland. t. 5. p. 247. D); *Pseudo-Rufinum* et *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 34; S. *Augustinum* in psalm. 34, Enarr. 1ª. num. 1, 8-11, 13, 14, Enarr. 2ª. num. 1-5, 8, 10-16, Serm. 79. num. 1 (Mai. supr. cit. t. 1); S. *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Genesim lib. 3 et 4 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 99, 133), in Joannem lib. 2 (*ibid.* t. 4. part. 1ª. p. 141, 177), Comment. in psalm. 34 (Mai. supr. citat. t. 3); *Arnobium* in eumd. psalmum; *Gregentium* Disput. cum Herbano Judæo (p. 49, 50); *Cassiodorum* Comment. in psalm. 34; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide catholica lib. 1. c. 29; *Bedam* in Lucam lib. 2 (opp. t. 3. p. 378. A, edit. Migne), Comment. in psalm. 34; etc. etc.

PSALMUS XXXV.

NOTÆ PERSECUTORUM ECCLESIÆ, EJUSQUE MEMBRORUM.

I. Notæ persecutorum Ecclesiæ :

1°. In mente, voluntas determinata ad malum et intellectus aversus a Deo ; 2.
2°. In opere, deceptio proximi et odium Dei ; 3.
3°. In ore, impia et dolosa verba ; 4.
4°. In negotiis omnibus, cæcitas voluntaria, consilium impium, executio prava. 4, 5.

II. Notæ capitis Ecclesiæ, seu Christi :

1°. Misericordia summa et fidelitas suppar ; 6.
2°. Justitia non minor et executio ejusdem inscrutabilis ; 7.
3°. Providentia generalis erga omnes, singularis erga probos. 7, 8.

III. Notæ beatorum Ecclesiæ :

1°. Voluntas amore et gaudio felix ; 9.
2°. Intellectus lumine gloriæ et vita beatus. 10.

IV. Notæ viatorum Ecclesiæ :

1°. Directio per vias misericordiæ et justitiæ ; 11.
2°. Exemptio a pravo amore et timore ; 12.
3°. Immunitas ab hostium insidiis. 13 (1).

(1) Cf. *Origenem* Periarch. lib. 1. c. 1. num. 1, in psalm. 35 (opp. t. 2. p. 652. D, E), in Numeros homil. 14. num. 4 (*ibid*. p. 324. col. 2. D, E), in Jeremiam homil. 8. num. 3 (*ibid*. t. 3. p. 172. D), Comment in Matth. num. 111 (*ibid*. p. 911. E), in Joannem t. 1. num. 29 (opp. t. 4. p. 31); S. *Dionysium Alexandr*. Epist. contr. Paulum Samosatenum resp. ad q. 4 et 5 (opp. p. 226, 227, 238, 241); *Lactantium* Divin. Institut. lib. 4. c. 18; *Eusebium* Comment. in psalm. 35. ℣. 6, 9–13, de Ecclesiast. Theolog. contr. Marcellum Ancyranum lib. 1. c. 20 num. 17; S. *Ephræm* in II Regnorum c. 19 (opp. Syr. Latin. t. 1. p. 559. B); S. *Athanasium* de Incarnat. et contra Arianos num. 9 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 701), de Trinitate et Spiritu Sancto num 19 (*ibid*. p. 781. F), Comment. in psalm. 35 (*ibid*.), Interpret. ejusd. psalmi (*ibid*. t. 3. sect. 2ª.); S. *Cyrillum Hierosolym*. Catech. 14. num. 5, Catech. 17. num. 19; S. *Phœbadium Aginnens*. de Fide orthodoxa c. 5; S. *Cæsarium* Dialog. 1. Interr. 2ª. (Galland. t. 6. p. 5); S. *Ambrosium* in psalm. 35. num. 19-29; *Didymum Alexandr*. Comment. in psalm. 35 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª.), de Trinitate lib. 3. c. 3 (p. 127); S. *Gregorium Nyssenum* de Cognitione Dei, fragm. 8 (Galland. t. 6. p. 711. B); *Faustinum Presbyterum* de Trinitate c. 1. num. 10 (*ibid*. t. 7. p. 444. A); *Pseudo-Rufinum* in psalm. 35; S. *Hieronymum* in Isaiam lib. 15. c. 55, lib. 16. c. 57 (opp. t. 4. p. 644, 680), in Ezechielem lib. 1. c. 1, lib. 11. c. 36, lib. 14. c. 47 (*ibid*. t. 5. p. 8, 417, 589, 590) in Habacuc lib. 2. c. 3 (*ibid*. t. 6. p. 666), in Zachariam lib. 1. c. 2, lib. 3. c. 14 (*ibid*. p. 794, 918, 919); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 35; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 35. num. 1-6, 8, 9-19, Enarr. in psalm. 41. num. 13, Confess. lib. 13. c. 15. num. 18, in Joann. Tract. 40. num. 3; S. *Cyrillum Alexandr*. Glaphyr. in Genesim lib. 3 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 82), Glaphyr. in Exodum lib. 3 (*ibid*. p. 315), Comment. in Isaiam lib. 3. (*ibid*. t. 2. p. 427), in Joannem lib. 5 et 10 (*ibid*. t. 4. p. 468, 875), Comment. in psalm. 35

PSALMUS XXXVI.

INSTRUCTIO, CONFIRMATIO ET CONSOLATIO DATA ECCLESIÆ ADVERSIS EXAGITATÆ.

I. Instructio per documenta, cujusmodi sunt :

1°. Prosperitas impiorum, utpote brevissima, non est invidenda; 1, 2.
2°. Sperandum unice ac delectandum in Deo; 3, 4.
3°. Quidquid desideratur, postulandum est a Deo, utpote largitore bonorum et tutore causæ bonæ; 5, 6.
4°. Deo cum acquiescentia et precibus omnia sunt permittenda; 7.
5°. Deposita æmulatione et ira, patienter est exspectandum. 8, 9.

II. Confirmatio per opposita :

1°. Impiorum duratio brevis, justorum diuturna; 10, 11.
2°. Impiorum invidia et ira contra justos frustranea, quia a Deo irrisa et punienda; 12, 13.
3°. Impiorum contra justos crudelitas auctoribus noxia; 14, 15.
4°. Impiorum divitiis et viribus prævalet justorum tenuitas; 16, 17.
5°. Impiorum etiam honoratorum casus et interitus præceps ac certus; statio justorum firmissima et in adversis sustentata; 18-20.
6°. Impiorum negotia cum debitis et maledictione, proborum cum sufficientia et benedictione conjuncta. 21, 22.

III. Consolatio per beneficia : Deus enim

1°. Dirigit viam ambulantium; 23.

(Mai. supr. cit. t. 3); *Theodoretum*, *Arnobium*, *Cassiodorum* et *Bedam* Comment. in psalm. 35; etc. etc. (*a*).

(*a*) Liceat mihi aliam hujus psalmi analysim, paulo diversam ab auctoris expositione, sed ad Patrum fere omnium sensum ordinatam proponere :

HUMANI GENERI REPARATIO.

I. Depravationis humanæ descriptio
1°. Generica,
1. Ex firmo peccandi proposito, et contemptu Dei; 2.
2. Ex perpetua in Deum contumacia, 3.
2°. Specifica,
1. Ex ore iniquo et doloso; 4.
2. Ex mente a recto aversa, pravaque consilia continuo moliente. 4, 5.

II. Reparationis humanæ
1°. Natura et ratio,
1. Dei benignitate decreta, et a Prophetis prænuntiata, 6.
2. Ab Apostolis, ut quæ humano conceptui est impervia, declarata; 7.
3. Ad omnes, sive Judæos sive gentiles, accommodata. 7.
2°. Effectus :
1. Mirabilis gratiarum effusio, 8.
2. Justorum in Ecclesia, sive his in terris militante, sive triumphante in cœlis, gaudium et beatitudo, 9. ob communicata ipsis a Deo
a. Vita supernaturalis, 10.
b. Lumen Fidei aut gloriæ. 10.

III. Prophetæ, in persona Ecclesiæ, ad Deum oratio,
1°. Ut fideles omnes dirigat per vias misericordiæ et justitiæ, 11.
2°. Ut eosdem liberet a peccatis et dæmonum insidiis. 12, 13.

2°. Sublevat lapsum cadentium; 24.
3°. Impedit defectum egentium; 25.
4°. Gerit curam posterorum; 26.
5°. Præmiat felicitate merita bene operantium. 27-29.

IV. Repetitio

1°. Instructionis, per documenta de verborum sapientia et æquitate, cogitationum legitima regula, operationum constantia; 30, 31.
2°. Confirmationis, per oppositionem
  1. Impii mala machinantis, et justi e machinationibus crepti; 32, 33.
  2. Impii ex honoribus dejecti, et justi exaltati; 34-36.
  3. Impii cum familia extirpati, et justi in posteritate superstitis; 37, 38.
3°. Consolationis, per beneficia salutis, protectionis, auxilii et liberationis, justis a Deo promissarum. 39, 40.

PSALMUS XXXVII.

CHRISTUS, ONERATUS PECCATIS NOSTRIS ET DOLORIBUS SUIS,

I. Deprecatur pœnas peccatorum ultrices : 2, 3.

II. Exponit dolores hactenus toleratos,

1°. In carne lacerata et ossibus contritis; 4.
2°. In capite obruto et humeris gravatis; 5.
3°. In cicatricibus jam putrefactis et vultu dejecto; 6, 7.
4°. In ignominia nuditatis et despectu infirmitatis; 8, 9.
5°. In expressione clamoris, et turbatione cordis, nervorum et oculorum; 10, 11.
6°. In amicorum stupore ac discessu, inimicorum autem insultationibus et insidiis. 12, 13.

III. Proponit suam in iis patientiam, demonstratam

1°. Per auditus dissimulationem et silentii observationem; 14, 15.
2°. Per spem in Deo conceptam de frustranda hostium lætitia; 16, 17.
3°. Per animi promptitudinem ad sustinendum et satisfaciendum pro peccatis; 18, 19.
4°. Per impunem tolerantiam inimicorum, quantumvis injustorum et ingratorum. 20, 21.

IV. Implorat Dei præsentiam et adjutorium. 22, 23 (1).

(1) Cf. S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 33. num. 12; S. *Ambrosium* Comment. in psalm. 37. num. 32; *Didymum Alexandr.* Comment. in eumdem psalmum (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª.); *Rufinum* Comment. in Symbolum num. 20, 22; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 37; *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 37; S. *Augustinum* Enarr. in hunc psalmum num. 6, 16-28; S. *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Leviticum (opp. t. 1. part. 2ª. p. 348); S. *Isidorum Hispalens* de Fide catholica lib. 1, c. 29. num. 1; etc. etc.

PSALMUS XXXVIII.

CHRISTUS DE FUTURIS JUDÆORUM FATIS SOLLICITUS.

I. Timens eorum reprobationem,

1°. Silentium sibi imperat, quamvis molestum; 2, 3.
2°. Meditatione auctam inquietudinem sentit; 4.
3°. Terminum hujus mali nosse desiderat; 5.
4°. De populi ad terrena inclinati studio divitiarum vanissimo queritur. 6, 7.

II. Sperans eorum reparationem,

1°. Contestatur suam in Deo fiduciam; 8.
2°. Postulat populum liberari a peccatis tanquam causa mali, et ab ipso malo; 9, 11.
3°. Exponit eam in rem tum suam submissionem, tum populi afflictam conditionem; 10-12.
4°. Repetit postulationem, ut exauditus saltem cum aliquo solatio mori possit. 13, 14.

PSALMUS XXXIX.

PROPHETA, NOMINE ECCLESIÆ ET CHRISTI, CELEBRAT MYSTERIA REDEMPTIONIS.

I. In persona Ecclesiæ declarat,

1°. Post diuturnam exspectationem, se a Deo exauditam; 2.
2°. Liberatam a miseria et peccatis, confirmatam et illuminatam in via salutis; 3.
3°. Lætitia nova ad salutem multorum donatam; 4.
4°. Ad ministerium conversionis curandæ constitutam. 5.

II. In persona Christi celebrat

1°. Incarnationem, quam
  1. Pater divinus decrevit, velut opus mirabilissimum et sacrificium præstantissimum; 6, 7.
  2. Christus perfecit cum obedientia intellectus perfectissima et voluntatis promptissima; 8, 9.
2°. Prædicationem, cujus argumentum, justitia et misericordia Dei ubique ac liberrime promulgata; 10, 11.
3°. Passionem,
  1. Cum spe misericordiæ divinæ susceptam; 12.
  2. Doloribus gravissimis et innumeris exasperatam; 13.
  3. Solius Dei ope superabilem; 14.
4°. Resurrectionem secutam,

1. Ad confusionem hostium; 15, 16.
2. Ad gaudium bonorum; 17.
3. Ad gloriam Dei et Christi consummatam. 18 (1).

PSALMUS XL.

CHRISTUS, PASSIONI SUÆ OBNOXIUS,

I. Compatientibus sibi promittit

1°. In die judicii absolutionem; 2.
2°. In vita incolumitatem, felicitatem et securitatem; 3.
3°. In ægritudine opem et levamentum. 4.

II. Patiendi necessitatem sibi allatam significat,

1°. Ex peccatorum meritis; 5.
2°. Ex inimicorum odio, calumniis, irrisione et incredulitate; 6-9.
3°. Ex Judæ perfidia et proditione. 10.

III. Resurrectionem postulat, 11.

1°. Ad hostium confusionem ac pœnam; 12.
2°. Ad quietem suam stabilem ac beatificam; 13.
3°. Ad gloriam Dei perpetuam. 14 (2).

(1) Cf. *Hebr.* x, 5-70; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 17. num. 1; *Origenem* in psalm. 39. ℣. 7–10 (opp. t. 2), Comment. in Joann. t. 8. num. 4 (*ibid.* t. 4. part. 1ª. p. 97); *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evang. lib. 1 (p. 38, 39); S. *Athanasium* Comment. in psalm. 39 (opp. t. 1. part. 2ª.), Interpret. psalmi 39 (*ibid.* t. 3. sect. 2ª.), Epist. festali 6 (Mai. supr. cit. t. 6. p. 67); S. *Ephræm* Comment. in Ezechielem c. 34 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 193. F); S. *Ambrosium* Comment. in psalm. 39. num. 1-18, 22-27; *Didymum Alexandr.* in eumdem psalmum; S. *Joannem Chrysostomum* adv. Judæos homil. 7. num. 2–4, contr. Judæos et gentiles num. 8; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 39; S. *Hieronymum* Epist. 120. ad Hedibiam c. 1; Comment. in Isaiam lib. 12. c. 41, lib. 13. c. 46, lib. 14. c. 51 et 53 (opp. t. 4. p. 497, 547, 585, 620), in Epist. ad Galatas lib. 1. c. 1 (*ibid.* t. 7. p. 376); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 39; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 39, de Civitate Dei lib. 17. c. 20; S. *Cyrillum Alexandr.* de Adorat. in spiritu lib. 10 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 358); Glaphyr. in Genesim lib. 3 (*ibid.* part. 2ª. p. 344), Comment. in Isaiam lib. 5 (*ibid.* t. 2. p. 744), in Joann. lib. 4 et 5 (*ibid.* t. 4. p. 353, 482), de Trinitate Dialog. 5 (*ibid.* t. 5. part. 1ª. p. 585), Comment. in psalm. 39 (Mai. supr. cit. t. 3), Fragm. homiliæ (*ibid.* part. 2ª. p. 289); *Theodoretum* et *Cassiodorum* in psalm. 39; S. *Gregorium M.* in Ezechielem lib. 1. homil. 9. num. 4, in Evangel. lib. 1. homil. 19. num. 8, Exposit. super. Cant. c. 6. num. 8; *Bedam* Comment. in psalm. 39; etc. etc.

(2) Cf. *Joann.* XIII, 18, 19; *Tertullianum* adv. Marcionem lib. 4. c. 40; *Origenem* in psalm. 40 (opp. t. 2. p. 702. C, D..... 703. A, B), Comment. in Matthæum num. 82 (opp. t. 3. p. 847), in Joannem t. 32. num. 8 (opp. t. 4. part. 1ª. p. 428, 426); *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 40; S. *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 131. num. 7; S. *Athanasium* Comment. in psalm. 40 (opp. t. 1. part. 2ª.), Supplem. comment. in eumd. psalmum (*ibid.* t. 3. p. 67. F), Interpret. ejusd. psalmi (*ibid.* sect. 2ª.); *Pseudo-Athanas.* QQ. ad Antiochum q. 138. num. 7 (opp. S. Athanasii t. 2); S. *Cæsarium* Dialog. 3. interr. 166 (Galland. t. 6. p. 124); S. *Ambrosium*

PSALMUS XLI.

PROPHETA, PRÆ OCULIS HABENS POPULI JUDAICI TUM REPROBATIONEM TUM REVOCATIONEM FINALEM, ERUMPIT IN ALTERNANTES AFFECTUS.

I. Desiderium reditus ad fidem
1°. Ardentissimum; 2.
2°. Conjunctum cum morarum tædio; 3.
3°. Excitatum ab adversitatibus. 4, 5.
II. Mœror animi spe excitata depulsus. 6.
III. Querulosa expositio infortunii, ex reprobatione accumulati. 7, 8.
IV. Commendatio misericordiæ divinæ, lætitiam reddentis. 9.
V. Oratio priores affectus repetens. 10-12.

PSALMUS XLII.

CONTINUATIO PRIORIS ARGUMENTI.

I. Provocatio ad Dei judicis justitiam. 1.
II. Spes in Deum concepta
1°. Dat vires et abigit tristitiam; 2.
2°. Elicit illustrationem et directionem supernam; 3.
3°. Perducit ad veram fidem et meliorem vitam. 4.
III. Gratiarum actio et repetita excitatio ad spem et laudem Dei. 5.

Comment. in psalm. 40; *Didymum Alexandr.* Comment. in hunc psalmum (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª.), in Epist. Judæ c. 1 (Galland. t. 6. p. 307); S. *Gregorium Nyss.* Testim. contr. Judæos c. 5 (*ibid.* p. 585); *Paulinum Mediolanens.* de Benedict. Patriarch. c. 8. num. 4; S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos ac Gentiles num. 4 (opp. t. 1. p. 563. A); *Rufinum* Comment. in Symbolum num. 20; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 40; S. *Hieronymum* Epist. 120. ad Hedibiam c. 1, in Isaiam lib. 8. c. 25 (opp. t. 4. p. 340), in Ezechielem lib. 14. c. 47 (*ibid.* t. 5. p. 588); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 40; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 40, Serm. 106 (in append. t. 5. opp.) num. 12, Serm. 118. num. 2 (Mai. supr. cit. t. 1), de Civitate Dei lib. 17. c. 18; S. *Petrum Chrysolog.* Serm. 73; S. *Cyrillum Alexandr.* in Joann. lib. 9 (opp. t. 4. p. 729), in psalm. 40 (Mai. supr. cit. t. 8); *Sedulium* Oper. Paschal. lib. 5. c. 1; *Theodoretum* in psalm. 40; S. *Maximum Taurin.* Homil. 2; *Cassiodorum* in psalm. 40; S. *Gregorium M.* in Evang. lib. 2. homil. 35. num. 2; S. *Isidorum Hispal.* de Fide cathol. lib. 1. c. 6; *Bedam* Comment. in psalm. 40; etc. etc.

PSALMUS XLIII.

ORATIO ECCLESIÆ INTER PERSECUTIONES.

I. Ostendit suam in Deo fiduciam unice positam,
1°. Recolendo memoriam protectionis, tum patriarchis tum apostolis præstitæ; 2-4.
2°. Contestando sufficientissimam Dei potentiam; 5-7.
3°. Commemorando cum laude salutem jam impertitam. 8, 9.
II. Describit martyrum suorum
1°. Tolerantiam,
1. In bonis animæ, per subtractionem sensibilis auxilii; 10.
2. In bonis fortunæ, circa divitias, patriam et libertatem; 11-13.
3. In bonis famæ, per irrisionem, exprobrationem et calumnias hostium; 14-17.
4. In bonis corporis, per amissionem vitæ; 22.
2°. Constantiam,
1. In Dei memoria fixam; 18.
2. In bene cœptis progressam; 19.
3. Nec cum vitæ periculo ad idola deflexam. 20, 21.
III. Excitat Deum
1°. Ad ponendum derelictioni modum; 23, 24.
2°. Ad erigendos e terra afflictos; 25.
3°. Ad ferendum auxilium et salutem. 26.

PSALMUS XLIV.

PROPHETA, EPITHALAMIUM CHRISTO ET ECCLESIÆ CONCINENS,

I. Commendat suum carmen ab affectu dicentis, a bonitate dictionis, a rectitudine intentionis, a sanctitate inspirationis. 2.
II. Celebrat Christum, tanquam sponsum,
1°. A donis corporis: scilicet
1. Venustate vultus et sermonis; 3.
2. Armorum et virium robore; 4.
3. Membrorum et incessus pulchritudine. 5.
2°. A dotibus animæ: scilicet
1. Virtutibus veritatis, mansuetudinis et justitiæ; 5.
2. Solertia in prælio et victoria. 6.
3°. A prærogativis regni: scilicet
1. Æternitate throni, præstantia sceptri et pretio unctionis; 7, 8.
2. Suavitate vestimenti, magnificentia palatii, nobilitate assistentium. 9, 10.

III. Prædicat Ecclesiam,

1°. Tanquam reginam, throno proximam et pulcherrimo vestitu decoratam; 10.

2°. Tanquam sponsam,
1. Deductam ad sponsum, cum virtutum ornatu; 11.
2. Receptam cum amore a sponso; 12.
3. Honoratam a subditis; 13.
4. Exornatam a Patre æterno; 14.
5. Cinctam choro virginum exultantium. 15, 16.

3°. Tanquam matrem filiorum
1. Plurimorum, et nobilissimorum; 17.
2. Pietate illustrium; 18.
3. In virtute constantium. 19 (1).

(1) Cf. *Hebr.* 1, 8, 9; S. *Justinum* Dialog. cum Tryphone num. 38, 56, 63; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 3. c. 6. num. 1, lib. 4. c. 33 num. 11; *Tertullianum* adv. Marcionem lib. 5. c. 7 et 14, contr. Judæos c. 9 et 14; *Clementem Alexandr.* Pædagog. lib. 2 (opp. p. 177, 202, 236); S. *Hippolytum* Fragm. comment. in Genesim (Galland. t. 2. p. 480, 481); *Origenem* Periarch. lib. 4. num. 5 (opp. t. 1), contr. Celsum lib. 1. num. 56, in Exodum homil. 2. num. 4 (*ibid.* t. 2. p. 135. D), in Leviticum homil. 12. num. 3, 4 (*ibid.* p. 251, 252), ex Comment. in psalmos (*ibid.* p. 518. A, B), in psalm. 44 (*ibid.* p. 710. seqq.), in Cant. cantic. homil. 2. num. 3 et lib. 2 (*ibid.* p. 47, 66), in Ezechielem homil. 13. num. 2 (*ibid.* p. 403), in Joann. t. 1. num. 30, 42 (*ibid.* t. 4. part. 1a. p. 31, 46); S. *Cyprianum* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 6, 29; *Synodum Antioch.* Epist. contr. Paulum Samosat. (opp. S. Dionysii Alexandr. p. 281, 282); *Novatianum* de Trinitate c. 17 (alias, 25), 29; S. *Methodium* Conviv. decem Virginum Orat. 2. num. 7, Orat. 7. num. 8, 9; *Lactantium* Divin. Institut. lib. 4. c. 8, 13; S. *Alexandrum Alexandr.* Epist de Arii deposit. num. 4 (Galland. t. 4. p. 452, 453); *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evangel. lib. 4 et 5 (pag. 173, 178 et seqq. 192, 217-219, 221), Comment. in psalm. 44 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcorum t. 1); *Julium Firmicum Maternum* de Error. profanar. relig. num. 24 (Galland. t. 5. p. 33); S. *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 44, Tract. in psalm. 144. num. 1, de Trinitate lib. 4. num. 35, lib. 11. num. 18, 19; S. *Phœbadium Aginnens.* de Fide orthodoxa c. 2; S. *Athanasium* Orat. 1a. contr. Arianos num. 46, 47, 49 (opp. t. 1. part. 1a. p. 355-358), Orat. 2a. num. 13 (*ibid.* p. 379), Orat. 4a. num. 24 (*ibid.* p. 503), Epist. 2a. ad Serapionem num. 8 (*ibid.* part. 2a. p. 550), Comment. in psalm. 44 (*ibid.* p. 854–856, 992. C, 993), Comment. in psalm. 67 (*ibid.* p. 888. C, D), Interpret. psalm 44 (opp. t. 3. sect. 2a.); *Pseudo-Athanasium* Homil. in illud: Ite in castellum. num. 5 (*ibid.* t. 2. p. 376); S. *Basilium* Comment. in psalm. 44; S. *Ephræm* in I Samuelis c. 9, 12 (opp. Syr. Latin. t. 1. p. 350, 354, 355), in II Samuelis c. 24 (*ibid.* p. 433. A), Serm. adv. Judæos (*ibid.* t. 3. p. 215, 224); S. *Cyrillum Hierosol.* Catech. 11. num. 15, Catech. 15. num. 28, Catech. 21. num. 2; S. *Pacianum* Epist. 1a. contr. Sympronianum num. 4 (Galland. t. 7. p. 258), Epist. 3a. contra eumdem num. 2 et 25 (*ibid.* p. 262, 269); S. *Optatum Milevit.* de Schismate Donatist. lib. 4. c. 7; S. *Cæsarium* Dialog. 3. Interr. 129, 140, 166 (Galland. t. 6. p. 81, 99, 124, 125); S. *Ambrosium* Comment. in psalm. 40, Apolog. 1a. David c. 17. num. 79, 80; *Didymum Alexandr.* de Trinitate lib. 1. c. 31, lib. 2. c. 6, lib. 3. c. 20 (p. 95, 178, 391), Comment. in psalm. 44 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2a.), in psalm. 21. ℣. 19 (*ibid.* p. 195), in psalm. 88 (*ibid.* p. 268. col. 2a.); S. *Gregorium Nyss.* Antirrh. adv. Apollinarem (Galland. t. 6. p. 569), Testim. adv. Judæos c. 2, 10 (*ibid.* p. 583, 588); *Faustinum* de Trinit. c. 5. num. 2 (*ibid.* t. 7. p. 455); S. *Joannem*

PSALMUS XLV.

ECCLESIA, DE PERSECUTIONIBUS TRIUMPHANS,

I. Contestatur constantem animi erectionem in quibuscumque persecutionibus. 2-4.

II. Affert hujus causam, ex lætitia spiritus divinitus data, ac præsenti Dei tutela. 5, 6.

III. Recenset beneficia jam accepta,

1°. Ex gentibus victis et regnis excisis; 7, 8.

2°. Ex prodigiis patratis; 9.

3°. Ex persecutione sublata et pace reddita. 10.

IV. Excitat tum suos tum se ad potentiam Dei æstimandam. 11, 12 (1).

Chrysost. Comment. in psalm. 44, adv. Judæos et Gentiles num. 6; *Fastidium* de Vita christiana c. 1 (Galland. t. 9. p. 481); S. *Philonem Carpas.* in Cant. cantic. c. 1. (*ibid.* p. 730. A); *Pseudo-Rufinum* in psalm. 44; S. *Hieronymum* Epist. 21. ad Damasum, de duobus Filiis, num. 26, Epist. 65. ad Principiam, Epist. 129. ad Dardanum num. 1, Comment. in Isaiam lib. 7. c. 23, lib. 13. c. 49, lib. 14. c. 52, 53, lib. 17. c. 61, 63 (opp. t. 4. p. 327, 562, 571, 731, 740, 746, 608, 614), Comment. in Ezechielem lib. 4. c. 16 (*ibid.* 1. 5. p. 151, 159), in Michæam lib. 2. c. 5 (*ibid.* t. 6. p. 491), in Zachariam lib. 2. c. 9, lib. 3. c. 13 (*ibid.* p. 858, 928); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 44; S. *Augustinum* Tract. 33. in Joann. num. 4, Enarr. in psalm. 44, de Civitate Dei lib. 17. c. 16, adv. Judæos c. 4 (opp. t. 8), contr. Faustum Manich. lib. 13. c. 7, Serm. 119. num. 18, et Serm. 120. num. 10 (Mai. supr. cit. t. 1); *Sedulium* Oper. Paschal. lib. 2. c. 8; S. *Cyrillum Alexandr.* de Adorat. in spiritu lib. 1 et 9 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 4, 65, 316), Glaphyr. in Genesim lib. 3, 5, 7 (*ibid.* part. 2ª. p. 89, 153, 229), Glaphyr. in Exodum lib. 1 (*ibid.* p. 250), Comment. in Isaiam lib. 4 (*ibid.* 1. 2. p. 676, 677), in Joannem lib. 1, 2, 10, 11 (*ibid.* 1. 4. p. 116. E, 232. A, 891, 993), Thesaur. assert. 20 (*ibid.* t. 5. part. 1ª. p. 197. B, 198), contr. Julianum lib. 8 (*ibid.* t. 6. p. 281. C, D), Comment. in psalm. 44 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3), in Lucam c. 6 (*ibid.* t. 2. p. 189), Serm. quod B. Maria sit Deipara num. 7 (*ibid.* p. 80); *Theodoretum* in psalm. 44; S. *Maximum Taurinens.* Homil. 4; S. *Proclum Constantinop.* Orat. 6. num. 3 (Galland. t. 9. p. 633. C); *Arnobium Juniorem* in psalm. 44; S. *Fulgentium* ad Thrasimund. lib. 3. c. 13; *Cassiodorum* Comment. in psalm. 44; *Facundum Hermianens.* pro Defens. trium Capitul. lib. 9. c. 1; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 4. c. 31. num. 61, lib. 30. c. 25. num. 72, lib. 35. c. 14. num. 34, c. 18. num. 45, in Ezechielem lib. 1. homil. 8. num. 26, in I Regum lib. 1. c. 3. num. 19, lib. 6. c. 1. num 10, c. 3. num. 22-29; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide cathol. lib. 1. c. 3. num. 1, c. 14. num. 2, c. 53. num. 2, lib. 2. c. 1. num. 4; *Bedam* Comment. in psalm. 44; etc. etc.

(1) Cf. *Origenem* in psalm. 45 (opp. t. 2. p. 713. C), Comment. in Ezechielem homil. 13. num. 4 (*ibid.* t. 3. p. 404. D), in Joannem t. 19. num 1 (*ibid.* 1. 4. part. 1ª. p. 284); S. *Hippolytum* Serm. in Theophaniam n. 2 (Galland. 1. 2. p. 491); S. *Cyprianum* Testimon. adv. Judæos lib. 2. c. 6; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 45, in Isaiam c. 35. ℣. 21, 22; S. *Athanasium* Comment. in psalm. 45, Interpret. ejusd. psalmi; S. *Basilium* in psalm. 45. num. 3-8; S. *Ambrosium* in psalm. 45. num. 7, 8, 12-25, in psalm. 39. num. 22; *Didymum Alexandr.* Comment. in hunc psalmum; *Evagrium* Altercat. cum Simone Judæo (Galland. 1. 9. p. 255. C);

PSALMUS XLVI.

CHRISTI IN CŒLOS ASCENDENTIS TRIUMPHUS CELEBRANDUS.

I. Lætandum in eo omnibus, 2.

1°. Ob divinitatem Christi manifestam; 3.
2°. Ob victoriam de hostibus relatam; 4.
3°. Ob hæreditatem nobis collatam; 5.
4°. Ob humanitatem Christi elevatam. 6.

II. Gratulandum Christo

1°. Tanquam Deo; 7.
2°. Tanquam homini, 8.
1. Ob potestatem super omnia illi traditam; 9.
2. Ob genus hominum ad ipsius fidem adunatum. 10 (1).

Theodotum Ancyranum Serm. in S. Deiparam et in Simeonem num. 6 (*ibid.* p. 462. A); S. *Joann. Chrysost.* in psalm. 45. num. 3; S. *Chromatium* Tract. 4. in Matth. num. 2 (Galland. t. 8. p. 339); *Pseudo-Rufinum* in psalm. 45; S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 8. c. 26, lib. 10. c. 32, lib. 15. c. 55, lib. 18. c. 65, 66 (opp t. 4. p. 343, 428, 648, 781, 809), in Ezechielem lib. 9. c. 29 (*ibid.* t. 5. p. 344), in Zachariam lib. 2. c. 8 (*ibid.* t. 6. p. 839); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 45; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 45, contr. Cresconium lib. 2. c. 14, num. 17; S. *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Exodum lib. 3 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 314, 315), Comment. in Isaiam lib. 3 (*ibid.* t. 2. p. 463. C), contr. Julianum lib. 5 (*ibid.* t. 6. p. 172. D), Comment. in psalm. 45 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3); *Theodoretum* Comment. in psalm. 45; S. *Maximum Taurinens.* Serm. 14; *Arnobium Jun.* et *Cassiodorum* in hunc psalmum; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 18. c. 31. num. 50, lib. 33. c. 28. num. 49; Comment. in Cantic. cantic. c. 4. num. 20; *Bedam* in psalm. 45; etc. etc.

(1) Cf. S *Justinum* Dialog. cum Tryphone num. 37; *Origenem* in psalm. 46, Select. in Deuteron. c. 33 (opp. t. 2. p. 393. A), in Matthæum t. 16. num. 4 (*ibid.* t. 3. p. 714); *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evang. lib. 2. c. 1, lib. 6. c. 2 (p. 46, 253), Comment. in psalm. 46; S. *Jacobum Nisib.* Serm. 15. de Ingressu Gentium num. 3 (Galland. t. 5. p. cv); S. *Athanas.* Comment. in psalm. 46 (opp. t. 1. part. 2ª. p 858, 993), Interpret. ejusd. psalmi (*ibid.* t. 3); *Pseudo-Athanasium* QQ. ad Antiochum q. 137. num. 5, 12; S. *Cyrillum Hierosolym.* Catech. 14. num. 24; *Titum Bostrensem* Serm. in Ramos Palmarum num. 5 (Galland. t. 5. p. 354. B, C); S. *Cæsarium* Dialog. 1. interr. 38, Dialog. 3. Interr. 168 (Galland. t. 6. p. 26, 127); *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 46, de Trinitate lib. 1. c. 27 (p. 79); S. *Gregorium Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 9 (Galland. t. 6. p. 587); *Pseudo-Epiphanium* in Assumpt. Christi (opp. t. 2. p. 286); S. *Joann. Chrysost.* in psalm. 46. num. 2 et seqq.; *Rufinum* Comment. in Symb. num. 31; *Pseudo-Rufinum* et *Pseudo-Hieronymum* Comment in hunc psalmum; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 46; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Isaiam lib. 5 (opp. t. 2. p. 760. E, 761. A), in Joannem lib. 6, 10, 11 (*ibid.* t. 4. p. 656, 845, 1008), contr. Julianum lib. 8 (*ibid.* t. 6. p. 281. E, 282), Comment. in psalm. 46; *Theodoretum* in psalm. 46; S. *Gregentium* Disput. cum Herbano Judæo (p. 156 et seqq.); *Arnobium* et *Cassiodorum* in psalm. 46; S. *Gregorium M.* In Evang. lib. 2. homil. 29. num. 10, in I Regum lib. 3. c. 3. num. 14; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide catholica lib. 1. c. 57. num. 2; *Bedam* Comment. in psalm. 46; etc. etc.

PSALMUS XLVII.

ECCLESIA, SUB TYPO HIEROSOLYMÆ,

I. Magnifice extructa,

1°. A Deo architecto; 2.
2°. In statione illustri; 3.
3°. Cum Christi eam regentis gloria, et gentium ad eam accedentium admiratione. 4-6.

II. Solide stabilita

1°. Contra hostes, terra marique imminentes, sed territos et disjectos; 7, 8.
2°. Juxta antiquorum prædictiones, recenti eventu comprobatas. 9.

III. Splendide exornata,

1°. Misericordia Dei medium ejus inhabitante; 10.
2°. Fama mirabilium et justitia judiciorum omnem viciniam ambiente. 11, 12.

IV. Firmiter munita,

1°. Mœnium et turrium robore; 13.
2°. Civium virtute et domorum ordine; 14.
3°. Regiminis divini perpetuitate. 15 (1).

PSALMUS XLVIII.

PROLUSIO ÆNIGMATIS EVANGELICI DE DIVITIBUS IMPIIS A CHRISTO PROPOSITI.

I. Exordium dictionis,

1°. Per invitationem auditorum omnis generis; 2, 3.
2°. Per excitationem attentionis,
1. Ob materiam divinitus revelatam; 4.
2. Ob formam parabolicam. 5.

II. Pars prima ænigmatis: timendum est divitibus impiis

1°. In die mortis et judicii,
1. Ob peccata et fiduciam frustratam; 6, 7.

(1) Cf. *Origenem* in psalm. 47; *Eusebium Cæsareens.* In eumdem psalmum (Montfauc. nov. collecl. Patrum Græcorum t. 1), Comment. in Isaiam c. 60. ỳ. 9 (*ibid.* t. 2); S. *Athanasium* Comment. in psalm. 47 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 858, 859, 993), Interpr. ejusdem psalmi (*ibid.* t. 3. secl. 2a.); S. *Ambrosium.* Comment. in psalm. 47. num. 4-25; *Didymum Alexandr.* Comment. in hunc psalmum; S. *Gregorium Nyss.* Homil. 7. in Ecclesiasten (opp. t. 1. p. 442); S. *Chromatium* Tract. 4. in Matthæum num. 2 (Galland. t. 8. p. 389); *Pseudo-Rufinum* in psalm. 47; S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 15. c. 54 (opp. t. 4. p. 637); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 47; S. *Augustinum* Enarr. in eumdem psalmum; S. *Cyrillum Alexandr.*, *Theodoretum, Cassiodorum* et *Bedam* Comment. in psalm. 47; etc. etc.

2. Ob auxilii et patrocinii defectum; 8, 9.
3. Ob damnationem æternam; 9, 10.

2°. Sub mortem, ob ejus certum quidem, tamen improvisum eventum; 11.

3°. Post mortem,
1. Ob fortunarum ad alios transitum et famæ per ædificia quæsitæ oblivionem; 12.
2. Ob agendi rationem brutis animantibus similem, hinc detestabilem, nihilominus placentem; 13, 14.
3. Ob detrusionem ipsorum ad inferos, instar pecorum. 15.

III. Pars altera ænigmatis : divites impii non sunt timendi,

1°. Neque in vita altera, ubi
1. Dominatus et dignitas impiorum cessat; 15.
2. Liberatio justorum et conjunctio cum Deo incipit; 16.

2°. Neque in vita præsenti, ubi
1. Abundant quidem bonis et honoribus, sed brevi perituris et amittendis; 17, 18.
2. Celebrantur adulatorum laude, sed nihil ad æternitatem conferente, nec ultra bestiarum sortem elevante. 19-21.

PSALMUS XLIX.

REPROBATIO GENTIS JUDAICÆ ET ABOLITIO LEGALIUM PRÆNUNTIATA.

I. Apparatus actionis futuræ, exhibens

1°. Judicem, reos, locum; 1, 2.

2°. Judicium, ejusque
1. Antecedentia, per bellum ac incensionem templi et urbis; 3.
2. Concomitantia, per congregationem tum defensorum tum oppugnatorum ex omni parte; 4, 5.
3. Consequentia, per approbationem justitiæ ab omnibus datam. 6.

II. Expositio causarum de utroque eventu :

1°. Causa prima ex parte populi, 7. sunt ritus legales,
1. Cum præpostera in ceremoniis confidentia exerciti; 8-13.
2. Interiori devotione ac virtutibus destituti; 14, 15.

2°. Causa secunda ex parte scribarum,
1. Leges Dei quidem commendantium; 16.
2. Sed factis plurimis et horrendis transgredientium. 17-20.

III. Constitutio sententiæ,

1°. Vindictam decernentis; 21.

2°. Emendationem illi præviam exoptantis; 22.

3°. Sacrificium melius et legem salubriorem promittentis. 23 (1).

(1) S. *Clementem Rom.* I ad Cor. c. 35; S. *Justinum* Dialog. cum Tryphone num. 22; S. *Irenæum* adv. Hæres. lib. 3. c. 6. num. 1, lib. 5. c. 18. num. 3; *Origenem* in psalm. 49; S. *Cyprianum* de Bono patientiæ num. 22, Epist. 63. ad Cæcilium num. 18,

PSALMUS L.

AFFECTUS VERE PŒNITENTIS.

I. Petitio indulgentiæ,

1°. Divinarum miserationum magnitudini et numero correspondentis; 3.

2°. Culpam et pœnam diluentis. 4.

II. Confessio indignitatis, conjuncta cum timore,

1°. Ob conscientiam peccati memoria turbatam; 5.

2°. Ob sacrilegam peccati malitiam, justo Dei judicio vindicandam; 6.

3°. Ob conditionem, jam ex conceptu, ream peccati. 7.

III. Fiducia suscepta ex Dei promissis, et patefactis sapientiæ divinæ mysteriis, 8.

1°. De peccati labe expianda et abolenda; 9, 11.

2°. De lætitia animi, vigore virium et confirmatione gratiæ concedenda. 10-14.

Testimon. adv. Judæos lib. 1. c. 16; S. *Methodium* de Simeone et Anna num. 9 (Galland. t. 3. p. 813); *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evang. lib. 1, 6 (p. 39. C, D, 261), Comment. in psalm. 49; S. *Jacobum Nisib.* Serm. 2. de Dilectione num. 6 (Galland. t. 5. p. XIII); S. *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 62. num. 8; S. *Athanasium* Comment. in psalm. 49 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 862, 994), Supplem. comment. in eumd. psalmum (*ibid.* t. 3. p. 68, 69), Interpret. psalm. 49 (*ibid.* sect. 2ª.); S. *Basilium* Comment. in Isaiam c. 1. num. 27, de Spiritu Sancto c. 13. num. 30; S. *Ephræm* Serm. in secundum Domini adventum (opp. Græcorum t. 2. p. 202); S. *Optatum Milevit.* de Schismate Donatist. lib. 2. c. 1; S. *Cyrillum Hierosol.* Catech. 15. num. 21; S. *Zenonem Veron.* lib. 1. Tract. 15; S. *Cæsarium* Dialog. 1. Interr. 22 (Galland. t. 6. p. 16); *Didymum Alexandr.* de Trinitate lib. 1. c. 27, lib. 3. c. 21, Comment. in psalm. 49; S. *Gregorium Nyss.* in Cant. cantic. homil. 9 (opp. t. 1. p. 603 B, C), Testimon. adv. Judæos c. 2 (Galland. t. 6. p. 581); S. *Joannem Chrysost.* in psalm. 49, contr. Judæos et Gentiles num. 8; S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 1. c. 1 (opp. t. 4. p. 20), in Zachariam lib. 2 c. 8 (*ibid.* t. 6. p. 842); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 49; *Collat. Carthag.* Mandat. Episcop. catholic. (Galland. t. 5. p. 597); S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 49, Serm. 18, Serm. 263. num. 1 (opp. t. 5), Serm. 117. num. 2 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1); S. *Petrum Chrysol.* Serm. 10; S. *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Genesim lib. 1 (opp. t. 1. p. 19), Comment. in Isaiam lib. 5 (*ibid* t. 2. p. 744), in Joann. lib. 5 (*ibid.* t. 4. p. 530), de Trinitate Dialog. 5 (*ibid.* t. 5. part. 1ª. p. 550), Comment. in psalm. 49 (Mai. supr. cit. t. 3); S. *Maximum Taurin.* Tract. 5. contr. Judæos (opp. p. 750. B); *Theodoretum* in psalm. 49; S *Proclum Constantinop.* Orat. 1. num 7 (Galland. t. 9. p. 617. D); *Arnobium* et *Cassiodorum* in psalm. 49; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 4 c. 6. num. 11, lib. 11. c. 15. num. 23, lib. 15. c. 14. num. 17, c. 31. num. 37, in Evang. lib. 1. homil. 1. num. 6; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide catholica lib. 1. c. 33. num. 3, c. 61. num. 3, 4; *Bedam* Comment. in psalm. 49; etc. etc. (*a*).

(*a*) Sex hujus psalmi priores versus de utroque Christi Domini adventu ab omnibus fere Patribus exponuntur.

IV. Propositum reparationis faciendæ,

1°. Per instructionem et reductionem aliorum; 15.

2°. Per publicam gratuitæ remissionis et divinæ laudis divulgationem; 16, 17.

3°. Per suiipsius et cordis contriti in sacrificium oblationem. 18, 19.

V. Votum

1°. Pro reparando scandalo; 20.

2°. Pro acceptando cultu, in posterum perfectius exhibendo. 21.

PSALMUS LI.

SYNAGOGÆ INTERITUS, ECCLESIÆ INCREMENTUM.

I. Interitus synagogæ

1°. Causa, vis malitiosa in opere, malignitas in cogitatione, calumnia et impostura in sermone contra Christum; 3-6.

2°. Eventus, per Hierosolymæ et templi destructionem, et populi dispersionem ac expulsionem; 7.

3°. Opprobrium, ex justis spectantium irrisionibus, ob pereuntium spem repositam, non in Deo, sed in rebus vanis. 8.

II. Incrementi Ecclesiæ

1°. Symbolum, oliva fructifera; 9.

2°. Nutrimentum Dei misericordia; 9.

3°. Complementum, laus et gratiarum actio in societate sanctorum. 10.

PSALMUS LII.

REPETITIO DECANTATA PSALMI DECIMI TERTII.

PSALMUS LIII.

CHRISTUS, AB INIMICIS CIRCUMDATUS,

I. Postulat salutis auxilium, juris præsidium, et precum exauditum. 3, 4.

II. Exponit hostilem externorum et domesticorum vim ac insidias, cum Dei contemptu conjunctas. 5.

III. Præsentit Dei adjutorium, vitæ præsidium, hostium repulsam et interitum. 6, 7.

IV. Promittit sacrificium eucharisticum, pro data de hostibus victoria. 8, 9.

PSALMUS LIV.

CHRISTUS PASSIONIS SUÆ TEMPORE

I. Præmittit orationem ad Deum : 2, 3.

II. Exponit

1°. Animum tristitia, timore ac mentis caligine turbatum, ob insultationem hostium et mortis periculum ; 3-6.

2°. Consilium captum de declinando hoste, per fugam et subductionem, et exspectando Dei auxilio ; 7-9.

3°. Votum, cum imprecatione mortis, 10, 16.

1. Contra adversarios varia machinantes, tum exterostum cives ; 10-12.

2. Contra discipulum perfidum. 13-14.

III. Certus de oratione sua exaudienda, 17, 18. prædicit

1°. Sibi quidem liberationem ab hostibus, quantumlibet multis, impertiendam ; 19.

2°. Justo etiam, in Deo confidenti, conservationem et stabilitatem tribuendam ; 23.

3°. Inimicis autem obstinatis, fœdifragis, pseudophilis, seu vi aperta seu dolo nocentibus, pœnam mortis, aut mortem saltem præmaturam inferendam. 20-22, 24 (1).

PSALMUS LV.

CHRISTUS AB HOSTIBUS CIRCUMSESSUS

I. Invocat Dei misericordiam, contra infestantium barbariem et multitudinem : 2, 3.

II. Conjungit cum orto hinc timore 4. spem,

1°. Fundatam in Dei promissis ; 5.

2°. Intrepidam in quibuscumque hostium obtrectationibus, machinationibus et insidiis ; 6, 7.

3°. Confortatam divina potentia et fidelitate. 8, 9.

(1) Cf. *Origenem* in psalm. 54 (opp. t. 2. p. 729. D, 730. D, F, 731. D, F, 732. B), Comment. in Matthæum num. 78 (*ibid*. t. 3. p. 895. B), in Joannem t. 32. num 12 (*ibid*. t. 4. part. 1a. p. 436. A, B) ; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 54, Demonstr. Evang. lib. 10 (p. 471-474) ; S. *Hilarium* Tract. in psalm. 54 ; S. *Athanasium* Comment. in psalm. 54 (opp. t. 1. part. 2a) ; S. *Cyrillum Hierosol.* Catech. 13. num. 9 ; S. *Ambrosium* in psalm. 40. num. 17 ; *Didymum Alexandr.* in psalm. 54 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2a) ; *Rufinum* Comment. in Symbolum num. 20 ; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 54 ; S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 18. c. 66 (opp. t. 4. p. 804) ; *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 54 ; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Joann. lib. 9 (opp. t. 4. p. 736) ; *Theodoretum* et *Cassiodorum* in psalm. 54 ; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide catholica lib. 1. c. 21. num. 1 ; *Bedam* Comment. in psalm. 54 ; etc., etc.

III. Pollicetur

1°. Sibi quidem liberationem ab hostibus; 10.

2°. Deo autem a se laudem, plenam confidentiam et gratitudinis contestationem. 11-13.

PSALMUS LVI.

CHRISTUS, SIMILIBUS IN CIRCUMSTANTIIS,

I. Petit protectionem divinam,

1°. Cum contestatione spei, in Dei sufficientia repositæ; 2, 3.

2°. Cum commemoratione præstiti jam alias contra hostium ferociam auxilii; 4, 5.

3°. Cum amplificatione tum potentiæ Deo gloriosæ, tum machinationum hostilium, ipsis auctoribus noxiarum. 6, 7.

II. Declarat

1°. Promptitudinem animi ad quamcumque Dei dispositionem; 8.

2°. Alacritatem ad celebrandam Dei laudem; 9, 10.

3°. Affectum ad commendandam Dei beneficientiam ac gloriam. 11, 12 (1).

(1) Cf. S. *Justinum* Dialog. cum Tryphone num. 37; *Origenem* in psalm. 56; *Dionysium Alexandr.* contr. Paulum Samosat. respons. ad q. 7 (opp. p. 260); S. *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 56, in psalm. 146. num. 8; S. *Athanasium* Comment. in psalm. 56 (opp. t. 1. part. 2ª), Interpret. ejusd. psalmi (*ibid.* t. 3. sect 2ª); *Pseudo-Athanasium* QQ. ad Antiochum q. 137. num. 11 (*ibid.* t. 2. p. 252. E); *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm 56. ℣. 4, 5, 10 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª. p. 241, 242); *Pseudo-Rufinum* et *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 56; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 56. num. 2-14, 16, 17, Serm. 262. c. 6, Serm. 93. num. 2 (Mai supr. cit. t. 1); S. *Leonem M.* Serm. 59 (alias, 57), c. 3; *Cassiodorum* Comment. in psalm. 56; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 6. c. 20. num. 35; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide catholica lib. 1. c. 41; *Bedam* Comment. in psalm. 56; etc., etc. (*a*).

(*a*) Alia psalmi quinquagesimi septimi analysis, expositioni SS. Patrum accommodatior :

CHRISTI PASSIO.

I. Christus

1°. Postulat a Patre auxilium, ob spem in ejus sufficientia et benevolentia firmissimam; 2, 3.

2°. Recenset beneficia sibi a Patre conferenda : scilicet

1. Liberationem a malis omnibus et adversariorum conculcatione; 4.

2. Proximum de morte, a Judæis calumniantibus inferenda, triumphum; 5, 9.

3°. Prædicit

1. Mala sibi ab hostibus parata in ipsos recidenda; 7.

2. Grates ob partam victoriam Patri solvendas; 8.

3. Constituendam apostolica prædicatione omnium gentium Ecclesiam. 10, 11

II. Chorus fidelium Christo exoptantium gloriosam in cœlum ascensionem, et in universum orbem imperium. 6, 12.

PSALMUS LVII.

CHRISTUS PERSECUTORIBUS SUIS

I. Exprobrat
- 1°. Injustitiam in judicando et agendo; 2, 3.
- 2°. Depravationem nativam, et simulatione auctam; 4.
- 3°. Obdurationem cordis ad faciendum malum et aversandum bonum. 5, 6.

II. Minatur pœnam,
- 1°. Conterentem etiam fortissimos; 7.
- 2°. Dissipantem etiam amplissimos et conjunctissimos; 8, 9.
- 3°. Exscindentem etiam spei suæ proximos et aptissimos. 10.

III. Opponit lætitiam justorum,
- 1°. De justitia Dei vindice, et victoria contra impios relata; 11.
- 2°. De mercede actionum suarum recepta, et Dei judicantis gloria. 12.

PSALMUS LVIII.

CHRISTUS, PASSIONI SUÆ PROXIMUS,

I. Implorat Dei auxilium,
- 1°. Exponendo imminens ab hostibus periculum; 2-4.
- 2°. Provocando ad suam innocentiam; 5.
- 3°. Excitando ad sumendam de impiis vindictam. 6.

II. Designat consilia
- 1°. Hostium, post primam tentaminum frustrationem furentium, et iterato conspirantium; 7, 8.
- 2°. Dei, conatus illorum irridentis, et ad nihilum redigere statuentis; 9.
- 3°. Sui ipsius, in Deo confidentis, et dispersionem hostium potius quam internecionem exoptantis. 10-12.

III. Prænuntiat
- 1°. Hostibus infamiam, sceleribus eorum apud omnes inurendam; 13.
- 2°. Regno et metropoli eversionem, a Deo vindice immittendam; 14.
- 3°. Reliquiis dispersionem et famem, inter murmura sustinendam. 15, 16.

IV. Spondet gratiarum actionem Deo forti, misericordi et adjutori. 17, 18 (1).

(1) Cf. *Origenem* in psalm. 58 (opp. t. 2. p. 786. D. E); *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 58. ℣. 6-18 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcorum t. 2), in Isaiam c. 5. ℣. 13 (*ibid.* t. 2); S. *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 58; S. *Athanasium* Comment. in eumdem psalmum; S. *Cyrillum Hierosolym.* Catech. 13. num. 9; *Pseudo-Rufinum* in psal. 58; S. *Hieronymum* in Isaiam lib. 2. c. 5 (opp. t. 4. p. 77);

PSALMUS LIX.

SYNAGOGA, OLIM CONJUNGENDA CUM CHRISTI ECCLESIA,

I. In præsens
 1°. Exaggerat calamitatem populi Judaici, a Deo derelicti, dispersi et graviter afflicti ; 3-5.
 2°. Ostendit spem quamdam ferendi olim auxilii relictam; 6.
 3°. Addit preces pro eo obtinendo. 7.

II. In futurum, ex prophetia accepta, prædicit symbolice
 1°. Reductionem Judæorum; 8, 9.
 2°. Conversionem infidelium; 10.
 3°. Subjectionem hæreticorum, per Dei mitigati virtutem. 11, 12.

III. Respectu utriusque,
 1°. Præsentis quidem, repetit preces; 13.
 2°. Futuri autem, confidit in Deo. 14.

PSALMUS LX.

CHRISTUS IN SEPULCRO

I. Petit a Patre resuscitari, 2.
 1°. Ob preces jam fusas; 3.
 2°. Ob concessum antea præsidium. 4.

II. Sperat exaudiri,
 1°. Dato in cœlum ingressu; 5.
 2°. Constituta pro votis Ecclesia fidelium; 6.
 3°. Addita utriusque regno perpetuitate. 7, 8.

III. Promittit, effectu secuto, laudes quotidie reddendas. 9 (1).

Pseudo-Hieronymum Comment. in psalm. 58; S. *Augustinum* in eumdem psalm. Enarr. 1a. num. 1-6, 8-22, Enarr. 2a. num. 2-11, adv. Judæos c. 9; S. *Cyrillum Alexandr.*, *Theodoretum*, *Cassiodorum* Comment. in psalm. 58; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 7. c. 21. num. 24; *Bedam* Comment. in psalm. 58; etc., etc.

(1) Alia psalmi sexagesimi analytica expositio :

ECCLESIA, MEDIOS INTER HOSTES,

I. Petit a Deo liberari, 2. etc., ut in textu.
II. Sperat exaudiri,
 1°. Dato in cœlum ingressu; 5.
 2°. Concessa fidelibus æterna beatitudine; 6.
 3°. Addita regno Christi perpetuitate. 7, 8.
III. Ut in textu.

Ita *Athanasius* Fragm. comment. in psalmum 60 (opp. t. 1. part. 2a. p. 991), *Hilarius*, *Augustinus*, *Pseudo-Rufinus*, *Pseudo-Hieronymus*, *Theodoretus*, *Cassiodorus* et *Beda* in eumdem psalmum.

PSALMUS LXI.

CHRISTI INTER ADVERSA DOCUMENTUM,

I. Alterum exempli, quod proponit
1°. In sua Deo confidente patientia; 2, 3.
2°. In hostium sibi adversantium frustrata opera; 4, 5.
3°. In iterata confidentiæ suæ testificatione : 6-8.
II. Alterum exhortationis, qua
1°. Commendat justis spem in Deo ponendam; 9.
2°. Dissuadet impiis vanam fiduciam, in vi, fraude et divitiis repositam; 10, 11.
3°. Promulgat utrisque immutabile Dei decretum, reddendi cuilibet secundum ejus opera. 12, 13.

PSALMUS LXII.

AFFECTUS CHRISTI E SEPULCRO.

I. Desiderium fruendi gloria,
1°. Commune corpori et animæ; 2.
2°. Cœptum in terra, continuandum in cœlo. 3.
II. Gratitudo et laus Dei,
1°. Contestata magnitudinem beneficii accepti; 4.
2°. Professa corporis lætitiam et animæ jucunditatem hinc enatam. 5, 6.
III. Memoria, celebrans
1°. Ex parte Dei, adjutorium in pugna et protectionem in quiete; 7, 8.
2°. Ex parte Christi, charitatem arctissimam et divinitus sustentatam. 9.
IV. Prædictio,
1°. Infausta hostibus, inferno et morte absumendis; 10, 11.
2°. Gloriosa Christo et illi fidelibus, supra calumnias triumphaturis. 12.

PSALMUS LXIII.

CHRISTUS ACCEDENS AD PASSIONEM

I. Excutit ex animo metum; 2.
II. Advertit quidem hostium suorum
1°. Consilia et multitudinem, 3.
2°. Calumnias et detractiones, 4, 5.
3°. Impudentiam, obstinationem, hypocrisin et nocendi studium; 6, 7.

III. Prævidet autem simul, virtute Dei,

1°. Hostium consilia caritura effectu, opera auctoribus nocitura, et verba calumniatoribus defutura; 7-9.

2°. Indifferentium orituram hinc perturbationem, mox formidinem, ac tandem agnitionem et confessionem divinæ justitiæ; 9, 10.

3°. Justorum denique lætitiam, spem in Deo, ac laudem divinæ potentiæ secuturam. 11.

PSALMUS LXIV.

ECCLESIA CHRISTI

I. Optat

1°. Laudem Dei celebrari a fidelibus; 2.

2°. Fidei cognitionem tribui omnibus gentibus; 3.

3°. Propitiationem concedi peccatoribus. 4.

II. Gaudet

1°. De felicitate beatorum; 5.

2°. De sanctitate et justitia credentium; 5, 6.

3°. De exspectatione remotissimarum gentium. 6.

III. Celebrat divinam

1°. Potentiam, terra marique cum omni reverentia cognitam; 7-9.

2°. Providentiam et largitatem, in agrorum, fluminum, temporum camporum et pecudum ubertate redundantem. 10-14 (1).

(1) Cf. *Origenem* in psalm. 64; *Eusebium Cæsareens.* in eumdem psalmum; S. *Hilarium* Tract. in psalm. 64; S. *Athanasium* Comment. in psalm. 64 (opp. t. 2. part. 1ª. p. 882, 996-999), Interpret. ejusdem psalmi (*ibid.* t. 3. sect. 2ª); *Didymum Alexandr.* in eumdem psalmum (Mai. nov. Patrum. biblioth. t. 7. part. 2ª.); *Pseudo-Rufinum* Comment. in psalm. 64; S. *Hieronymum* Epist. 129. ad Dardanum num. 2, in Isaiam lib. 10. c. 32, lib. 18. c. 66 (opp. t. 4. p. 428, 809, 827, 828); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 64; S. *Augustinum* Enarr. in eumd. psalmum et Serm. 135. num. 2 (Mai. supr. cit. t. 1); S. *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Genesim lib. 7 (opp. t. 1. p. 239 D, E), Comment. in Isaiam lib. 5 (*ibid.* t. 2. p. 782. C), in Joannem lib. 3 (*ibid.* t. 4, p. 276. A, B), in psalm. 64 (Mai. supr. cit. t. 3), Serm. quod S. Maria sit Deipara num. 18 (*ibid.* t. 2. p. 90); *Theodoretum* et *Cassiodorum* in psalm. 64; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 4. c. 20. num. 37, in Ezechielem lib. 1. homil. 10. num. 41, in Evang. lib. 1. homil. 11. num. 14; *Bedam* Comment. in psalm. 64; etc., etc. (a).

(a) Tertium hujus analyseos membrum, ad SS. Patrum mentem, ita fusius evolvendum videtur:

III. Recenset et celebrat collata a Deo beneficia:

1°. Constitutos et Spiritu Sancto repletos apostolos, 7.

2°. Cohibitum adversariorum furorem, 8.

3°. Conversas ad fidem gentes, signis et portentis 8, 9.

4°. Fideles sanctificatos,

1. Plena Sancti Spiritus effusione, 10.

2. Eucharistica refectione 10.

5° Ecclesiam, multiplicatis fidei prædicatoribus, magis ac magis dilatatam, 11.

6°. Sanctos utriusque fœderis in cœlis coronatos, gloria pro diversis meritis diversa. 12-14.

PSALMUS LXV.

CHRISTUS RESURGENS

I. Provocat omnes gentes

1°. Ad laudem et gloriam, cum adoratione et benedictione, Deo tribuendam; 2, 4, 8.

2°. Ad justitiam Dei contra impios cognoscendam et reverendam; 3, 5.

3°. Ad potentiam ejusdem et providentiam in operibus celebrandam. 6, 7.

II. Prædicat

1°. Redditam sibi vitam, et conservatam constantiam; 9.

2°. Concessam suis, per varia adversa probatis, liberationem et quietem. 10-12.

III. Pollicetur

1°. Victimas spontaneas et voto promissas; 13-15.

2°. Divulgationem beneficiorum, a Deo præstitorum; 16-19.

3°. Gratitudinem pro donis ad vota collatis. 20 (1).

PSALMUS LXVI.

VOTA PRO ADVENTU CHRISTI.

I. Objectum votorum :

1°. Exhibitio misericordiæ; 2.

2°. Incarnatio Verbi; 2, 7.

3°. Benedictio a SS. Trinitate. 7, 8.

II. Finis votorum :

1°. Revelatio et agnitio salvatoris; 3.

2°. Manifestatio justitiæ erga Judæos, et providentiæ erga gentiles; 5.

3°. Confessio, laus et veneratio Dei apud omnes. 4, 6, 8 (2).

(1) Cf. *Eusebium* Comment. in psalm. 65; S. *Hilarium* Tract. in eumdem psalmum; S. *Athanasium* Comment. in psalm. 65 (opp. t. 2. part. 2a. p. 883, 999-1001), Interpret. ejusdem psalmi (*ibid.* t. 3. sect. 2a.); S. *Cyrillum Hierosolym.* Catech. 23. num. 17; *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 65; *Pseudo-Rufinum* in eumdem psalmum; S. *Hieronymum* in Zachariam lib. 3. c. 13 (opp. t. 6. p. 912); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 65; S. *Augustinum* Enarr. in eumdem psalmum; S. *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Genesim lib. 4 (opp. t. 1. p. 108, 109), Comment. in Joann. lib. 4 (*ibid.* t. 4. p. 397. B), in psalm. 65 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3); *Theodoretum*, *Arnobium* et *Cassiodorum* in hunc psalmum; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide catholica lib. 1. c. 61. num. 4; *Bedam* Comment. in hunc psalmum; etc., etc.

Porro Patres, hac in nota recensiti, in psalmo 65 epinicion Ecclesiæ agnoscunt. Non alia tamen analysis videtur proponenda, cum, mutato titulo et una vel altera vocula, expositio P. Kilber hanc eamdem interpretationem repræsentet.

(2) Cf. *Origenem* in psalm. 66, *Eusebium Cæsareens.* Comment. in hunc psalmum; S. *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 66; S. *Athanasium* Comment. in

PSALMUS LXVII.

TRIUMPHUS CHRISTI

I. Resurgentis victoriosus,

1°. Per hostium dispersionem et enervationem; 2, 3.
2°. Per justorum securitatem, lætitiam et electionem; 4, 5.
3°. Per pupillorum et viduarum protectionem. 6.

II. Formantis Ecclesiam magnificus,

1°. Per collectionem diversa meritorum in unum; 7.
2°. Per virtutem signorum antiquis similium operatricem; 8-11.
3°. Per prædicationem Apostolorum, et puritatem doctrinæ; 12-14.
4°. Per constitutionem rectorum, abundantiam spiritualem procurantium. 15-17.

III. Ascendentis in cœlum gloriosus,

1°. Per occursum Angelorum, comitatum Sanctorum e limbo eductorum, et effusionem donorum; 18, 19.
2°. Per viam fidei, salutis et beatitudinis apertam; 19-21.
3°. Per internecionem hostibus illatam; 22-24.
4°. Per præsagium prophetarum, omnem sexum ad lætitiam excitantium. 25, 26.

IV. Regnantis ibidem salutaris,

1°. Per reductionem Judæorum ad veram Ecclesiam; 27-29.
2°. Per adductionem gentilium ad Christi fidem; 30, 32, 33.
3°. Per ejectionem et dissipationem hæreticorum et schismaticorum; 31.
4°. Per confirmationem electorum. 34-36 (1).

eumdem psalm. (opp. t. 1. part. 2a.), Supplem. comment. in hunc psalmum (*ibid.* t. 3. p. 72. C), Interpret. psalmi 66 (*ibid.* sect. 2a); *Pseudo-Athanasium* de Communi Essentia Patris, Filii et Spiritus Sancti c. 19 (*ibid.* t. 2); *Pseudo-Ambrosium* de Trinitate, seu in Symbolum Apost. c. 3; *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 66; *Pseudo-Rufinum* in eumdem psalmum; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 66, num. 1, 4-10, et Serm. 190. num. 4; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Isaiam lib. 3 (opp. t. 2. p. 463), in psalm. 66 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3); *Theodoretum* et *Cassiodorum* Comment. in hunc psalmum; S. *Gregorium M.* in Ezechielem lib. 2. homil. 4. num. 7, homil. 10. num. 11, in I Regum lib. 1. c. 1. num. 5; *Bedam* Comment. in psalm. 66; etc., etc.

(1) Cf. S. *Paulum* ad Ephes. IV, 6-10; S. *Justinum* Dialog. cum Tryphone num. 39, 87; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 2. c. 20. num. 3; *Tertullianum* contr. Marcionem lib. 3. c. 22, lib. 5. c. 8, 18; *Origenem* in psalm. 67, in Cantic. cantic. lib. 2 et 4 (opp. t. 3. p. 49, 91), in Lucam homil. 27 (*ibid.* p. 964. F, 965), in Joannem t. 1. num. 10, t. 6. num. 37 (*ibid.* t. 4. part. 1a. p. 11, 156. C), in Epist. ad Romanos lib. 1. num. 4 (*ibid.* p. 465 A); S. *Cyprianum* de Unitate Ecclesiæ num. 8, Epist. ad Magnum num. 5, Testimon. adv. Judæos lib. 2. c. 6; S. *Dionysium Alexandr.* contr. Paulum Samosat. resp. ad q. 6 (opp. p. 244, 246, 247); *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evang. lib. 8, 9 (p. 400, 441), Comment. in psalm. 67 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcor. t. 1), in psalm. 68 (*ibid.* p. 367), in Lucam c. 11 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 175), Supplem. quæstionum ad Marinum (*ibid.* p. 302); S. *Hilarium Pictav.* Tract. in

PSALMUS LXVIII.

CHRISTUS CRUCI AFFIXUS

I. Exponit passionis suæ acerbitatem,

1°. Ex tristitiæ magnitudine et solatii defectu; 2-4.
2°. Ex multitudine hostium insultantium, et peccatorum humani generis in se susceptorum; 5, 6.
3°. Ex pudore opprobrii, amicos etiam avertente; 7-9.
4°. Ex distorsione operum sanctissimorum in calumniam et derisionem hostium. 10-13.

psalm. 67; S. *Athanasium* de Incarnat. et contr. Arianos num. 21 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 709), Comment. in psalm. 67 (*ibid.* p. 885, 1002), Interpret. ejusd. psalmi (*ibid.* t. 8. sect. 2ª); *Pseudo-Athanasium* de Passione et Cruce Domini num. 27 (*ibid.* t. 2. p. 77); S. *Basilium* Comment. in Isaiam c. 8. num. 208; S. *Ephræm* in Deuteron. c. 33 (opp. Syr. Latin. t. 1. p. 290); S. *Cyrillum Hierosol.* Catech. 14. num. 24, 25, Catech. 18. num. 25; *Diodorum Tarsens.* in psalm. 67 (Mai. supr. cit. t. 6. part. 2ª. p. 249. seqq.); S. *Cæsarium* Dialog. 1. Interrog. 20, 30 (Galland. t. 6. p. 14. D, 21); *Didymum Alexandr.* de Trinitate lib. 2. c. 6 (p. 179), Comment. in psalm. 67 (Mai. supr. cit. t. 7. part. 2ª), de Spiritu Sancto num. 45; S. *Gregorium Nyss.* de Vita Mosis (opp. t. 1. p. 213), Tract. 2. de inscript. psalmorum c. 14 (*ibid.* p. 346. D, 347. A, B), in Cant. cantic. homil. 2 (*ibid.* p. 496), Testimon. adv. Judæos c. 15, 16 (Galland. t. 6. p. 590, 592); *Paulinum Mediolan.* de Benedict. Patriarcharum c. 4. num. 2; S. *Joannem Chrysost.* in psalm. 46. num. 2, in psalm. 147. num. 4 (opp. t. 5); *Rufinum* Comment. in Symbolum num. 31; *Pseudo-Rufinum* in psalm. 67; S. *Hieronymum* Epist. 120. ad Hedibiam c. 9, Epist. 121. ad Algasiam c. 3, Comment. in Isaiam lib. 3. c. 9, lib. 13. c. 49, lib. 17. c. 63, lib. 18. c. 66 (opp. t. 4. p. 129, 574, 745, 748, 809), in Ezechielem lib. 1. c. 3, lib. 7, c. 22, lib. 8. c. 27 (*ibid.* t. 5. p. 50, 257, 305), in Jonam c. 3 (*ibid.* t. 6. p. 410), in Sophoniam c. 3 (*ibid.* p. 725), in Zachariam lib. 2. c. 9 (*ibid.* p. 858); *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 67; S. *Philonem Carpasiens.* in Cant. cantic. c. 1 (Galland. t. 9. p. 728. B); *Evagrium* Alterc. cum Simone Judæo (*ibid.* p. 255. C); S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 67, Enarr. in psalm. 106. num. 14, Serm. 22, Serm. 261. num. 11, Epist. 149. num. 10, de Civitate Dei lib. 17. c. 18. num. 2, de Trinitate lib. 4. c. 1, lib. 15. c. 13. num. 34, Serm. 117. num 2 (Mai. supr. cit. t. 1); S. *Leonem M.* Serm. 76. c. 8; S. *Cyrillum Alexandr.* de Adorat. in spiritu lib 13 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 470), Glaphyr. in Genesim lib. 6, 7 (*ibid.* part. 2ª. p. 207. E, 208, 242. E, 243), Comment. in Isaiam lib. 1, 3 et 5 (*ibid.* t. 2, p. 150. D, 429, 915), in Joannem lib. 10, 11 (*ibid.* t. 4. p. 879, 880, 937), in psalm. 67 (Mai. supr. cit. t. 3), in Lucam c. 6 (*ibid.* t. 2. p. 191); S. *Prosperum Aquit.* de Prædict. et Promiss. Dei lib. 1. c. 31; *Theodoretum* in psalm. 67; S. *Maximum Taurin.* Homil. 41, 60, et Serm. 44; *Cassiodorum* Comment. in psalm. 67; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 11. c. 16. num. 25, lib. 18. c. 52. num. 84, lib. 19. c. 3. num. 6, lib. 20. c. 6. num. 15, lib. 29. c. 27. num. 34, lib. 33. c. 8. num. 14, c. 16. num. 30, in Ezechielem lib. 2. homil. 3. num. 14, in Evang. lib. 2. homil. 29. num. 10, homil. 40. num. 2, in I Regum lib. 4. c. 5. num. 17; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide catholica lib. 1. c. 17. num. 1, c. 50. num. 4, 5, c. 59. num. 1, lib. 2. c. 4; *Bedam* Comment. in psalm. 67; etc., etc.

II. Implorat divinam misericordiam,

1°. Petendo liberationem ab affectionibus, animam deprimentibus; 14-16.

2°. Postulando ereptionem ab hostibus, corpus affligentibus; 17-19.

3°. Exspectando solatium, a calumniantibus sublatum, a commiserantibus negatum, a succurrentibus in cruciatum saporis conversum. 20-22.

III. Prænuntiat, more imprecantis, hostium punitionem,

1°. Per plagas corporis; 23, 24.

2°. Per eversionem reipublicæ et civitatum; 25, 26.

3°. Per pœnam, pro ratione facti in peccatis incrementi, subtractione gratiæ auctam; 27, 28.

4°. Per erasionem e libro vitæ. 29.

IV. Prædicit, promittentis more,

1°. Sibi præsentem jam miseriæ conversionem in gloriam; 30.

2°. Deo laudem, præ sacrificiis placituram; 31, 32.

3°. Afflictis lætitiam et liberationem, cum creaturarum omnium jubilo; 33-35.

4°. Ecclesiæ conservationem, amplificationem et frequentiam. 36, 37 (1).

(1) Cf. *Joann.* II, 17, XIX, 28, 29; *Act.* I, 20; *Rom.* XI, 9, 10, XV, 3; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 33. num. 12; *Tertullianum* contr. Judæos c. 10; S. *Hippolytum* Demonstr. adv. Judæos num. 2. seqq. (Galland. t. 2. p. 449); *Origenem* contr. Celsum lib. 2. num. 37, in psalm. 68, in psalm. 29 (opp. t. 2. p. 641. A), in psalm. 118. ℣. 139 (*ibid.* p. 812. F), ex Comment. in psalmos (*ibid.* p. 517. F), Comment. in Matthæum num. 134, 137 (*ibid.* t. 3. p. 924. F, 925. C), in Joannem t. 2. num. 21, t. 10. num. 19 (*ibid.* t. 4. part. 1°. p. 79. B, 196), in Epist. ad Rom. lib. 8. num. 8, lib. 10. num. 6 (*ibid.* p. 631, 632, 672. C); *Novatianum* de Trinitate c. 28; *Lactantium* Divin. Institut. lib. 4. c. 18, Epitom. earumdem c. 46; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 68; S. *Jacobum Nisib.* Serm. 16. num. 8 (Galland. t. 5. p. CXII); S. *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 68, in psalm. 41. num. 12 (Galland. t. 5. p. 92); S. *Athanasium* Comment. in psalm. 68 (opp. t. 1. part. 2°), in psalm. 118. ℣. 139 (*ibid.* p. 966); *Pseudo-Athanas.* Homil. de Semente num. 7 (*ibid.* t. 2. p. 48), QQ. ad Antiochum q. 137. num. 10 (*ibid.* p. 252); S. *Basilium* Comment. in psalm. 28. num. 3; S. *Cyrillum Hierosol.* Catech. 13. num. 29; S. *Phœbadium Aginnens* contr. Arianos num. 7; *Diodorum Tarsensem* Comment. in psalm. 68 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. part. 2a. p. 250 et seqq.); S *Ambrosium* Comment. in psalm. 37. num. 53, in psalm. 40. num. 6, in psalm. 43. num. 57; *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 68; S. *Gregorium Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 16 (Galland. t. 6. p. 59), de Cognitione Dei fragm. 15 (*ibid.* p. 713. C); S. *Joannem Chrysost.* contr. Judæos ac Gentiles num. 4 (opp. t. 1. p. 563), Homil. in psalm. 50 (*ibid.* t. 5. p. 586. E), in Matthæum homil. 36 (alias, 37), num. 8 (*ibid.* t. 7), in Joannem homil. 77 (alias, 76), num. 2 (*ibid.* t. 8), in Acta Apost. homil. 3. num. 3 (*ibid.* t. 9. p. 27. B), in Epist. ad Rom. homil. 19. num. 1 (*ibid.*); *Rufinum* Comment. in Symbolum num. 26, 28; *Pseudo-Rufinum* Comment. in psalm. 68; S. *Hieronymum* Dialog. adv. Pelag. lib. 2. num. 19, Comment. in Isaiam lib. 7. c. 19, lib. 14. c. 53, lib. 16. c. 57, lib. 17. c. 63 (opp. t. 4. p. 298, 620, 683, 684, 749), in Ezechielem lib: 13. c. 47 (*ibid.* t. 5. p. 593), in Amos lib. 2. c. 5 (*ibid.* t. 6. p. 290), in Jonam c. 2, 3 (*ibid.* p. 407, 410), in Zachariam lib. 1. c. 3 (*ibid.* p. 802), in Matthæum lib. 3. c. 21, lib. 4. c. 27 (*ibid.* t. 7. p. 164, 233), in Epist. ad Gal. lib. 2. c. 3 (*ibid.* p. 437, 488); *Pseudo-Hieronymum* in

PSALMUS LXIX.

PRÆTER VERSUM PRIMUM PRECATORIUM AUXILII DIVINI, EST REPETITIO POSTREMÆ PARTIS PSALMI TRIGESIMI NONI (1).

PSALMUS LXX.

JUSTUS, TOTA VITA IN PERSECUTIONIBUS VERSATUS,

I. Universim

1°. Contestatur spem suam immutabilem, in Deo repositam; 1.

2°. Postulat a Deo liberari, salvari et protegi contra adversarios improbos; 2-4.

3°. Proponit fiduciæ suæ, a prima infantia usque huc, ad multorum etiam stuporem, continuatæ constantiam. 5-7.

II. Speciatim

1°. Precatur, ne in senectute sua deseratur a Deo; 9.

2°. Petit hoc beneficium, ad confusionem hostium jam insultantium; 10-13.

3°. Promittit Deo laudes, non vana loquacitate, sed grato mentis affectu deprompias. 8, 14-16.

III. Complexim

1°. Commendat insignia beneficia sibi, juveni, viro ac seni, exhibita; 17, 18.

2°. Celebrat perfectiones divinas ex his conspicuas; 18-21.

3°. Pollicetur gratitudinis officium, omni modo persolvendum. 22-24.

psalm. 68; S. *Augustinum* in psalm. 68. Enarr. 1. num. 1–7, 9, 11-19, et Enarr. 2, in Joann. Tract. 79. num. 2, de Civitate Dei lib. 17. c. 19, Serm. 218. num. 12; *Zacchæum* Consultat. lib. 2. c. 6 (Galland. t. 9. p. 226. C, D); *Evagrium* Alterc. cum Simone Judæo (*ibid*. p. 253. B); S. *Cyrillum Alexandr.* de Adorat. in spiritu lib. 4 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 113), Glaphyr. in Deuter. (*ibid*. part. 2ª. p. 413), Comment. in Isaiam lib. 5 (*ibid*. t. 2. p. 878), in Joannem lib. 5 et 12 (*ibid*. t. 4. p. 494, 1067), in psalm 68 (Mai. supr. cit. t. 3); *Theodoretum* Comment. in psalm. 68. ℣. 1, 26, 37; S. *Leonem M.* Serm. 55 (alias, 53), c. 2; S. *Maximum Taurinens.* homil. 79; *Arnobium* et *Cassiodorum* in psalm. 68; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 3. c. 14. num. 26, lib. 25. c. 16. num. 40, lib. 30. c. 1. num. 3, lib. 35. c. 14. num. 27; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide catholica lib. 1. c. 39. num. 1, c. 47. num. 1, lib. 2. c. 10. num. 2; *Bedam* Comment. in psalm. 68; etc., etc.

(1) Patribus in nota ad psalmum 39 citatis, adde *Diodorum Tarsensem* in psalm. 69 (Mai. supra cit. t. 6. part. 2ª. p. 254); *Eusebium Cæsareens*, *Hilarium*, *Athanasium*, *Didymum Alexandrinum* et *Pseudo-Hieronymum* in eumdem psalmum.

PSALMUS LXXI.

DE REGNO CHRISTI.

I. Votum pro ejus adventu,

1°. Ad justitiæ in judicia, et tranquillitatis in regimina inductionem; 2-3.

2°. Ad præmiorum et pœnarum secundum merita distributionem; 4.

3°. Ad auctoritatis diuturnitatem, ubertatis incrementum, et securitatis in omnibus experimentum. 5-7.

II. Amplitudo in illius progressu,

1°. Per dominium usque ad fines terræ protensum; 8.

2°. Per homagium ab omnis terræ nationibus acceptum; 9-11.

3°. Per præsidium afflictis omnis generis hominibus præstitum; 12-14.

4°. Per abundantiam divitiarum et fructuum procuratam. 15, 16.

III. Benedictio ex ejus successu,

1°. In omni tempore et populo; 17.

2°. In omni virtute et opere; 18.

3°. In omni duratione et loco. 19 (1).

(1) Cf. S. *Justinum* Dialog. cum Tryphone num. 34, 64, 121; *Tertullianum* adv. Marcionem lib. 3. c. 13, lib. 4. c. 14, lib. 5. c. 9, adv. Judæos c. 9; *Origenem* Periarch. lib. 4. num. 5, in psalm. 71, ex Comment. in psalmos (opp. t. 2. p. 521. E, 522), in librum Jesu Nave homil. 16. num. 3 (*ibid.* p. 436), in librum Judicum homil. 1. num. 1, homil. 8. num. 4 (*ibid.* p. 459. B, 475. C), Comment. in Matthæum num. 37 (*ibid.* t. 3. p 855), in Joannem t. 1. num. 30, t. 6. num. 37 (*ibid.* t. 4. part. 2ª. p. 32, 155); S. *Cyprianum* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 3; *Novatianum* de Trinitate c. 9; *Lactantium* Divin. Institut. lib. 4. c. 16; *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evang. lib. 2 et 7 (p. 49, 353. seqq. 376), Comment. in psalm. 71; S. *Hilarium* de Trinitate lib. 12. num. 34, Tract. in psalm. 144. num. 1; S. *Athanasium* Orat. 1ª. contr. Arianos num. 41 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 351), Tract. in illud: Omnia mihi tradita sunt. num. 2 (*ibid.* p. 83. E), Comment. in psalm. 71 (*ibid.* part. 2ª.), Interpret. ejusdem psalmi (*ibid.* t. 3); *Pseudo-Athanasium* QQ. ad Antiochum q. 136. num. 6 (*ibid.* t. 2. p. 250. A); *Diodorum Tarsensem* Comment. in psalm. 71 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. part. 2ª. p. 255); S. *Basilium* Comment. in Isaiam c. 2. num. 68; S. *Ephræm* Comment. in I Samuelis c. 7 (opp. Syr. Latin. t. 1. p. 345. E), in II Samuelis c. 23 (*ibid.* p. 432. A); S. *Optatum Milevit.* de Schismate Donatist. lib. 2. c. 7; S. *Cyrillum Hierosol.* Catech. 12. num. 9, 10; *Marcum Diadochum* Serm. contra Arianos num. 2 (Galland. t. 5. p. 244); *Tichonium* de septem Regulis, reg. 7 (*ibid.* t. 8. p. 125. B, C), S. *Ambrosium* Comment. in psalm. 36. num. 22, et in psalm. 43. num. 6; *Didymum Alexandr.* de Trinitate lib. 1. c. 32 (p. 96, 97), Comment. in psalm. 71; S. *Gregorium Nyss.* Testimon. adv. Judæos c. 2, 7 (Galland. t. 6. p. 581, 586), de Cognitione Dei fragm. 14 (*ibid.* p. 712. D, E); *Collat. Carthag.* Mandat Episcop. Catholicorum (Galland. t. 5. p. 597. B); S. *Epiphanium* Hæres. 74. num. 3 (opp. t. 1. p. 889); S. *Joann. Chrysost.* adv. Judæos ac Gentiles num. 8, Comment. in Isaiam c. 2. num. 1; *Evagrium* Alterc. cum Simone Judæo (Galland. t 9. p. 255. B); *Pseudo-Rufinum* in psalm. 71; S. *Hieronymum* Epist. 74. ad Rufinum num. 5, Comment. in Isaiam lib. 14. c. 51, lib. 17. c. 60, 63 (opp. t. 4. p. 606, 607, 724, 747), in Jeremiam lib. 2. c. 8, lib. 4. c. 33 (*ibid.* p. 908, 997),

PSALMUS LXXII.

PROPHETA, IN SE EXPERTUS SCANDALUM PUSILLORUM,

I. Præmittit

1°. Præconceptum de divina erga justos bonitate judicium; 1.

2°. Subsecutam tamen, post consideratam impiorum felicitatem, tum fluctuationem mentis, tum animi indignationem. 2, 3.

II. Considerat impiorum

1°. Tranquillitatem in morte; 4.

2°. Necnon indemnitatem a malis corporis et fortunæ in vita; 5.

3°. Hinc vero ortam arrogantiam, ferociam, et concupiscentiæ in illicita effusionem; 6, 7.

4°. Additam demum impudentiam, et Deum hominesque calumniandi audaciam. 8, 9.

III. Advertit imperfectos, hac consideratione commotos,

1°. Stupere ad banc scenam; 10.

2°. Hæsitare circa scientiam Dei; 11.

3°. Querulari de impiorum abundantia et divitiis. 12.

IV. Exponit

1°. Enatam inde etiam in se cogitationem, de exspectato, sed frustrato, præmio suæ innocentiæ et patientiæ; 13, 14.

2°. Factam mox tamen a se observationem, de injuria hinc justorum prudentiæ inurenda; 15.

3°. Adjectam tandem animadversionem de hujus œconomiæ arcano, neutiquam humana nunc intelligentia, sed visione olim beatifica cognoscendo. 16, 17.

V. Perpendit, impiorum felicitatem

1°. Fallacem esse ac instabilem; 18.

in Ezechielem lib. 7. c. 21 (*ibid.* t. 5. p. 250), in Danielem c. 11 (*ibid.* p. 712), in Zachariam lib. 2. c. 9 (*ibid.* t. 6. p. 863); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 71; S. *Augustinum* Epist. 199. num. 47, Enarr. in psalm. 71, in psalm. 47. num. 7, de Civitate Dei lib. 17. c. 8. num. 2, Serm. 182. num. 8 (Mai. supr. cit. t. 1); S. *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Exodum lib. 2 (opp. t. 1. p. 269. B, C), Comment. in Isaiam lib. 4 (*ibid.* t. 2. p. 672), de Festis Paschal. homil. 1a. (*ibid.* t. 5. part. 2a. p. 5. B), contr. Julianum lib. 8 (*ibid.* t. 6. p. 282. E), Comment. in psalm. 71; S. *Prosperum Aquit.* de Vocat. omnium Gent. lib. 2. c. 18; *Theodoretum* in psalm. 71; S. *Maximum Tourin.* Serm. 5, Tract. 5. contr. Judæos (opp. p. 738. C, 743. D, E, 744. B, 748); S. *Petrum Chrysologum* Serm. 143; S. *Fulgentium* Epist. 8. ad Donatum, de Fide catholica num. 8; *Petrum Diaconum* de Incarnat. et Gratia c. 4; S. *Gregentium* Disput. cum Herbano Judæo (p. 24. seqq.); *Cassiodorum* Comment. in psalm. 71; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 9. c. 6. num. 6, in I Regum. lib. 4. c. 5. num. 17; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide catholica lib. 1. c. 1. num. 8, c. 2. num. 1, c. 7. num. 1, c. 13. num. 2, c. 58. num. 3, lib. 2. c. 2. num. 2 et 3; *Bedam* Comment. in psalm. 71; etc., etc.

2°. Subito ac penitus aboleri; 19.
3°. Instar somnii dissipari. 20.

VI. Sentit rursus in se

1°. Animi motum et perturbationem; 21.
2°. Stuporem etiam mentis, et similem cum brutis ignorantiam; 22, 23.
3°. Residuam nihilominus ad Deum adhæsionem, et accedentem directionem. 23, 24.

VII. Concludit ac proponit,

1°. Deum omnibus præferre; 25, 26.
2°. Cognita improborum ruina, et Deo adhærentium felicitate, in hoc spem reponere; 27, 28.
3°. Laudem Dei in militante ac triumphante Ecclesia annuntiare. 28.

PSALMUS LXXIII.

ECCLESIA, PERSECUTIONEM AB IDOLOLATRIS PERPESSA,

I. Excitat Deum,

1°. Ad mitigandam indignationem hactenus funestam; 1.
2°. Ad recolendam memoriam bonitatis, olim in populum beneficæ; 2.
3°. Ad coercendam hostium superbiam. 3.

II. Exponit persecutorum insolentiam,

1°. Per ausus malignos contra loca sancta et cœtus sacros; 3, 4.
2°. Per erecta superstitionis signa triumphalia; 4, 5.
3°. Per excisionem aut combustionem altarium et templorum; 6, 7.
4°. Per abolitionem festorum. 8.

III. Querulatur

1°. De donis miraculorum et prophetiarum cessantibus; 9.
2°. De probris et injuriis contra Deum increscentibus; 10.
3°. De tolerantia Dei, in speciem otiosa. 11.

IV. Meminit divinæ potentiæ, 12.

1°. Olim per miracula in transitu maris rubri, demersione Ægyptiorum, eruptione fontium et exsiccatione fluviorum celebris; 13-15.
2°. Quotidie in sole et aurora conspicuæ; 16.
3°. Quotannis in æstatis ac hyemis alternatione recurrentis. 17.

V. Sollicitat rursus Deum,

1°. Ad recordationem horum et hostilium operum; 18.
2°. Ad defensionem et conservationem fidelium; 19.
3°. Ad præstationem pacti, contra violationem hostium, et pro exspectatione fidelis populi; 20, 21.
4°. Ad zelum pro causa Dei propria, pro honore nominis vindicando, pro iniquitate tandem finienda. 22, 23.

PSALMUS LXXIV.

DIALOGISMUS PROPHETAM INTER ET CHRISTUM DE FUTURO JUDICIO.

I. Propheta, justorum nomine, pollicetur laudem Dei auxiliatoris præsentis, et patratoris mirabilium. 2.

II. Christus

1°. Prædicit definito tempore judicium, cum hostibus mundi olim a se stabiliti tremore ; 3, 4.

2°. Dehortatur impios a superbia et elatione contra Deum, adversus quem nullum undequaque præsidium ; 5-7.

3°. Decernit pro ratione judiciarii sui officii præmium vel pœnam, et hanc quidem multiplicem nec finiendam. 8, 9.

III. Propheta, suo nomine, spondet prædicationem et laudem Dei. 10.

IV. Christus iterato prædicit superborum contritionem, et humilium exaltationem. 11.

PSALMUS LXXV.

CANTICUM ECCLESIÆ TRIUMPHALE

I. Celebrans victoriæ fructus : qui sunt

1°. Cognitio et gloria Dei quaquaversum propagata ; 2.

2°. Pax Ecclesiæ firmata ; 3.

3°. Idololatria et hæresis profligata ; 4.

4°. Doctrina cœlestis stabilita. 5.

II. Referens cladis hostilis effectus : quales sunt

1°. Perturbatio ob insipientiam ; 6.

2°. Spoliatio ob avaritiam ; 6.

3°. Dejectio ob præfidentiam contra Deum vindicem ; 7, 8.

4°. Terror et obmutescentia ob judicii divini æquitatem. 9, 10.

III. Commendans hujus beneficii memoriam,

1°. Per confessionem publicam et festorum lætitiam ; 11.

2°. Per vota edita et reddita cum muneribus ; 12.

3°. Per timorem Dei terribilis, a potentissimis etiam expressum. 13.

PSALMUS LXXVI.

HYPOTYPOSIS PROBI IN AFFLICTIONIBUS.

I. Convertitur ad Deum

1°. Sensibus corporis, 2, 3.

2°. Et potentiis animæ. 4.

II. Occupatur meditatione,

1°. Initium faciendo ante auroram, cum cordis contritione in silentio ; 5.

2°. Materiam sumendo ex priorum temporum miraculis ; 6.

3°. Noctem etiam impendendo in investigationem veritatis. 7.

III. Agitatur timore,

1°. Ne reprobetur a Deo ; 8.

2°. Ne expers reddatur misericordiæ divinæ ; 9.

3°. Ne habeat Deum semper iratum. 10.

IV. Erigitur in spem,

1°. Facto per gratiam Dei proposito vitæ melioris; 11.

2°. Renovata memoria potestatis, sapientiæ, sanctitatis et majestatis divinæ. 12-14.

V. Confirmatur recensione mirabilium, sub Israelitarum a servitute ægyptiaca liberationem factorum, 15, 16.

1°. Per aquarum et nimborum turbationem ; 17, 18.

2°. Per fulminum, tonitruum et fulgurum horrorem, terræque tremorem ; 18, 19.

3°. Per viam maris apertam, et ductoribus Moyse et Aarone peragratam. 20, 21.

PSALMUS LXXVII.

HISTORIA POPULI JUDAICI AD CHRISTIANORUM INSTRUCTIONEM PROPOSITA.

I°. *Propheta, historiam narraturus,*

I. Excitat attentionem ad elocutionem parabolicam : 1, 2.

II. Proponit argumentum dicendorum, acceptum a patribus, et discendum a posteris : 3, 4.

III. Addit documenta

1°. De cognitione voluntatis et legis divinæ, ad seram posteritatem transferenda ; 5, 6.

2°. De spe in Deo ponenda, memoria beneficiorum colenda, et obedientia mandatis præstanda ; 7.

3°. De pravitate et rebellione majorum non imitanda. 8.

IV. Confirmat hanc monitionem, summatim indicata Israelitarum clade, ob violationem legis et oblivionem beneficiorum inflicta. 9-11.

II°. *Narratio historica rerum Judaicarum sub profectionem ad terram promissam.*

I. Referuntur alternatim opera Dei et peccata Judæorum :

1°. Opera divinæ potentiæ erant

1. Miracula universim in Ægypto, speciatim in agro Tanitico patrata ; 12.

2. Mare divisum viam pandens et ex utroque latere erectum ; 13.
3. Columna nubis de die et ignis de nocte iter dirigens ; 14.
4. Aqua copiosa et perennis elicita e rupe. 15, 16.

2°. Peccata Judaicæ incredulitatis :
1. Repetita malignitas et irritatio Dei ; 17.
2. Tentatio Dei per postulationem cibi lautioris mente conceptam ; 18.
3. Blasphema dubitatio de potestate Dei thaumaturga ; 19, 20.
4. Defectus fidei et spei, reprimens beneficentiam et acuens iram Dei. 21, 22.

3°. Opera divinæ liberalitatis :
1. Manna suavissimi saporis, ab Angelis paratum, e cœlo ubertim depluum ; 23-25.
2 Coturnices numerosissimæ, ventis ad castra delatæ, et prope tabernacula demissæ. 26-28.

4°. Peccata Judaicæ intemperantiæ :
1. Voracitas gulosa, et repletio immodica ; 29.
2. Cupiditas inordinata et insatiabilis. 30.

5°. Opera divinæ justitiæ :
1. Instantanea mors in voraces et pinguefactos immissa ; 30, 31.
2. Accelerata in obstinatos et incredulos vel exhaustio virium vel ereptio vitæ. 32, 33.

6°. Peccata Judaicæ simulationis :
1. Species conversionis ad Deum extorta metu ; 34, 35.
2. Promissio emendationis mendax nec opere præstita. 36, 37.

7°. Opera divinæ misericordiæ :
1. Propensio ad ignoscendum, et moderatio justæ indignationis ; 38.
2. Commiseratio cum fragilitate et mutabilitate humana. 39.

8°. Peccata Judaicæ ingratitudinis :
1. Relapsus frequens, et iterata Dei irritatio ac tentatio ; 40, 41.
2. Oblivio liberationis et signorum a Deo factorum. 42, 43.

II. Recensentur tum plagæ Ægyptiorum, tum gratiæ Judæorum.

1°. Plagæ Ægyptiis inflictæ :
1. Flumina cum aquis in sanguinem versa ; 44.
2. Aer muscis, et terra ranis repleta ; 45.
3. Seges et fruges a bruchis ac locustis absumpta ; 46.
4. Vineæ attritæ grandine et arbores decoctæ pruina ; 47.
5. Armenta grandine occisa, et ædificia igne consumpta ; 48.
6. Quies a dæmonibus et spectris turbata ; 49.
7. Homines morte, et animalia peste extenuata ; 50.
8. Primogeniti omnes perempti. 51.

2°. Gratiæ Judæis factæ :
1. Eductio ex Ægypto, et deductio per desertum ; 52.
2. Immunitas ab insectatione hostium, a mari oppressorum ; 53.
3. Introductio in terram promissam, divisis per sortem tribubus, et ejectis prævie incolis prioribus ; 54.
4. Immissio in horum civitates et oppida. 55.

III°. *Continuatio narrationis rerum Judaicorum, post aditam terram promissam.*

I. Malitia Judæorum

1°. Repetita, per tentationem et irritationem Dei, ac violationem legis; 56.

2°. Aucta, per fœderis dissolutionem et recessum a Deo; 57.

3°. Progressa ad idololatriam apertam. 58.

II. Vindicta Numinis in eosdem conspicua,

1°. Per conceptam populi abjectionem et vilipensionem; 59.

2°. Per decretum discessum a tabernaculo in Silo, et traditionem arcæ in manus Philistæorum; 60, 61.

3°. Per objectum gladio hostili populum, et funera juvenum, virginum, sacerdotum ac viduarum honore luctus privata. 62-64.

III. Mutatio sortis et status secuta,

1°. Ultione Dei subito conversa in Philistæos, plaga fœdissima castigatos; 65, 66.

2°. Translata, ex Silo et tribu Ephraim, arca ad montem Sion et tribum Juda, ibidemque ædificato templo pulcherrimo ac firmissimo; 67-69.

3°. Assumpto e caula ad regnum Davide rege integerrime prudentissimo. 70-92.

PSALMUS LXXVIII.

ECCLESIA PERSECUTIONIBUS AFFLICTA

I. Describit damna jam accepta,

1°. Per vim sacris et religioni factam; 1.

2°. Per mortem martyribus et infamiam eorum reliquiis illatam; 2, 3.

3°. Per opprobria et ludibria fidelium æstimationi impacta. 4.

II. Postulat

1°. Persecutionem finiri, et in persecutores converti; 5-7.

2°. Memoriam priorum defectuum obliterari, misericordiam accelerari, auxilium et liberationem impertiri, ad Dei gloriam, hostium convictionem et martyrum ultionem; 8-10.

3°. Præsidium dari posteris fidelium, et pœnam multiplicem ac reciprocam vicinis calumniantibus. 11, 12.

III. Promittit grates a piis fidelibus perpetuo reddendas. 13.

PSALMUS LXXIX.

SYNAGOGA, POST ABLATUM A JUDA SCEPTRUM,

I. Postulat adventum Messiæ,

1°. Ad manifestandam tum singularem Dei pro Israele curam, tum propriam gloriam et potentiam; 2, 3.

2°. Ad dandam salutem pœnitentibus, et votorum impetrationem precantibus; 4, 5, 8.

3°. Ad ferendam consolationem afflictis et vicinorum sannas patientibus. 6, 7.

II. Proponit, sub vineæ imagine, sortem suam variam,

1°. Translatione ex Ægypto et plantatione in terra promissa, per Deum facta, radicatam et florentem; 9, 10.

2°. Fruticatione auctam, et ad mare ac Euphratem usque extensam; 11, 12.

3°. Protectione tandem divina nudatam, a vicinis populis vindemiatam, ab exteris, præsertim Salmanassare et Nabuchodonosore, devastatam. 13, 14.

III. Repetit postulationem,

1°. Ad reparandam et, Messiæ opera, perficiendam vineam; 15, 16.

2°. Ad tuendam, punitione hostium et præsidio Messiæ, eamdem; 17, 18.

3°. Ad obtinendam, præsentia Messiæ, constantiam, fidei gratiam et salutem. 19, 29.

PSALMUS LXXX.

DE FESTIS ET CULTU DEI.

I. Adhortatio ad celebranda festa,

1°. Præscribens modum laudandi Deum; 2, 3.

2°. Designans tempus; 4.

3°. Recensens causas; cujusmodi sunt

1. Lex olim a Deo data et contestata; 5, 6.
2. Gratitudo hominum, beneficiis a Deo liberatore acceptis debita. 7, 8.

II. Instructio de cultu religioso,

1°. Negans illum deferendum idolis; 9, 10.

2°. Postulans eumdem præstandum Deo, ob data alias et danda adhuc beneficia jam parata; 11.

3°. Referens neglectam hanc monitionem a Judæis, et hos etiam neglectos a Deo; 12, 13.

4°. Asserens eosdem prævalituros fuisse hostibus; si Deum audivissent; 14, 15.

5°. Denuntians fœdifragis supplicia, loco beneficiorum ante concessorum. 16, 17.

PSALMUS LXXXI.

DEUS SUPREMUS JUDICUM JUDEX

I. Præsens attendit judicum judiciis : 1.

II. Reprehendit injustas sententias et personarum acceptiones : 2.

III. Monet jus dicere miseris et pupillis, succurrere innocentibus et derelictis, obsistere rabulis et oppressoribus : 3, 4.

IV. Damnat eorum ignorantiam in juris scientia, socordiam in causæ cognitione, pravitatem in affectu, tanquam mala rempublicam subvertentia : 5.

V. Prædicit dejectionem a conditione vitæ nobilissima ad mortem ignobilem et, qualis tyrannorum est, infamem : 6, 7.

VI. Invitat Christum, ad judicem, pro suo in omnes dominio, agendum. 8.

PSALMUS LXXXII.

ECCLESIA SUB ÆTATEM ANTICHRISTI

I. Excitat Deum, potentia maximum, ad cunctationem in succurrendo rumpendam : 2.

1°. Universim propositis hostium tumultibus, arrogantibus et malignis consiliis, nocendi studiis et conjurationibus; 3-6.

2°. Speciatim enumeratis populis, vel hæreticorum vel infidelium figuram habentibus. 7-9.

II. Imprecatur persecutorum

1°. Gregariis interitum, similem perditioni Madianitarum, Sisaræ et Jabin; 10, 11.

2°. Principibus fatum, fato ducum Madianitarum correspondens; 12, 13.

3°. Utrisque

1. Turbationem, dispersionem et consumptionem; 14-16.
2. Ignominiam, pudorem et confusionem; 17, 18.
3. Confessionem divinæ potentiæ, malo proprio extortam. 19.

PSALMUS LXXXIII.

AFFECTUS VIATRICIS ADHUC ANIMÆ FIDELIS.

I. Desiderium ad cœlestem patriam,
1°. Amore æstimationem, virium languore vehementiam, corporis exultatione jucunditatem exprimens; 2, 3.
2°. Tranquillitatem beatorum in cœlis, cum quiete volucribus concessa in terris comparans; 4.
3°. Felicitatem eorumdem ex securitate et perpetua Dei laude æstimans. 5.

II. Aspiratio ad perfectionem christianam,
1°. Per gratiam Dei et proficiendi propositum cœptam; 6.
2°. Per constans pœnitentiæ studium continuatam; 7.
3°. Per gratiæ augmentum, virtutum exercitium, et unionis cum Deo firmamentum completam. 8.

III. Oratio supplex
1°. Pro obtinendo ad executionem divino auxilio; 9.
2°. Pro applicando sibi, per gratiam, Christi merito; 10.
3°. Pro dirigendo electionis suæ negotio. 11.

IV. Electio, viam christianæ perfectionis quantumvis incommodam, præ illa peccatorum commoda, assumens, 11.
1°. Ob promissam præteritorum indulgentiam; 12.
2°. Ob præsentem gratiam et futuram gloriam; 12.
3°. Ob bona etiam hujus vitæ, innocentibus ac in Deo confidentibus non defutura. 13.

PSALMUS LXXXIV.

INCARNATIO VERBI

I. Decreta ab æterno,
1°. Ad salutem universi et libertatem electorum; 2.
2°. Ad remissionem et deletionem peccati; 3.
3°. Ad mitigationem pœnæ et condonationem offensæ. 4.

II. Exorata a Patribus,
1°. Conversione sui ad Deum et aversione Dei a peccatis postulata; 5.
2°. Indignatione Dei ad tempus brevius revocata; 6.
3°. Misericordia Dei ad dandam salutem et salvatorem Christum excitata. 7, 8.

III. Revelata prophetæ,
1°. Ad pacem populo fideli, præsertim sanctis et pœnitentibus, promulgandam; 9.
2°. Ad gloriam Christi in terras venturi, maxime inter timentes Deum, promovendam. 10.

IV. Ornata comitatu

1°. Misericordiæ et justitiæ, veritatis et pacis mutuo conspirantium; 11.
2°. Fidei de terra salutarem fructum, et gratiæ de cœlo abundantem remunerationem afferentium; 12, 13.
3°. Sanctitatis viam præparantis, et iter deducentis. 14 (1).

PSALMUS LXXXV.

CHRISTUS AGONIZANS IN HORTO

I. Obtestatur Patrem,

1°. Per præsentem suæ derelictionis statum; 1.
2°. Per suam innocentiam et, probatam continuatis precibus, in Deo fiduciam; 2-4.
3°. Per propriam Deo clementiam et misericordiam; 5, 6.
4°. Per exhibitam jam, aliis in angustiis, cum misericordia potentiam, superiorem omnibus, laudatam a cunctis gentibus et illustrem miraculis. 7-10.

II. Contestatur

1°. Suæ voluntatis cum divina conformitatem; 11.
2°. Suum glorificandi nominis divini propositum; 12.
3°. Sibi redditum ex mortali tristitia animum. 13.

III. Precatur confortari et juvari, 16.

1°. Contra hostes injustos, potentes et Dei oblitos; 14.
2°. Propter Dei misericordiam, patientiam et fidelitatem; 15.
3°. Ad confusionem hostium et glorificationem Dei. 17 (2).

(1) Cf. S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 3. c. 5. num. 1; *Origenem* in psalm. 84, in psalm. 13. ℣. 7 (opp. t. 2. p. 595. E, 596. A), in librum Jesu Nave homil. 17. num. 1 (*ibid*. p. 437. D), in Cant. cantic. lib. 1 (*ibid*. t. 3. p. 45. D); *Lactantium* Divin. Institut. lib. 4. c. 12; *Eusebium Cæsareens*. Comment. in psalm. 84; S. *Hilarium Pictav*. Tract. in psalm. 56. num. 4; S. *Athanasium* Comment. in psalm. 84 (opp. t. 1. part. 2ª), Interpret. ejusdem psalmi (*ibid*. t. 3. sect. 2ª); *Didymum Alexandr*. de Trinitate lib. 1. c. 18 (p. 53), Comment. in psalm. 84 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª); S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 13. c. 45, lib. 16. c. 59 (opp. t. 4. p. 535, 710), in Ezechielem lib. 2. c. 5 (*ibid*. t. 3. p. 49), in Zachariam lib. 2. c. 6 et 8 (*ibid*. t. 6. p. 829, 830, 843); *Pseudo-Hieronym*. in psalm. 84; S. *Augustinum* Enarr. in eumdem psalmum, Tract. 41. in Joannem num. 1, Serm. 116. num 1 (in Append. t. 5. opp), Serm. 119. num. 16 et 17 (Mai. supr. cit. t. 1); S. *Leonem M*. Serm. 24 (alias, 23), c. 3; S. *Cyrillum Alexandr*. Comment. in Isaiam lib. 5 (opp. t. 2. p. 913), adv. Anthropomorph. c. 28 (*ibid*. t. 6), Comment. in Lucam c. 10 (Mai. supr. cit. t. 2. p. 253, 254); *Theodoretum* Comment. in psalm. 84; S. *Proclum Constantinop*. Orat. 6. num. 8 (Galland. t. 9. p. 637. A); S. *Fulgentium* ad Thrasimundum lib. 3. c. 15; *Arnobium* et *Cassiodorum* in psalm. 84; S. *Gregorium M*. in Ezechielem lib. 1. homil. 8. num. 27; S. *Isidorum Hispalens*. de Fide catholica lib. 1. c. 10. num. 5 et 6; *Bedam* Comment. in psalm. 84; etc., etc.

(2) Cf. S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 5. c. 31. num. 1; *Didymum Alexandr*. de

PSALMUS LXXXVI.

GLORIA ECCLESIÆ CELEBRATUR

I. A fundatione in Apostolorum doctrina ; 1.
II. Ab aditu per sacramenta ; 2.
III. A prædicatione prophetarum ; 3.
IV. A multitudine incolarum, ex omni natione huc collectorum ; 4.
V. A rege et fundatore Christo ; 5.
VI. A numero et dignitate proselytorum ; 6.
VII. A lætitia olim in cœlo triumphantium. 7 (1).

Trinitate lib. 1. c. 32 (p. 97); S. *Gregorium Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 14 (Galland. t. 6. p. 590); *Anonymum Auctorem* Breviarii fidei adv. Arianos (*ibid.* l. 7. p. 591); S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 18. c. 66 (opp. t. 4. p. 827, 828) ; *Pseudo-Hieron.* in psalm. 85; S. *Augustinum* Epist. 199. num. 47, Enarr. in psalm. 85; S. *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Genesim lib. 6 (opp. t. 1. p. 190), Comment. in Isaiam lib. 1 (*ibid.* t. 2. p. 103. D, E), contr Julianum lib. 8 (*ibid.* t. 6. p. 281. E, 282), Comment. in Lucam c. 3 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 141) ; S. *Prosperum Aquit.* de Vocat. omnium Gentium lib. 2. c. 18; S. *Fulgentium* de Trinitate c. 2 ; *Cassiodorum* et *Bedam* Comment. in psalm. 84; etc., etc.

(1) Cf. *Tertullianum* contr. Marcionem lib. 4. c. 13, contr. Judæos c. 13, adv. Praxeam c. 27; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 86 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcor. t. 1), in Isaiam c. 19. ℣. 18 (*ibid.* t. 2) ; S. *Athanasium* de Incarnat. et contr. Arianos num. 22, contr. Apollinarium lib. 2. num. 7, Comment. in psalm. 86, in psalm. 71. ℣. 16, Interpr. psalm. 80; *Pseudo-Athanasium* QQ. ad Antiochum q. 137. num. 6 ; S. *Basilium* Comment. in psalm. 45. num. 4; S. *Optatum Milevit.* de Schismate Donatist. lib. 3. c. 2; *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 86 ; S. *Gregorium Nyss.* in Cant. cantic. homil. 2 (opp. t. 1. p. 492. B), Testimon. contr. Judæos c. 3 (Galland. t. 6. p. 584); S. *Chromatium* Tract. 4. in Matthæum num. 2 ; *Pseudo-Chrysost.* Comment. in psalm. 86 (in Append. opp. S. Chrysostomi t. 5) ; S. *Hieronymum* Epist. 129 ad Dardanum num. 2, Comment. in Isaiam lib. 1. c. 2, lib. 8. c. 26, lib. 10. c. 31, lib. 13. c. 49, lib. 16. c. 58, lib. 17. c. 60, lib. 18. c. 66 (opp. t. 4. p. 45, 348, 426, 569, 693, 719, 805), in Jeremiam lib. 6. c. 30 (*ibid.* p. 1057), in Ezechielem lib. 14. c. 48 (*ibid.* t. 5. p. 615), in Zachariam lib. 2. c. 8 et 9 (*ibid.* t. 6. p. 839, 858) ; *Pseudo-Hieronymum* Comment. in psalm. 86; S. *Augustinum* Enarr. in eumdem psalmum, QQ. in Heptateuchum lib. 2. q. 11 ; S. *Cyrillum Alexandr.* de Adorat. in spiritu lib. 3 et 10 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 97, 332), Comment. in Isaiam lib. 4 et 5 (*ibid.* t. 2. p. 593. E, 850. B), in Michæam (opp. t. 3. p. 393), Serm. quod. B. Maria sit Deipara num. 7 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 80), Comment. in psalm. 86 (*ibid.* t. 3); *Theodotum Ancyranum* Serm. in S. Deiparam num. 6 (Galland. t. 9. p. 462. A); *Theodoretum* Comment. in psalm. 86 ; S. *Fulgentium* ad Thrasimundum lib. 1. c. 16; *Cassiodorum* in psalm. 86 ; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 28. c. 5. num. 14, in Ezechielem lib. 11. homil. 1. num. 13 ; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide catholica lib. 2. c. 8 num. 4 ; etc., etc.

PSALMUS LXXXVII.

CHRISTUS AGONIZANS IN CRUCE

I. Postulat, preces diu noctuque continuatas exaudiri. 2, 3.

II. Exponit afflictionem suam

1°. Præsentem, ex animæ doloribus, corporis vulneribus, honoris læsione et auxilii inopia; 4, 5.

2°. Imminentem, ex mortis quanquam liberæ apparente violentia, deleta velut reprobi memoria, sepulcri, tenebrarum et umbræ horrore; 6, 7.

3°. Sequentem, ex persequentium calumniis, adhærentium fuga et aversionibus, ac virtutis propriæ quasi defectibus. 8, 9.

III. Proponit postulationis suæ

1°. Modum, oculis, voce ac manibus suppliciter expressum; 10.

2°. Motivum, a Dei gloria alias nec prædicanda nec agnoscenda desumptum; 11-13.

3°. Repetitionem, celeritate, constantia ac spe amplificatam; 14, 15.

4°. Æquitatem et necessitatem, ab exhaustis jam a juventute molestiis, immissis a Deo durissimis probationibus, et subtractis per amicorum ac domesticorum desertionem subsidiis exortam. 16-19 (1).

(1) Cf. *Origenem* in Matthæum t. 16. num. 8 (opp. t. 3 p. 726), in Joannem t. 1. num. 34 (*ibid*. t. 4. part. 1ª. p. 35); S. *Cyprianum* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 20; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 87; S. *Athanasium* Serm. major. de Fide num. 1 (opp. t. 3. p. 4), Comment. in psalm. 87 (*ibid*. t. 1. part. 2ª); *Pseudo-Athanasium* Homil. de semente num. 7 (opp. S. Athanasii t. 2. p. 48), QQ. ad Antiochum, q. 137. num. 11; S. *Cyrillum Hierosolym*. Catech. 14. num. 1 et 8; *Didymum Alexandr*. Comment. in psalm. 87; S. *Ambrosium* in psalm. 39. num. 16; S. *Gregorium Nyss.* Testimon. adv. Judæos c. 8 (Galland. t. 6. p. 587); S. *Epiphanium* Hæres. 69. num. 64 (opp. t. 1. p. 790), Ancorat. num. 34 (*ibid*. t. 2); S. *Joannem Chrysost*. contr. Judæos ac Gentiles num. 5; *Pseudo-Chrysost*. Homil. in psalm. 87 (in Append. t. 5. opp. S. Chrysostomi); S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 14. c. 53 (opp. t. 4. p. 624); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 87; S. *Augustinum* Enarr. in eumdem psalmum; *Zucchæum* Consultat. lib. 2. c. 15 (Galland. t. 9. p. 235. C); *Evagrium* Alterc. cum Simone Judæos (*ibid*. p. 253. D, E); S. *Cyrillum Alexandr*. Glaphyr. in Numeros (opp. t. 1. p. 396. D, E); *Capreolum Carthagin*. Epist. 2ª. num. 5 (Galland. t. 9. p. 494. A); S. *Maximum Taurin*. Serm. 40; S. *Fulgentium* ad Thrasimundum lib. 1. c. 10, lib. 2. c. 31; *Cassiodorum* in psalm. 87; S. *Gregorium M*. Moral. in Job. lib. 22. c. 16. num. 41, lib. 29. c. 12. num. 24, lib. 31. c. 1. num. 3, lib. 34. c. 23. num. 55; S. *Isidorum Hispalens*. de Fide catholica, lib. 1. c. 25 et 51; *Bedam* Comment. in psalm. 87; etc., etc.

PSALMUS LXXXVIII.

DE CHRISTO ET ECCLESIA, SUB SCHEMATE DAVIDIS ET SYNAGOGÆ.

I. Præfatio prophetæ,

1°. Argumentum de divina misericordia et fidelitate enarranda proponentis; 2.

2°. Veritatem narrationis auctoritate divina confirmantis; 3.

3°. Pactum Dei cum Christo et Ecclesia, de illius regno et hujus perpetuitate sancitum, referentis. 4, 5.

II. Attributa divina Patris:

1°. Potestas patrandi miracula; 6.

2°. Eminentia super omnia; 7-9.

3°. Dominium in homines et universa, tanquam opera ab eo creata; 10-14.

4°. Justitia, misericordia et veritas; 15.

5°. Felicitas, gloria et securitas cum populo fideli participanda. 16-19.

III. Præcellentiæ Christi: quod sit

1°. Messias promissus; 20.

2°. Unctus Domini; 21.

3°. Victor hostium adjutorio Dei; 22-24.

4°. Potens virtute et dominatu; 25, 26.

5°. Filius Dei et primogenitus omnis creaturæ; 27, 28.

6°. Obses pacti cum Ecclesia perpetui. 29, 30.

IV. Constitutio circa Ecclesiam, decernens

1°. Hujus filios, si quidem peccaverint, castigandos; 31-32.

2°. Ipsam tamen, juxta pactum inviolabile initum, conservandam; 33-36.

3°. Ejusque successionem ac regnum perpetuo duraturum. 37, 38.

V. Exhibitio passionis Christi

1°. A Deo derelicti; 39.

2°. Pacti fide ac personali divinitatis tutela velut fraudati; 40, 41.

3°. Hostium insultationibus et opprobriis expositi; 42, 43.

4°. Pugnæ gloria, innocentiæ fama et regni sede spoliati; 44, 45.

5°. Morte propudiosa ante tempus sublati. 46.

VI. Votum prophetæ pro acceleranda Christi resurrectione. 47.

1°. Ad spem beatæ resurrectionis in fidelibus excitandam; 48, 49.

2°. Ad fidem promissionibus divinis prioribus conciliandam; 50.

3°. Ad insolentiam hostium, dilationem Christi exprobrantium, reprimendam; 51, 52.

4°. Ad laudes ab omnibus perpetuas referendas. 53 (1).

(1) Cf. *Tertull.* de Carne Christi c. 21; *Origenem* in psalm. 88 (opp. t. 2. p. 775. C, D), in psalm. 3 (*ibid.* p. 547. E), ex Comment in Exodum (*ibid.* p. 115. F), in Jeremiam homil. 21. num. 5 (*ibid.* t. 3. p. 283), Comment. in Matthæum num. 135 (*ibid.* p. 925. B); S. *Cyprianum* de Lapsis num. 6, 7, Testim. contr.

PSALMUS LXXXIX.

GENUS HUMANUM POST LAPSUM ADAMI

I. Convertitur ad Deum,

1°. Tanquam primum ab orbe condito refugium; 1.
2°. Tanquam salutis ab æterno provisorem; 2.
3°. Tanquam conversionis auctorem et monitorem. 3.

II. Deplorat

1°. Brevitatem vitæ,
  1. Comparatam cum primæva immortalitate; 4, 5.
  2. Spectatam in se ac suis symbolis; 6-9.
  3. Æstimatam secundum diversas ætatum conditiones; 10.
2°. Causam hujus brevitatis, iram Dei inexplicabilem; 7-11.
3°. Occasionem iræ divinæ, peccatum. 8.

III. Optat,

1°. Horum consideratione, instrui ad veram sapientiam; 12.
2°. Respici a Deo placato; 13.
3°. Experiri misericordiam divinam ejusque suaves ac lætos effectus; 14, 15.
4°. Dirigi ducique instar filii a patre. 16, 17.

Jndæos lib. 1. c. 1; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 88, Demonstr. Evang. lib. 2, 4, 7, 8 (p. 78, 186, 338, 339, 851, 376), QQ. Evangelic. q. 5. num. 1 et q. 15 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 232, 249 et seqq.), Comment. in Lucam c. 1 (*ibid.* p. 161); S. *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 69. num. 2, in psalm. 131. num. 5. in psalm. 138. num. 15, in psalm. 139. num. 11, in psalm. 143. num. 21; S. *Athanasium* Orat. 1ª. contr. Arianos num. 42 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 352. A), Serm. maj. de Fide num. 19 (*ibid.* t. 3), Comment. in psalm. 88, et interpr. ejusd. psalmi; S. *Cyrillum Hierosolym.* Catech. 7. num. 2; S. *Ambrosium* Apol. 1ª. David c. 7. num. 39, Comment. in psalm. 43. num. 86; *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 88; S. *Gregorium Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 2. (Galland. t. 6. p. 582); *Theodorum Mopsuest.* Comment. in Michæam c. 5 (Mai. supr. cit. t. 7. part. 1ª. p. 191, 192); *Pseudo-Chrysost.* Homil. in psalm. 88 (In Append. t. 5. opp. S. Chrysost.); S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 14. c. 51, lib. 15. c. 55, lib. 16. c. 57 (opp. t. 4. p. 587, 647, 668), in Jonam c. 2 (*ibid.* t. 6. p. 407), in Michæam lib. 2. c. 5 (*ibid.* p. 488), in Sophoniam c. 3 (*ibid.* p. 732, 733); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 88; S. *Augustinum* in psalm. eumdem Enarr. 1ª. et 2ª., de Civitate Dei lib. 17. c. 9-12; S. *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Genesim lib. 7 (opp. t. 1. p. 221. C, D), Comment. in Isaiam lib. 3 et 4 (*ibid.* t. 2. p. 443, 593, 657), in Joannem lib. 1 (*ibid.* t. 4. p. 70), in Lucam c. 2 et 16 (Mai. supr. cit. t. 2. p. 122, 354), in psalm. 88 (*ibid.* t. 3); S. *Maximum Taurin.* Serm. 2 (in Append. opp.); *Theodoretum* et *Cassiodorum* in psalm. 88; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 13. c. 24. num. 27, lib. 24. c. 6. num. 10; S. *Isidorum Hisp.* de Fide catholica lib. 1. c. 9. num. 1; *Bedam* Comment. in psalm. 88; etc., etc.

PSALMUS XC.

JUSTUS DEO CONFISUS SECURUS EST.

I. Thema asseritur
1°. A propheta, sententiam enuntiante; 1.
2°. A justo, experimentum optante et attestante. 2, 3.
II. Probatur ex protectione Dei,
1°. Instar gallinæ pullos alis, sic justos brachio foventis; 4.
2°. Scuto veritatis protenso, contra nocturna terriculamenta, diurna pericula, vespertinas insidias ac meridianum dæmonium defendentis; 5, 6.
3°. Hostes ex omni parte disjicientis et coram conficientis; 7, 8.
4°. Ob spem in se repositam, omne malum a justo arcentis. 9, 10.
III. Confirmatur ex ministerio Angelorum,
1°. Custodientium in via, 11.
2°. Portantium in invio, 12.
3°. Coronantium victores de vitiis, sub schemate ferarum propositis. 13.
IV. Amplificatur ex promissione divina
1°. Liberandi in se sperantes, et protegendi se invocantes; 14.
2°. Exaudiendi ad se clamantes, et adjuvandi cum tribulatione luctantes; 15.
3°. Conservandi in senium usque constantes, et beatitudine donandi eam exspectantes. 16.

PSALMUS XCI.

DE LAUDE DEI.

I. Æquum et justum est laudare Deum, 2.
1°. Diu noctuque, 3.
2°. Musico et cantu; 4.
II. Ob creationem mundi,
1°. Aspicientibus cum delectatione admirabilis; 5, 6.
2°. Temerarie scrutantibus cum dedecore impenetrabilis; 6, 7.
III. Ob gubernationem ejusdem, et Dei providentiam
1°. In impiorum prosperitate brevi, et interitu æterno; 8-10.
2°. In Christi regno stabili, uberi et victorioso; 11, 12.
3°. In justorum perfectione et rectitudine, ad decorem Ecclesiæ, ac fœcunditate et constantia, ad Dei gloriam. 13-16.

PSALMUS XCII.

REGNUM CHRISTI

I. Gloriosum,

1°. A decore et fortitudine regis; 1.

2°. A firmitate et æternitate sedis. 2.

II. Victoriosum,

1°. De furiis persecutionum; 3.

2°. De motibus totius inferni. 4.

III. Speciosum,

1°. Ex mysteriorum credibilitate; 5.

2°. Ex Ecclesiæ sanctitate. 5 (1).

PSALMUS XCIII.

ECCLESIA, AB IMPIIS EXAGITATA,

I. Deum omnipotentem vindicem provocat, ad ultionem sumendam, 1.

1°. De superbis sibi applaudentibus; 2, 3.

2°. De obtrectatoribus fastuosis; 4.

3°. De oppressoribus proborum et viduarum, item peregrinorum et pupillorum. 5, 6.

II. Negantes divinam providentiam 7.

1°. Arguit stultitiæ; 8.

2°. Convincit erroris, argumento ex creaturarum donis ad Creatoris præcellentiam comparatis assumpto; 9, 10.

3°. Damnat vanitatis. 11.

(1) Cf. *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 92; S. *Athanasium* Epist. 1ª. ad Serapionem num. 10 (opp. t. 1. part. 2ª.), Comment. in psalm. 92 (*ibid.*), in psalm. 44. ℣ 9 (*ibid.* p. 855. E), Interpret. psalm. 92 (*ibid.* t. 3. sect. 2ª.) S. *Cyrillum Hierosolym.* Catech. 14. num. 2 et 27; S. *Ambrosium* in psalm. 39. num. 22; *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 92 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª.); S. *Gregorium Nyss.* Orat. 3ª. de Resurrect. (opp. t. 3. p. 440. C, D); S. *Epiphanium* Hæres. 69. num. 64; S. *Chrysostomum* Homil. de legislatore num. 3 (opp. t. 6); *Rufinum* in Symbolum num. 31; *Theophilum Alexandr.* Fragm. in psalm. 92 (Galland. t. 7. p. 649; Mai. supr. laud. t. 3. p. 451; Sirmond. opp. t. 1. p. 313); S. *Hieronymum* in Ezechielem lib. 13. c. 47 (opp. t. 5. p. 586); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 92; S. *Augustinum* Enarr. in eumdem psalmum; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Isaiam lib. 4 (opp. t. 2. p. 599. C), in Joann. lib. 5 et 10 (*ibid.* t. 4. p. 469, 844, 815. A, B), in psalm. 92 (Mai. supr. cit. t. 3); S. *Leonem M.* Serm. 29 (alias, 28), c. 3; *Theodoretum* et *Cassiodorum* in psalm. 92; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 9. c. 1. num. 11.; in I Regum c. 2. num. 29; *Bedam* Comment. in psalm. 92; etc., etc.

III. Edoctos legem Dei et observantes eamdem
1°. Dicit beatos ; 12.
2°. Munit præsagio melioris præ improborum fato sortis; 13.
3°. Facit certos de divini auxilii fidelitate et justitia. 14, 15.

IV. Seipsam excitat,
1°. Capto jam divini adjutorii experimento; 16-18.
2°. Percepto jam, post dolores Dei gratia superatos, solatio; 19.
3°. Concepta, in Dei æquitatem, potentiam et justitiam, plena animi confidentia. 20-23.

PSALMUS XCIV.

APOSTROPHE AD POPULUM JUDAICUM, SUB CHRISTI ADVENTUM,

I. Adhortatoria ad Dei laudem et cultum, 1, 2.
1°. Ob ejus magnitudinem, omnibus præcellentem; 3.
2°. Ob ejus potentiam, omnium creatricem et gubernatricem; 4, 5.
3°. Ob ejus peculiarem, in hoc populo formando, pascendo et regendo, providentiam. 6, 7.

II. Dehortatoria a contumaci contra Deum inobedientia, 8.
1°. A patribus, Deum in deserto tentantibus, olim exercita; 9.
2°. A Deo quadraginta annis cum fastidio et reprobatione tolerata; 10.
3°. Ab illis contemptu neglecta, ab hoc frustratis votis castigata. 11.

PSALMUS XCV.

APOSTROPHE AD GENTILES, SUB CHRISTI APPARITIONEM,

I. Excitans ad canendam Dei laudem,
1°. Ubique terrarum, 1.
2°. Cunctis diebus, 3.
3°. Inter omnes populos. 3.

II. Suggerens laudis argumentum,
1°. Dei magnitudinem et præ diis falsis præcellentiam ; 4, 5.
2°. Ejusdem pulchritudinem, sanctitatem et magnificentiam. 6.

III. Definiens laudis modum,
1°. Delatione gloriæ et honoris in Deum; 7, 8.
2°. Oblatione hostiarum et homagii; 8, 9.
3°. Adductione populorum ad Deum, tanquam regem et judicem colendum. 9, 10.

IV. Addens apparitionis effectum,
1°. Lætitiam cœli terræque præsentem; 11, 12.
2°. Æquitatem judicii divini et veritatem futuram. 12, 13 (1).

(1) Cf. S. *Justinum* Apol. 1a. num. 41, Dialog. cum Tryphone num. 73, 74; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 9. num. 1; *Tertullianum* contr. Judæos c. 5 et 10; *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evang. lib. 2 et 6 (p. 60, 262, 263), Comment.

PSALMUS XCVI.

CHRISTI JUDICIS ADVENTUS

I. **Magnificus, ob læta regni suscepti auspicia : 1.**

II. **Terribilis,**

1°. Ex nubibus judiciariam auctoritatem ambientibus; 2.

2°. Ex igne et fulguribus per nubes erumpentibus; 3, 4.

3°. Ex montibus terræ, montibusque instar ceræ diffluentibus: 4, 5.

III. **Gloriosus,**

1°. A cœlis justitiam et gloriam ejus annuntiantibus ; 6.

2°. A dæmonibus idola deserentibus, et Angelis eum adorantibus; 7.

3°. A fidelibus et sanctis, cum exultatione, divinitatem Christi celebrantibus. 8, 9.

IV. **Delectabilis**

1°. Innocentibus, Deum amantibus, servatis et liberatis; 10.

2°. Rectis corde, beata visione collustratis; 11.

3°. Justis, lætitia sanctificante donatis. 12 (1).

in psalm. 95 ; S. *Athanasium* Comment. in psalm. 95 (opp. t. 1. part. 2ª), Interpret. ejusdem psalmi (*ibid.* t. 3. sect. 2ª); *Didymum Alexandr.* in hunc psalmum ; S. *Optatum Milevit.* de Schism. Donatist. lib. 2. c. 1 ; *Pseudo-Chrysostomum* Comment. in psalm. 95 (opp. S. Chrysost. t. 5. Append.); S. *Hieronymum* Epist. 120, ad Hedibiam c. 9, Comment. in Isaiam lib. 2. c. 5. ỳ. 1 ; *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 95; S. *Augustinum* Serm. 27. num. 1 et 2, de Civit. Dei lib. 8. c. 24. num. 2, lib. 9. c. 23. num. 1, Enarr. in psalm. 95; S. *Cyrillum Alexandr.* de Festis paschalibus homil. 10 (opp. t. 5. part. 2ª. p. 125 et 126), Comment. in Isaiam lib. 4 (*ibid.* t. 2. p. 598), Comment. in psalm. 95 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3); S. *Maximum Taurin.* Homil. 25 et 83, Serm. 38 et 45 ; *Theodoretum* in psalm. 95; S. *Gregentium* Disputat. cum Herbano Judæo (p. 156, 166 et seqq.); *Cassiodorum* in psalm. 95; S. *Gregorium M.* in Evang. lib. 2. homil. 26. num. 8; *Bedam* Comment. in psalm. 95; etc., etc.

(1) Cf. S. *Paulum* ad Hebr. 1, 6; S. *Justinum* Dialog. cum Tryphone num. 139; *Tertullianum* de Pudicitia c. 2 ; S. *Cyprianum* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 29; *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 96; S. *Athanasium* Epist. festali 4. num. 3 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 50), Comment. in psalm. 96 (opp. t. 1. part. 2ª), Interpret. ejusd psalmi (*ibid.* t. 3. sect. 2ª) ; S. *Zenonem Veronens.* lib. 2. Tract. 9 num. 2 ; *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 96; *Titum Bostrens.* contr. Manichæos lib. 3. num. 6 (Galland. t. 5. p. 238. D); S. *Epiphanium* Ancorat. num. 50; *Pseudo-Chrysostomum* Comment. in psalm. 96 (Append. t. 5. opp. S. Joann. Chrysost.); S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 17. c. 64 (opp. t. 4. p. 759), in Ezechielem lib. 1. c. 1 (*ibid.* t. 5. p. 8); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 96; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 96; S. *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Exodum lib. 3 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 320), Comment. in Isaiam lib. 4 (*ibid.* t. 2. p. 655), in psalm. 96; *Theodoretum* et *Cassiodorum* Comment. in eumdem psalmum ; S. *Gregentium* Disput. cum Herbano Judæo (p. 169, 170); etc., etc. (*a*).

(*a*) E Patribus supra laudatis nonnulli, inter quos Athanasius et Augustinus, universum hunc psalmum de primo Christi adventu interpretantur; porro et Apostolus, de incarnatione Filii Dei disserens (*Hebr.* 1, 6), ait : *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit : Et adorent eum omnes Angeli Dei.* (Ps. XCVI. 7.)

PSALMUS XCVII.

CANTICUM NOVUM ELECTORUM IN DIE JUDICII,

I. **Exponens, pro laudis argumento,**
1°. Mirabilia a Deo facta; 1.
2°. Salutem per Christum datam; 1, 2.
3°. Justitiam et misericordiam omnibus manifestatam. 2, 3.

II. **Invitans ad lætitiam communem,**
1°. Cantu et instrumentis musicis celebrandam ab hominibus; 4-6.
2°. Motu et exultatione exprimendam a mari, terra et fluminibus. 7, 8.

III. **Tribuens utriusque causam justitiæ et æquitati instantis judicii. 9 (1).**

PSALMUS XCVIII.

CHRISTUS CAPUT ECCLESIÆ

I. **Venerandum a populo,**
1°. Ob potestatem, angelica et humana superiorem; 1, 2.
2°. Ob magnitudinem, sanctitatem et justitiam; 3, 4.
3°. Ob adorandam in altari præsentiam. 5.

II. **Honorandum in sacerdotibus,**
1°. Parem cum Moyse, Aaron et Samuele dignitatem obtinentibus; 6.
2°. Idem cum illis officium obeuntibus; 7.
3°. Simile cum illis experimentum gratiæ ac vindictæ exspectantibus. 8.

III. **Adorandum ob sanctitatem ab omnibus. 9.**

(1) Cf. S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 3. c. 10. num. 4; *Originem* in psalm. 13 (opp. t. 2. p. 596. A), in Joannem t. 1. num. 40 (*ibid.* t. 4. part. 1°. p. 41); *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evang. lib. 6. c. 6 (p. 263), Comment. in psalm. 97; S. *Athanasium* Comment. et interpret. psalmi 97; *Didymum Alexandr.* de Spiritu Sancto num. 52; Comment. in psalm. 97; *Pseudo-Chrysostomum* in psalm. 97 (opp. S. Chrysost. t. 5. in Append.); S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 14. c. 51 et 52 (opp. t. 4. p. 587, 609); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 97; S. *Augustinum* Enarr. in eumdem psalmum, serm. 148 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1); S. *Cyrillum Alexandr.* in Isaiam lib. 4 et 5 (opp. t. 2. p. 711, 712, 786, 787), Comment. in psalm. 97; S *Leonem M.* Serm. 33. c. 5; *Theodoretum* Comment. in psalm. 97; S. *Gregentium* Disput. cum Herbano Judæo (p. 170 et seqq.); *Cassiodorum* Comment. in psalm. 97; S. *Gregorium M.* in I Regum lib. 1. c. 3. num. 4; S. *Isidorum Hispal.* de Fide catholica lib. 2. c. 1. num. 2; *Bedam* in psalm. 97; etc., etc.

PSALMUS XCIX.

VOCATIO DEI

I. Invitantis omnes ad suum in Ecclesia servitium : 2.
II. Incitantis per motiva, quorum
1°. Primum est gratuita electio in populum Dei singularem ; 3.
2°. Alterum, admissio in ejusdem familiam; 4.
3°. Tertium, jucunda et constans perceptio divinorum beneficiorum. 5.

PSALMUS C.

OFFICIA CHRISTIANI SIVE REGIS, SIVE PRÆPOSITI, SIVE PATRISFAMILIAS.

I. Circa Deum, veneratio misericordiæ et justitiæ divinæ: 1.
II. Circa seipsum,
1°. Cultus prudentiæ et innocentiæ ; 2.
2°. Abstinentia ab omni iniquitate et participatione mali: 3, 4.
III. Circa proximum,
1°. Aversio a detractoribus, superbis et avaris ; 5.
2°. Consuetudo cum fidei ac innocentiæ cultoribus: 6.
IV. Circa subditum,
1°. Proscriptio fraudulentorum et mendacium ; 7.
2°. Excisio impiorum et sceleratorum. 8.

PSALMUS CI.

ORATIO PROPHETÆ NOMINE POPULI JUDAICI AD CHRISTUM,

I. Postulans exaudiri benevole et velociter. 2, 3.
II. Exponens conditionem suam afflictam,
1°. Ex defectu virium et gratiæ; 4-6.
2°. Ex derelictione et solitudine; 7, 8.
3°. Ex odio hominum et Dei aversione; 9-11.
4°. Ex interitu jam proximo. 12.
III. Concipiens spem auxilii, fundatam
1°. in Dei fidelitate et promissis; 13, 14.
2°. in innovatione synagogæ, amplificatione Ecclesiæ, et gloria Dei hinc oritura; 15-17.
3°. In energia orationis humilium. 18.
IV. Confirmans eamdem,
1°. Ex futuris hagiographorum scriptis; 19.

2°. Ex converso jam ad tantas miserias reparandas benevolo Dei conspectu; 20-23.
3°. Ex proposita temporis adhuc superstitis brevitate; 24, 25.
4°. Ex immutabili divinorum, de danda per Christum salute, decretorum constantia. 26-29.

PSALMUS CII.

LAUS DEI MISERATORIS.

I. Propheta excitat seipsum
1°. Ad celebrandum Dei nomen; 1.
2°. Ad custodienda memori mente beneficia. 2.

II. Enumerat eadem, et nominat
1°. Remissionem peccatorum, sanationem mentis et corporis, liberationem a periculis mortis et inferni; 3, 4.
2°. Largitatem misericordiæ, abundantiam beneficentiæ, reparationem alacritatis; 4, 5.
3°. Indulgentiam et tutelam miseris, instructionem ignorantibus impensam; 6, 7.
4°. Longanimitatem in sustinendis, lenitatem in corripiendis peccatoribus; 8-10.
5°. Altitudinem et latitudinem miserationum erga omnes; 11, 12.
6°. Affectum paternum erga timentes Deum, et memorem fragilitatis, quoad illorum corpus et animam; 13-16.
7°. Misericordiæ donum, justitiæ meritum et gloriæ præmium observatoribus divinæ legis eorumque posteris præparatum. 17-19.

III. Evocat, ad laudandum Deum,
1°. Angelos potentes robore, et ad Dei nutum promptos; 20.
2°. Astra et elementa divinæ voluntati famulantia; 21.
3°. Creaturas undique omnes, ac seipsum. 22.

PSALMUS CIII.

LAUS DEI CREATORIS.

I. Propheta se ad Dei laudem ejusque in mundi opificio magnificentiam celebrandam erigit. 1.

II. Recenset stilo sublimi plerasque creationis partes:
1°. In cœlo quidem, lucem, firmamentum, aquas superiores, aeream ventorum et nubium regionem, Angelos Dei nuntios et administros efficacissimos; 2-4.
2°. In terra immobiliter firmata, 5.
1. Abyssum aquarum, primo supra montes diffusam, dein ex Dei jussu littoribus constrictam; 6-9.

2. Fontes in vallibus decurrentes, bestiis potum et avibus amœnam stationem offerentes; 10-12.
3. Pluvias terram fœcundantes; 13.
4. Plantas tum spontaneas, fœnum et herbam, tum sativas, vitem, oleum ac frumentum; 14, 15.
5. Arbores pro avium nidis, et montes pro animalium refugio. 16-18.

3°. In aere,
1. Lunam tempora, et solem diurnas nocturnasque vices distinguentem; 19.
2. Noctis tenebras, feris ad alimenta capienda opportunas; 20, 21.
3. Diei lucem, ad easdem abigendas, et hominibus laborandi opportunitatem præbendam servientem. 22, 23.

4°. In mari, non minus quam terra, operibus divinis abundante, 24.
1. Diffusionem aquarum, multitudinem et varietatem piscium; 25.
2. Viam navium per undas, et enormem balænæ magnitudinem. 26.

5°. In universo, pendulam a manu Dei
1. Creatorum nutritionem et conservationem; 27, 28.
2. Eorumdem turbationem, defectum et interitum; 29.
3. Horum denique creationem novam aut reparationem. 30.

III. Precatur,

1°. Ut Deus gloriam et complacentiam habeat ex sua providentia et potentia; 31, 32.
2°. Ut canticum suum sit Deo gratum, sibi delectabile; 33, 34.
3°. Ut iniqui deleantur de terra. 35.

PSALMUS CIV.

LAUS DEI BENEFACTORIS.

I. Propheta hortatur Israelitas ad nomen Dei celebrandum,

1°. Per confessionem, divulgationem et prædicationem factorum mirabilium; 1, 2.
2°. Per continuatum Dei sequendi studium; 3, 4.
3°. Per vivam tum beneficiorum et præceptorum acceptorum, tum debitorum ex parentibus derivatorum memoriam. 5, 6.

II. Enarrat hujus officii causas. Hujus generis sunt

1°. Pactum a Deo omnipotente cum Abraham, Isaac, Jacob et posteris de Chanaanitidis possessione initum et confirmatum; 7-12.
2°. Tutela iisdem in peregrinatione præstita; 13-15.
3°. Sustentatio patriarchis, ingruente fame, per Josephi venditionem, captivitatem, et exaltationem præparata; 16-23.
4°. Immunitas in Ægypto degendi, multiplicatis eorum prolibus, ac demum libertas discedendi hinc cum spoliis per Moysen thaumaturgum procurata; 24-38.

5°. Profectio per desertum, columna duce, cœlo cibum et petra potum ministrantibus, facilitata; 39-42.
6°. Possessio Chanaanitidis cum jubilo adita, et ad legum custodiam destinata; 43-45.

PSALMUS CV.

LAUS DEI INDULGENTIS VINDICIS.

I. Propheta orditur

1°. Celebrando Dei bonitatem, misericordiam, potentiam et perfectionem, omni laude superiorem; 1, 2.
2°. Commendando rectos in judicando et agendo; 3.
3°. Optando gratiam et salutem populo, redundaturam inde gloriam et laudem Deo; 4, 5.
4°. Confitendo universim peccata populi. 6.

II. Exponit, alternante per vices narratione,

1°. Sub egressum ex Ægypto,
  1. Peccatum ignorantiæ, oblivionis et obmurmurationis; 7.
  2. Indulgentiam in aptato per mare rubrum transitu; 8-10.
  3. Vindictam persequentibus Ægyptiis funestam, Hebræis salutarem. 11, 12.
2°. Sub ingressum in desertum,
  1. Peccatum ingratitudinis, gulæ et tentationis;
  2. Indulgentiam per carnes datas, vindictam in macie secutam. 15.
3°. Sub prosecutionem itineris,
  1. Peccatum invidiæ et ambitionis adversus Moysen et Aaron; 16.
  2. Vindictam in Dathan et Abiron terra haustis, et sociis igne consumptis. 17, 18.
4°. Sub commoratione in deserto,
  1. Peccatum vituli aurei et idololatriæ cum oblivione Dei; 19-22.
  2. Vindictam a Deo decretam, indulgentiam per Moysen conciliatam. 23.
5°. Sub continuationem commorationis,
  1. Peccatum neglectus et murmuris; 24, 25.
  2. Vindictam morte præsentibus et dispersione futuris decretam. 26, 27.
6°. Sub moras in Settim,
  1. Peccatum luxuriæ et Beelphegor; 28.
  2. Vindictam strage plurimorum sumptam; 29.
  3. Indulgentiam facinore Phinees, ad posteritatem glorioso, comparatam. 30, 31.
7°. Sub stationem in Cades,
  1. Peccatum impatientiæ et contradictionis; 32.
  2. Vindictam hinc in Moysen quoque extensam. 33.
8°. Sub captam promissæ terræ possessionem

1. Peccatum ignaviæ Chananæos tolerantis, societatis thori et sacrorum cum gentibus initæ, idololatriæ per prolium immolationem amplificatæ, et infidelitatis per omnia diffusæ; 34-39.
2. Vindictam, abominatione eorumdem, captivitate et afflictione hostili ac subjugatione illatam; 40-43.
3. Indulgentiam a Deo, precibus commoto, pactorum misericorditer memori, et heros ad commiserationem flectente, concessam. 44-46.

III. Perorat,
1°. Petendo liberationem populi a captivitate, ad celebrandam Dei laudem et gloriam; 47.
2°. Inchoando laudis canticum, et imperando populi concentum. 48.

PSALMUS CVI.

LAUS DEI AUXILIATORIS.

I. Propheta præfatur, adhortando ad confitendam Dei bonitatem et misericordiam omnes, quotquot et ubicumque auxilium in calamitatibus gratia divina experti sunt; 1-3.

II. Percurrendo varias calamitatum classes:
1°. In prima
1. Exhibet peregrinos in exteris errantes, fame et siti ad deliquium afflictos; 4, 5.
2. Refert eosdem ad Deum clamantes, et ad sedes habitatas adductos; 6, 7.
3. Monet grates Deo agendas, ob beneficium alimoniæ acceptum. 8, 9.
2°. In secunda
1. Exhibet captivos, ob Dei offensas, in carcere detentos et afflictos; 10-12.
2. Refert eosdem Deo supplices et inde eductos; 13, 14.
3. Monet grates Deo referendas, ob libertatem redditam. 15, 16.
3°. In tertia
1. Exhibet affectos morbo sontico et ad extrema deductos; 17, 18.
2. Refert eosdem, factis ad Deum precibus, sanatos; 19, 20.
3. Monet grates et laudes Deo reddendas. 21, 22.
4°. In quarta
1. Exhibet navigantes in mari, tempestate jactatos et consilii inopes; 23-27.
2. Refert eosdem clamore ad Deum conversos, sedata tempestate, in portum optatum delatos; 28-30.
3. Monet grates Deo dicendas et publice etiam contestandas. 31, 32.
5°. In quinta proponit
1. Conversiones aquarum in aridum, et fertilitatis in sterilitatem a Deo vindice factas; 33, 34.
2. Vicissitudines contrarias et abundantiam frugum, Deo benedicente, datas; 35-37.

3. Multiplicationem familiæ, rei pecuariæ et facultatum probis, paucitatem capitum, afflictionem mentium, ignominiosam expulsionem principum improbis a Deo constitutam. 38-41.

III. Finit observando, divinam hanc disciplinam

1°. Futuram probis ad lætitiam, improbis ad confusionem; 42.

2°. Custodiendam memoria a sapientibus, ad misericordias Domini indagandas. 43.

PSALMUS CVII.

COMPOSITUS EX REPETITIONE VERSUUM 8-12 PSALMI LVI, ET VERSUUM 7-14 PSALMI LIX.

PSALMUS CVIII.

CHRISTUS, OPPROBRIIS ET MORTI TRADITUS,

I. Petit a Deo, famam suam vindicari

1°. Contra impietatem dolos et odia loquentium; 2, 3.

2°. Contra ingratitudinem reddentium mala pro bonis. 4, 5.

II. Prædicit, per modum imprecantis,

1°. Judæ accusationem, condemnationem, præcox fatum et apostolatum translatum; 6-8.

2°. Judaici populi orbitatem, mendicitatem, oppressionem et excisionem; 9-13.

3°. Dei vindictam, a pristinorum etiam scelerum memoria excitatam. 14, 15.

III. Reddit horum eventuum causas, Judæ scilicet et Judæorum

1°. Immisericordiam et crudelitatem erga Christum; 16, 17.

2°. Neglectum benedictionis divinæ, et studiosum quasi maledictionis votum; 18, 19.

3°. Calumnias et postulationes contra Christi vitam factas. 20.

IV. Præmissa ad Dei gloriam et misericordiam provocatione, 21.

1°. Proponit suam indigentiam opis, turbationem mentis, decrementum virium, infirmitatem corporis, et jacturam honoris ac æstimationis; 22-25.

2°. Postulat Dei auxilium, ad divinæ misericordiæ testificationem et potentiæ manifestationem; 26, 27.

3°. Sperat eventuram inde hostibus confusionem, sibi vero lætitiam; 28, 29.

4°. Promittit, pro ope sibi præstita, grates cum laude publica reddendas. 30, 31 (1).

(1) Cf. *Act.* 1, 20; *Origenem* contr. Celsum lib. 2. num. 11 et 20 (opp. t. 1. p. 406), in Jeremiam homil. 18. num. 10 (*ibid.* t. 3. p. 252. E), ex homil. 4. in Act. Apost. (*ibid.* t. 4. part. 1ª. p. 497); *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 108,

PSALMUS CIX.

CHRISTI DIGNITAS ET POTENTIA.

I. Dignitas Christi

1°. Regia,

1. Throno communis cum Patre; 1.
2. Triumphatrix et dominatrix hostium; 1, 2.
3. Principalis Ecclesiæ et Sanctorum; 3.
4. Consubstantialis cum Patre per generationem æternam. 3.

2°. Sacerdotalis, promissa jurejurando, data secundum ordinem Melchisedech, duratura in æternum. 4.

II. Potentia Christi

1°. Victoriosa, per stragem idolorum, pœnam peccatorum, perditionem dæmonum; 5, 6.

2°. Gloriosa, per obtentam, exhausto passionis poculo, exaltationem. 7 (1).

Demonstr. Evang. lib. 10 (p. 474. seqq.), Comment. in Lucam c. 19 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 198); S. *Athanasium* Comment. et interpret. psalm. 108; S. *Basilium* in Isaiam c. 1. num. 42; S. *Cyrillum Hierosolym.* Catech. 13. num. 9 et 16; S. *Ambrosium* in psalm. 43. num. 68; *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 108 (Mai. supr. cit. t. 7. part. 2a.), in Epist. Judæ c. 1 (Galland. t. 6. p. 306); S. *Joannem Chrysostomum* contr. Judæos ac Gentiles num. 4, Comment. in psalm. 108; S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 18. c. 65 (opp. t. 4. p. 796), in Jeremiam lib. 3. c. 14 (*ibid.* p. 942, 943) in Ezechielem lib. 13. c. 44 (*ibid.* t. 5. p. 549), in Matthæum lib. 4. c. 27 (*ibid.* t. 7. p. 227); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 108; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 108; contr. Litteras Petiliani lib. 2. c. 8. num. 18, 19; *Theodoretum* Comment. in psalm. 108; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in psalm. 15 (Mai. supr. cit. t. 3. p. 196); S. *Leonem M.* Serm. 54 (alias, 52), c. 3, Serm. 62 (alias, 60) c. 4; S. *Prosperum Aquit.* in psalm. 108; S. *Maximum Taurin.* Homil. 47; *Cassiodorum* Comment. in psalm. 108; S *Gregorium M.* Moral. in Job lib. 31. c. 25. num. 48; S. *Isidorum Hispal.* de Fide catholica lib. 1. c. 32. num. 1; *Bedam* Comment. in psalm. 108, in Act. Apostol. c. 1; etc., etc.

(1) Cf. *Matth.* XXII, 41-46; *Luc.* XX, 41-46; *Act.* II, 32-36; S. *Paulum* I ad Cor. XV, 25, ad Hebr. V, 5, 6, VII, 15-17; S. *Barnabam* Epist. c. 12; S. *Clementem Romanum* I ad Cor. c. 36; S. *Justinum* Apol. 1a. num. 45, Dialog. cum Tryphone num. 32, 33, 56, 63, 83; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 2. c. 28. num. 7, lib. 3. c. 6. num. 1, lib. 4. c. 33. num. 11; *Tertullianum* adv. Praxeam c. 4 et 11, adv. Marcionem lib. 4. c. 41, lib. 5. c. 9 et 17; S. *Hippolytum* de Christo et Antichristo num. 61 (Galland. t. 2. p. 439), Fragm. comment. in Genesim (*ibid.* p. 482); *Novatianum* de Trinitate c. 9. et 26 (alias, 21); *Origenem* in Genesim homil. 17. num. 4 (opp. t. 2. p. 107. B), in Leviticum homil. 9. num. 2 (*ibid.* p. 236. F, 237), in psalm. 109 (*ibid.* p. 786), Comment. in Matthæum num. 5-8 (*ibid.* t. 3. p. 833, seqq.); S. *Cyprianum* Epist. 63, ad. Cæcil. num. 4, Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 17; S. *Dionysium Alexandr.* Epist. contr. Paulum Samosat. (opp. p. 212); *Lactantium* Divin. Institut. lib. 4. c. 12 et 14, Epitom. earumdem c. 47; S. *Alexandrum Alexandr.* Epist. de Ariana hæresi num. 4 (Galland. t. 4. p. 440); *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 109, Demonstr. Evangel. lib. 4 (p. 176. seqq. et 193),

PSALMUS CX.

LAUS DEI EX EJUS OPERIBUS.

I. Hæc universim sunt celebranda privatim et publice, 1.

1°. Tanquam magna in se, et aptata ad omne Dei placitum ; 2.

2°. Tanquam materia magnificentiæ et documentum justitiæ. 3.

II. Specialim memoranda sunt

1°. Tum manna tum eucharistia in confirmationem testamentorum data ; 4, 5.

2°. Promissa tum Judæis tum Christianis hæreditas fideliter tradita ; 6, 7.

3°. Leges naturæ et gratiæ immutabiles æque ac æquissimæ ; 8.

4°. Factæ tam a servitute quam a peccato liberationi pactum inviolabile adjectum. 9.

*** Hæc meminisse et observare jubet sapientia , timore Dei initiata , et operibus consummata. 10.**

lib. 5. c. 3 (p. 219-224), Comment. in Lucam c. 19 (Mai. nov. Patrum biblioth t. 4. p. 198), Supplem. QQ. ad Stephanum num. 9 (*ibid.* p. 275) ; *Julium Firmicum Maternum* de Errore profanar. religionum c. 25; S. *Hilarium* in Matthæum c. 23 num. 8, Tract. in psalm. 118. sect. 12. num. 8, in psalm. 149. num. 3; S. *Liberium* Orat. ad Marcellinam num. 3 (Galland. t. 5. p. 76) ; S. *Athanasium* contra Arianos Orat. 2ª. num. 13 et 16, Orat. 4ª. num. 24 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 379, 381, 503. E, 504), de Decretis Nicenæ Synodi num. 13 (*ibid.* p. 172. E), Serm. maj. de Fide num. 19 et 28 (*ibid.* t. 3. sect. 1ª. p. 7 et 11), Comment. et interpret. psalm. 109; S. *Basilium* de Spiritu Sancto c. 6. num. 15, adv. Eunomium lib. 2. num. 24; S. *Ephræm* Serm. adv. Judæos (opp. Syr. Latin. t. 3. p. 215. B) ; *Marcum Diadochum* Serm. contr. Arianos num. 2 (Galland. t. 5. p. 243) ; *Titum Bostrensem* contr. Manichæos lib. 3. num. 6 et 11 (*ibid.* p. 332. D, 338. D) ; *Cyrillum Hierosolym.* Catech. 4. num. 14, Catech. 7. num. 12, Catech. 13. num. 30, Catech. 14. num. 28; S. *Phœbadium Aginnens.* contr. Arianos c. 16, de Fide orthodoxa c. 8 ; S. *Ambrosium* Apolog. 2ª. David c. 4. num. 25-27, de Fide lib. 2. c. 12, in psalm. 48. num. 23, de Institut. Virginum c. 5. num. 38; *Didymum Alexandr.* de Trinit. lib. 2. c. 11 (p. 238), Comment. in psalm. 109, in I Petri c. 2 (Galland. t. 6. p. 290); S. *Gregorium Nyss.* Orat. in S. Stephanum (opp. t. 3. p. 364. C), Testimon. adv. Judæos c. 9 (Galland. t. 6. p. 588), de Cognitione Dei, fragm. 14 (*ibid.* p. 712. D) ; *Paulinum Mediolan.* de Benedicl. patriarch. c. 3. num. 2 ; *Faustinum* de Trinitate c. 2. num. 13, c. 5. num. 2 (Galland. t. 7. p. 451, 455) ; S. *Epiphanium* Hæres. 71. num. 5, Hæres. 73. num. 20 ; *Marcum Eremitam* Opusc. 10. num. 3 (Galland. t. 8. p. 93) ; S. *Joannem Chrysostomum* contr. Judæos ac Gentiles num. 5, adv. Judæos homil. 7. num. 4 et 5, Comment. in psalm. 109, in Matth. homil. 71 (alias, 72), num. 2 ; *Rufinum* de Benedict. patriarch. lib. 1. Bened. Judæ num. 1, lib. 2. Bened. Joseph num. 2 ; *Zacchæum* Consultat. lib. 2. c. 4, 6 et 7 (Galland t. 9. p. 225. B, 227. C, 228. B) ; *Evagrium* Alterc. cum Simone Judæo (*ibid.* p. 253. D) ; S. *Hieronymum* Epist. 63. ad Principiam num. 5, Comment. in Matthæum lib. 4 (init.), in Ezechielem lib. 1. c. 1 (opp. t. 5. p. 21), in Zachariam lib. 1. c. 3 (*ibid.* t. 6. p. 801), in Epist. ad Ephesios lib. 1. c. 1 (*ibid.* t. 7. p. 564, 565) ; *Pseudo-Hieronym.* in psalm. 109 ; S. *Augustinum*

PSALMUS CXI.

SORS PIORUM ET IMPIORUM.

I. Sors piorum, hoc est timentium Deum et amantium proximum, 1, 5.

1°. Benedicta in filiis et nepotibus ; 2.
2°. Abundans bonis fortunæ et famæ ; 3.
3°. Illustris cœlesti lumine ; 4.
4°. Directa prudenti et infallibili judicio ; 5, 6.
5°. Celebris in hominum memoria ; 7.
6°. Certa de divino in adversis præsidio ; 8.
7°. Amplificata divitiis, per dispersam eleemosynam auctis, et viribus potentiæ. 9.

II. Sors impiorum, motibus invidiæ, iracundiæ et furoris turbata, votis et optatis frustrata. 10.

PSALMUS CXII.

LAUS CHRISTO

I. Dicenda,

1°. Ab omnibus fidelibus, 1.
2°. Per omne tempus, 2.
3°. In omni loco. 3.

II. Merita ac debita,

1°. Ob ejus majestatem, hominibus et Angelis præeminentem ; 4, 5.

Enarr. in psalm. 109 et in psalm. 92. num. 6, contr. Judæos num. 13 (opp. t. 8), contr. serm. Arianorum c. 12, de Civitate Dei lib. 16. c. 22, lib. 17. c. 17, Serm. 35. num. 4; S. *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Genesim lib. 7 (opp. t. 1. p. 289. B). Comment. in Isaiam lib. 5 (*ibid.* t. 2. p. 778), in Joannem lib. 1 et 10 (*ibid.* t. 4. p. 12, 105 et 844), Thesaur. Assert. 32 (*ibid.* t. 5. part. 1ª. p. 282), de S. Trinitate Dialog. 2 et 5 (*ibid.* p. 443, 572), Comment. in psalm. 109 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3); S. *Prosperum Aquit.* Comment. in eumdem psalmum; S. *Leonem M.* Serm. 8. c. 1, Serm. 5. c. 3, Serm. 25 (alias, 24), c. 5; S. *Maximum Taurin.* Homil. 62 et Serm. 73, Tract. 5. contr. Judæos (opp. p. 737. E, 744. E, 748, 749), de Capitulis Evangel. c. 7 (*ibid.* p. 760. E); S. *Proclum Constantinop.* Orat. 2. num. 1 (Galland. t. 9. p. 619. D); *Theodoretum* Comment. in psalm. 109; S. *Gregentium* Disput. cum Herbano Judæo (p. 37, 40-44); S. *Fulgentium* ad Thrasimundum lib. 3. c. 30; *Arnobium* et *Cassiodorum* Comment. in psalm. 109; S. *Gregorium M.* Moral. in Job lib. 8. c. 52. num. 89, lib. 33. c. 5. num. 11, in Ezechielem lib. 1. homil. 8. num. 21; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide catholica lib. 1. c. 1. num. 2, c. 3. num. 7, c. 5. num. 3, c. 10. num. 5, c. 57. num. 1, lib. 2. c. 2. num. 4, c. 27. num. 1; *Bedam* Comment. in psalm. 109: etc., etc.

2°. Ob benignitatem, miseros respicientem et abjectos ad summa evehentem; 6.
3°. Ob potentiam, Ecclesiæ gentium fœcunditatem fidei et ubertatem filiorum Dei tribuentem. 8 (1).

PSALMUS CXIII.

TRIUMPHUS ECCLESIÆ

I. Præfiguratus in Judæis,
1°. Sub egressu ex Ægypto, Deo consecratis et singulariter subjectis; 1, 2.
2°. Transitu per mare et Jordanem portentoso deductis; 3, 5.
3°. Montium et collium agitatione terræque motu adjutis; 4, 6, 7.
4°. Prolicita ex rupibus aqua potatis. 8.
II. Adornatus de gentilibus,
1°. Ad gloriam uni Deo debitam vindicandam, ad ejus fidelitatem incredulis probandam, ad ejus majestatem et potentiam ostendendam; 9-11.
2°. Ad idolorum inanitatem et impotentiam detegendam; 12-15.
3°. Ad spem idololatrarum vanitatis convincendam. 16.
III. Celebratus a fidelibus,
1°. Ex omni tum natione Judæorum et gentilium, tum classe clericorum et laicorum assumptis; 17-19.
2°. Secundum utrumque horum ordinem jam benedictis; 20, 21.
3°. Præsentibus et futuris a Deo amplius benedicendis. 22, 23.
IV. Destinatio pro terricolis, 24.
1°. Non tamen jam mortuis aut damnatis; 25.
2°. Sed viventibus adhuc et Deum confitentibus. 26.

PSALMUS CXIV.

JUSTUS IN DEO CONFISUS

I. Certus est de divino præsidio,
1°. Tanquam præmio charitatis suæ præteritæ; 1.
2°. Tanquam merito orationis suæ aut spei futuræ. 2.

(1) Cf. *Eusebium Cæsareens.* Comment. in psalm. 112 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcorum t. 1); S. *Athanasium* Comment. et interpret. ejusdem psalmi; S. *Optatum Milevit.* de Schismate Donatist. lib. 2. c. 1; *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 112; S. *Joannem Chrysost.* Comment. in hunc psalmum; S. *Hieronymum* Comment. in Isaiam lib. 15. c. 52, lib. 18. c. 66 (opp. t. 4. p. 627, 807); *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 112; S. *Augustinum* Enarr. in hunc psalmum num. 8; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Isaiam lib. 1 (opp. t. 2. p. 73. D); S. *Prosperum Aquitanum*, *Theodoretum Arnobium*, *Cassiodorum* et *Bedam* Comment. in psalm. 112; etc., etc.

II. Confirmatur novo documento

1°. Afflictionis quidem, ex mortis periculo gravissimo permissæ; 3.
2°. Sed et liberationis, ad humiles preces a Deo submissæ. 4-6.

III. Remuneratur

1°. Quiete ac donis animæ; 7.
2°. Longævitate ac prosperitate corporis; 8.
3°. Gratia et beneplacito Dei in regione vivorum. 9.

PSALMUS CXV.

JUSTUS DEO GRATUS

I. Orditur a professione fidei, qua excitatus,

1°. Mediis in afflictionibus suis, prædicat Dei benignitatem; 1.
2°. Post experimentum factum, spem omnem in hominibus repositam testatur esse vanam ac mendacem. 2.

II. Versatur in argumento gratitudinis,

1°. Deliberando quid Deo in gratiarum actionem sit rependendum; 3.
2°. Decernendo, pro hac solvenda, libationem sacram, sacrificium laudis, et publicam votorum præstationem; 4, 5, 8-10.
3°. Extollendo Dei curam pro salute suorum tuenda; 6.
4°. Promittendo suæ erga Deum servitutis obsequium. 7.

PSALMUS CXVI.

INVITATIO AD DEI LAUDEM,

I. Directa ad omnes mundi nationes; 1.

II. Complexa rationes ex adventu Christi desumptas; quarum altera est misericordia Dei, etiam ad gentiles ampliata, altera promissorum Judæis factorum veritas comprobata. 2

PSALMUS CXVII.

ECCLESIA SUB CHRISTI RESURRECTIONEM

I. Invitat ad laudandam Dei bonitatem et misericordiam 1.

1°. Populum Judaicum, 2.
2°. Sacerdotium, 3.
3°. Quoscumque Deum timentes. 4.

II. Celebrat et commendat

1°. Preces suas in tribulatione exauditas;

2°. Auxilium contra hominum et dæmonum impugnationes sibi divinitus præstitum; 6, 7.

3°. Spem suam in Deo fructuosius, quam in hominum quocumque repositam. 8, 9.

III. Auguratur sibi

1°. Victoriam

1. Contra repetitos hostium, auctorum etiam et furiosorum, infestationes; 10 12.
2. Ex Dei in præsenti periculo prompta tutela, fortitudine ac salute; 13, 14.
3. Cum justorum gratulatione, et mirabilium in moderata castigatione enarratione; 15-18.

2°. Sub cœli ingressum, justorum comitatum, et jubilum cum illis communem. 19-21.

IV. Contestatur

1°. Christum, tanquam lapidem Ecclesiæ angularem, in passione reprobatum, in resurrectione constitutum; 22.

2°. Hoc opus mirabile a Deo factum; 23.

3°. Diem editi hujus operis festivum et lætitiæ dedicatum; 24.

4°. Adventum hunc Domini acclamatione honorificentissima celebratum. 25, 26.

V. Adhortatur

1°. Ad solemnitatis hujus memoriam perpetuendam; 27.

2°. Ad beneficium a Deo acceptum grata cum lætitia recolendum; 28.

3°. Ad bonitatem Dei ac misericordiam perpetuo laudandam. 29 (1).

(1) Cf. *Matth.* XXI, 42-44; *Marc.* XII, 9-11; *Act.* IV, 10, 11, I *Petri* II, 7; S. *Barnabam* Epist. c. 6; *Clementem Alexandr.* Pædagog. lib. 1. c. 7 (opp. p. 112); *Tertullianum* adv. Marcionem lib. 4. c. 39, lib. 5. c. 17; *Origenem* in psalm. 117 (opp. t. 2. p. 793. B, F, 794. C, 795), in psalm. 17 (*ibid.* p. 611. D), in Matthæum t. 17. num. 12 (*ibid.* t. 3. p. 784), in Joannem l. 1. num. 23, 41 (*ibid.* t. 4. part. 1ª. p. 25, 43); S. *Cyprianum* de Orat. Dominica num. 35, Testim. contr. Judæos lib. 2. c. 16; *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evang. lib. 6 et 9 (p. 265, 459); *Celsum* Præfat in alterc. Jasonis num. 5 (Galland. t. 4. p. 436); S. *Jacobum Nisib.* Serm. 1. num. 6, Serm. 4. num. 4 (Galland. t. 5. p. V, XXVIII); *Julium Firmicum Matern.* de Err. profanar. religionum c. 21 (*ibid.* p. 32. B); S. *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 139. num. 14; S. *Athanasium* de Incarn. Verbi Dei num. 40 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 65), Comment. et Interpret. psalmi 117 (*ibid.* t. 1. part. 2ª et t. 3. sect. 2ª); *Pseudo-Athanasium* de Sabbato et Circumc. num. 5, QQ. ad Antiochum q. 137. num. 5 (opp S. Athanasii t. 2); *Basilium* Homil. in Christi generationem num. 6 (opp. t. 2. p. 602. A); S. *Ephræm* Serm. adv. Judæos (opp. Syr. Latin. t. 3. p. 219. D); S. *Ambrosium* in psalm. 43. num. 6 et 18; *Didymum Alexandr.* de Spiritu Sancto num. 52, de Trinitate lib. 1. c. 27, lib. 3. c. 3 (p. 78 et 342), Comment in psalm. 117 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª); *Cæsarium* Dialog. 3. Inter. 128, Dialog. 4. Interr. 182 (Galland. t. 6. p. 80 et 137); S. *Gregorium Nyssenum* Orat. in diem natal. Domini (opp. t. 3 p. 339), Testim. adv. Judæos c. 8 (Galland. t. 6. p. 587); S. *Epiphanium* Hæres. 29. num. 2 et 3; *Pseudo-Epiphanium* de Laudibus B. M. V. (opp. t. 2. p. 296); S. *Joannem Chrysost.* Comment. in psalm. 117; *Theophilum Alexandr.* Epist. paschali 2ª. num. 3 (Galland. t. 7,

PSALMUS CXVIII.

LAUS ET COMMENDATIO LEGIS DIVINÆ.

I. Octonarium primum.

1°. Finis legis beatitudo : hanc
- 1. Assequuntur legem scrutantes, exquirentes et observantes ; 1, 2.
- 2. Non assequuntur legem negligentes. 3.

2°. Auctor legis Deus : 4. hujus ope ad legis observationem propheta
- 1. Optat dirigi ; 5.
- 2. Sperat deduci ; 6, 7.
- 3. Confidit adjuvari. 8.

II. Octonarium secundum.

1°. Studium legis adolescentibus est maxime necessarium. 9.

2°. Ratio hujus studii probata stat
- 1. In inquisitione, meditatione et affectione legis cognoscendæ ; 10-12.
- 2. In elocutione, approbatione, exercitio et viva semper memoria legis cognitæ. 13-16.

III. Octonarium tertium.

1°. Obstacula observationem legis impedientia, quæ propheta sublata cupit, sunt
- 1. Defectus gratiæ, 17.
- 2. Cæcitas mentis, 18.
- 3. Affectus terrenorum, 19.
- 4. Superbia vitæ, 21.
- 5. Irrisiones et oblocutiones etiam principum ; 22, 23.

2°. Remedia a propheta hactenus opposita,
- 1. Extaticum pro legis observatione votum ; 20.
- 2. Solatium et consilium ex eadem acceptum. 24.

p. 624); S. *Hieronymum* Epist. 20. ad Damasum num. 4, Comment. in Isaiam lib. 8. c. 26, et lib. 9. c. 28 (opp. t. 4. p. 344, 381), in Jeremiam lib. 4. c. 18 (*ibid.* p. 973), in Michæam lib. 1. c. 2 (*ibid.* t. 6. p. 464), in Zachariam lib. 1. c. 4 (*ibid.* p. 804-806), in Matth. lib. 3. c. 21, lib. 4. c. 25 (*ibid.* t. 7. p. 162, 175), in Epist. ad Ephesios lib. 1. c. 2 (*ibid.* p. 585); *Pseudo-Hieronymum* Comment. in psalm 117; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 117, QQ. in Heptateuchum lib. 6. num. 30, adv. Judæos c. 8, Serm. 258. num. 1, Serm. 11. num. 1 (Mai. supr. cit. t. 1) ; S. *Cyrillum Alexandr.* de Adorat. in spiritu lib. 2 (opp. t. 1. p. 62), Glaphyr. in Genesim lib. 5 et 6 (*ibid.* part. 2ª. p. 165, 192), in Isaiam lib. 1 et 4 (*ibid.* t. 2. p. 140. A, 667. D), de Festis paschal. homil. 30 (*ibid.* t. 5. part. 2ª. p. 342), in Lucam c. 7 et 20 (Mai. supr. cit. t. 2. p. 210, 400, 401); S. *Prosperum Aquit.* Comment. in psalm 117; S. *Petrum Chrysologum* Serm. 170; S. *Maximum Taurin.* Homil. 86, Serm. 38, Tract. 5, contr. Judæos (opp. p. 747. A, B), de Capitulis Evang. c. 14 (*ibid.* p. 767. E); S. *Proclum Constantinop.* Orat. 1. num. 8, Orat. 7. num. 2 (Galland. t. 9. p. 618. B, 647); *Theodoretum*, *Arnobium*, *Cassiodorum* Comment. in psalm. 117; S. *Gregorium M.* Moral. in Job lib. 28. c. 8. num. 9, in Cant. cantic. c. 1. num. 19; *Bedam* Comment. in psalm. 117; etc., etc.

IV. Octonarium quartum.

1°. Confessio infirmitatis humanæ
1. Ex adhæsione ad terrena ; 25.
2. Ex acedia et fastidio rerum spiritualium. 28.
2°. Conatus prophetæ et votum
1. Pro obtinenda legis et mysteriorum notitia ; 26, 27.
2. Pro declinando mendacii devio. 29.
3°. Effectus et optatum secutum,
1. Per veritatis electionem ; 30.
2. Per constantiam electioni adjunctam ; 31.
3. Per alacritatem operis, cum gratiæ adjuvantis delectatione conjunctam. 32.

V. Octonarium quintum.

1°. Adjumenta ad legem observandam postulata :
1. Doctrina exterius data ; 33.
2. Illuminatio et inspiratio gratiæ interius addita ; 34, 35.
3. Memoria perennis cum timore Dei conjuncta. 38.
2°. Impedimenta removenda :
1. Avaritia , 36.
2. Concupiscentia oculorum , 37.
3. Concupiscentia carnis ; 39.
4. Effectus hinc sequentes : jucunditas mentis, promptitudo voluntatis et vigor actionis. 39, 40.

VI. Octonarium sextum.

1°. Supplicatio pro obtinenda
1. Tum gratia et salute, 41.
2. Tum veracitate promissionum. 43.
2°. Promissio gratiarum reddendarum ,
1. Per liberam contra adversarios et coram regibus declarationem ; 42, 46.
2. Per vitæ ad legem compositæ integritatem ; 44, 45.
3. Per sacrum meditationis et orationis exercitium. 47, 48.

VII. Octonarium septimum.

1°. Promissa a Deo facta excitant spem ; 49.
2°. Spes hæc
1. Erigit inter adversa ; 50.
2. Spernit superborum irrisiones ; 51.
3. Præbet solatium ; 52.
4. Excitat zelum contra impios ; 53.
3°. Radix spei et effectuum sunt laus, memoria et observantia legis. 54-56.

VIII. Octonarium octavum.

1°. Propositum servandæ legis , 57.
1. Conjunctum cum postulatione auxilii divini ; 58.
2. Inchoatum cum emendatione vitæ ; 59.
3. Promotum sine dilatione ; 60.
4. Continuatum , nil proficientibus adversantium obstaculis. 61.

2°. Executio propositi,
1. Sub mediam noctem cœpta; 62.
2. Societate sanctorum aucta; 63.
3. Per universum orbem, misericordia divina plenum, diffusa. 64.

IX. Octonarium nonum.

1°. Fides viva legis
1. Fruitur bonis a Deo promissis; 65.
2. Instruit mentem mysteriis noscendis; 66-68.
2°. Meditatio legis
1. Dejicit superbiam mentis; 69.
2. Præcavet obdurationem cordis; 70.
3°. Custodia legis
1. Sentit et explicat utilitatem correctionis; 71.
2. Prævalet divitiis amplissimis. 72.

X. Octonarium decimum.

1°. Exercitia eadem animum, his attentum, instruunt
1. De potentia creatoris, 73.
2. De justitia gubernatoris, 75.
3. De misericordia salvatoris; 76, 77.
2°. Conjuncta cum spe et timore Dei
1. Generant cordis lætitiam; 74.
2. Alliciunt alios ad sequelam; 79.
3. Prohibent ab hujusmodi cultoribus pudorem, ab istorum persecutoribus perferendum. 78, 80.

XI. Octonarium undecimum.

1°. Desiderium salutis per legem obtinendæ vehemens, descriptum
1. Per deliquium animæ; 81.
2. Per defectum fatigati visus; 82.
3. Per ariditatem cordis; 83.
4. Per periculum accelerandæ hinc mortis. 84.
2°. Questus de impedientibus a voti consecutione,
1. Per propositionem nugarum et ineptiarum; 85.
2. Per dolos et fraudes veritati opposita; 86.
3. Per vim ac mortem prope illatam. 87.
3°. Votum pro servanda vita et facultate observandi legem. 88.

XII. Octonarium duodecimum.

1°. Lex quidem naturalis est stabilis,
1. Qua conditi sunt cœli; 89.
2. Qua fundata est terra; 90.
3. Qua ordinata est vicissitudo temporum; 91.
2°. Sed stabilior est lex divina. 96.
3°. Unde ex hujus inquisitione, meditatione et memoria habetur
1. Contra desolationem, vigor et solatium; 92, 93.
2. Contra oblivionem, salutis documentum; 94.
3. Contra impiorum consilia, munimentum. 95.

XIII. Octonarium decimum tertium.

1°. Amor legis perficit intellectum, 97.

1. Detegendo inimicorum astutias; 98.
2. Elevando humanas disciplinas; 99.
3. Præferendo seniorum sapientiam. 100.

2°. Usns legis

1. Præcavet malum; 101, 102.
2. Delectat recte agentem; 103.
3. Indit odium peccati. 104.

XIV. Octonarium decimum quartum.

1°. Usus idem

1. Dirigit actiones, 105.
2. Firmat voluntatem, 106.
3. Sanat infirmitatem, 107.
4. Excitat ad spontaneas oblationes, 108.

2°. Motiva ad hunc usum impellentia sunt

1. Periculum vitæ et animæ, ex hostium insidiis; 109, 110.
2. Obligatio hæreditario suscepta; 111.
3. Spes retributionis æternæ. 112.

XV. Octonarium decimum quintum.

1°. Prævaricatores legis

1. Habentur odio, 113.
2. Declinantur a bonis, 115.
3. Spernuntur a Deo, 118.
4. Æstimantur nihili; 119.

2°. Amatores legis

1. Adjuvantur et proteguntur a Deo; 114.
2. Suscipiuntur et salvantur; 116, 117.
3. Continentur timore salutari. 120.

XVI. Octonarium decimum sextum.

1°. Cultores justitiæ sperant

1. Immunitatem a calumniis, 121, 122.
2. Æquitatem in judicio, 123.
3. Misericordiam in sententia; 124.

2°. Servi fideles optant

1. Instrui legis notitia, 125.
2. Videre ultionem impiorum, 126.
3. Præferri legem omnibus, 127.
4. Dirigi totam vitam amore boni et odio mali. 128.

XVII. Octonarium decimum septimum.

1°. Legis divinæ desiderium,

1. Ob mirabilia quæ illa in se continet; 129.
2. Ob sapientiam quam vel ipsis parvulis confert; 130.
3. Ob spiritum et vigorem quem anhelantibus tribuit. 131.

2°. Legislatoris invocatio,

1. Ut postulantem servum miseratus benevole respiciat; 132.
2. Incedentem dirigat, infestatum protegat ac redimat; 133, 134.
3. Hæsitantem illuminet ac regat. 135.

3°. Violatio legis, ab aliis facta, improbatur. 136.

XVIII. Octonarium duodevicesimum.

1°. Encomium legis,
 1. A rectitudine, justitia et veritate; 137, 138.
 2. A puritate et pretio; 140.
 3. A stabilitate et æquitate. 142, 144.
2°. Zelus contra violatores legis. 139.
3°. Studium legis constans, etiam inter contumelias et oppressiones adversas. 141, 143.

XIX. Octonarium undevicesimum.

1°. Contentio prophetæ clamantis
 1. Ex toto corde, 145, 146.
 2. Sub noctem et summo mane; 147, 148.
2°. Exaudiri postulantis,
 1. Secundum misericordiam Dei et justitiam; 149.
 2. Contra iniquitatem hostium, etiam a lege aversorum; 150.
 3. Juxta rationem ab æterno constitutam et in præsens exequendam. 151, 152.

XX. Octonarium vigesimum.

1°. Obtestatio prophetæ, exponentis
 1. Afflictam suam conditionem; 153.
 2. Diversam ab impiorum rationibus suam causam; 154, 155.
 3. Misericordiæ divinæ, justitiam temperantis, exspectationem; 156.
2°. Expositionem continuantis,
 1. Memorato adversantium sibi ac legem violantium numero, ortoque hinc suo dolore; 157, 158.
 2. Proposito suo amore legis, spe misericordiæ, et fide veracitatis divinæ. 159, 160.

XXI. Octonarium vigesimum primum.

1°. Instantia prophetæ, adducentis
 1. Persecutionem hostium malitiosam; 161.
 2. Suam in lege divina complacentiam, 162. atque ab omni iniquitate aversionem; 163.
 3. Laudem Deo septies per diem decantatam. 164.
2°. Additio ejusdem, provocantis
 1. Ad morem Dei, amatoribus legis quietem tranquillam concedentis; 165.
 2. Ad promissionem salutis factam; 166.
 3. Ad vitam legi divinæ hactenus conformatam. 167, 168.

XXII. Octonarium vigesimum secundum.

1°. Repetitio supplicationis pro exauditione precum; 169, 170.
2°. Repetitio promissionis de reddendis Deo laudibus; 171, 172.
3°. Repetitio tum supplicationis pro salute obtinenda, tum promissionis de gratiis referendis; 173-175.
4°. Repetitio confessionis de erratis, et petitio opis ad observandam legem. 176.

PSALMUS CXIX.

ANIMA, AD PATRIAM CŒLESTEM ASPIRANS,

I. Præmittit factum suæ orationis et exauditionis : 1.

II. Incipit preces pro liberatione a calumniis et conviliis, 2.

1°. Auctori nihil utilitatis asserentibus ; 3.

2°. Sustinenti acutissimum et ardentissimum dolorem inferentibus : 4.

III. Addit questus

1°. De diuturnitate peregrinationis suæ et exilii inter perversos ; 5, 6.

2°. De horum minime provocatorum insultibus. 7.

PSALMUS CXX.

SPES ET SOLATIUM ANIMÆ.

I. Spes in Deum auxiliatorem directa,

1°. Per oculorum elevationem ad cœlum ; 1.

2°. Per cordis fidem, de Dei potentia. 2.

II. Solatium oraculo redditum,

1°. Ex vigili ad lapsum prohibendum cura Dei ; 3, 4.

2°. Ex provida diurni caloris et nocturni frigoris moderatione ; 5, 6.

3°. Ex sollicita omnis mali aversione, et totius vitæ cursus protegendi studio. 7, 8.

PSALMUS CXXI.

ANIMA, TERMINO PEREGRINATIONIS AD CŒLUM PROXIMA,

I. Lætatur

1°. De nuntio transitus allato ; 1.

2°. De vicino jam ad cœlum appulsu. 2.

II. Celebrat cœlestem Jerusalem,

1°. Ob concordiam civium illam inhabitantium ; 3.

2°. Ob multitudinem Deum ibidem laudantium ; 4.

3°. Ob auctoritatem Christi et Apostolorum, hinc mundum judicantium. 5.

III. Precatur et optat,

1°. Ut ad eam aspirantibus vota succedant ; 6.

2°. Ut eadem abundet aucto civium numero. 7.

IV. Declarat hoc votum a se factum,

1°. Ex charitate erga proximum ; 8.

2°. Ex studio erga Ecclesiam. 9.

PSALMUS CXXII.

SUSPIRIUM ANIMÆ AFFLICTÆ,

I. Recta et constanter ad Deum conversæ, pro more servorum et ancillarum ad heros respicientium; 1, 2.
II. Misericordiam postulantis; 3.
III. Ludibrium a divitibus et superbis illatum exponentis. 3, 4.

PSALMUS CXXIII.

EXSULTATIO ANIMÆ LIBERATÆ,

I. Describentis periculum interitus,
1°. Sine Dei adjutorio certi; 1, 2.
2°. Ex hostium furore et copia accelerati; 3, 4.
3°. Ob impetus magnitudinem non superandi. 5.
II. Benedicentis Deum,
1°. Pro evasione ex hostium insidiis; 6, 7.
2°. Pro vi nocendi hostili confracta; 7.
3°. Pro auxilio ab omnipotentia Dei præstito. 8.

PSALMUS CXXIV.

SPES JUSTORUM IN DEO

I. Stabilitatem habet,
1°. Ex fundamento immobili Ecclesiæ; 1.
2°. Ex munimento divinæ potentiæ; 2.
3°. Ex impedimento malorum, ne noceant, et adjumento bonorum, ne deficiant: 3.
II. Securitatem obtinet
1°. Ex beneficentia Dei erga bonos; 4.
2°. Ex severitate contra hypocritas eorumque ejectione; 5.
3°. Ex data hinc Ecclesiæ tranquillitate. 5.

PSALMUS CXXV.

LIBERATI PER CHRISTUM A PECCATO

I. Præ solatio vix se capiunt, lætitia et laude exsultant; 1, 2.
II. Prædicant divini erga se beneficii magnitudinem, vel ipsis gentibus stupendam; 2, 3.

III. Optant et alios
 1°. Liberari quam promptissime; 4.
 2°. Fructum pœnitentiæ uberrimum referre quam lætissime. 5, 6.

PSALMUS CXXVI.

ECCLESIÆ SALUS A CHRISTO PENDULA.

I. Sine Christi benedictione
 1°. Nec privata nec publica negotia succedunt; 1.
 2°. Nec labor maximus fructum refert. 1.
II. Cum ejus benedictione 2.
 1°. Augetur fidelium numerus; 3.
 2°. Crescit eorum vigor et virtus; 4.
 3°. Multiplicatur contra hostes victoria. 5.

PSALMUS CXXVII.

ECCLESIÆ CHRISTO DESPONSATÆ FELICITAS,

I. Ex beatitudine sponsi,
 1°. Deum timentis, ejusque voluntatem exequentis; 1, 4.
 2°. Uberem laboris sui fructum referentis. 2.
II. Ex prosperitate conjugii,
 1°. Proles optimæ indolis et nepotes longa serie edituri; 3, 6.
 2°. Benedictione Dei, abundantia bonorum et pace fruituri. 5, 6.

PSALMUS CXXVIII.

ECCLESIA, JUSSU PROPHETÆ AD LOQUENDUM INCITATA,

I. Commemorat hostium conatus,
 1°. Jam a primo ortu contra se susceptos et incassum continuatos; 1, 2.
 2°. Vi, ferocia et diuturnitate molestissimos; 3.
 3°. Sed Dei potentia confractos. 4.
II. Imprecando prædicit omnibus sui osoribus.
 1°. Confusionem et repulsam; 5.
 2°. Celerrimum, turpissimum et abominatum ab omnibus interitum. 6-8.

PSALMUS CXXIX.

ANIMA POENITENS

I. Petit, exaudiri
1°. Clamorem suum, ex profundo calamitatum et cum humilitate emissum; 1.
2°. Deprecationem cum reverentia iteratam. 2.
II. Ratiocinatur,
1°. Damnandos omnes, si Deus plectere velit peccata omnia; 3.
2°. Sed hoc nec pronum ad indulgentiam Dei animum, nec datum in lege promissum permittere; 4.
3°. Itaque spem veniæ restare, in Dei fidelitate repositam. 4, 5.
III. Excitat se et fidelem quemlibet ad spem constanter continuandam, 6.
1°. Ob misericordiam Deo propriam; 7.
2°. Ob redemptionem a Salvatore copiose perficiendam. 8.

PSALMUS CXXX.

VERA HUMILITAS,

I. Probatur interno modestiæ sensu, et externa ab omni superbo opere aut consilio abstinentia; 1.
II. Prompta est, in sinceritatis defectu, ad subeundam pœnam, pueris alias minimis convenientem; 2.
III. Stabilitur fundamento spei nunquam deficientis. 3.

PSALMUS CXXXI.

DE CHRISTO ET ECCLESIA, SUB SYMBOLO DAVIDIS ET TEMPLI.

I. Proponuntur, velut a Deo consideranda,
1°. Christi mansuetudo et patientia; 1.
2°. Ejusdem decretum non ascendendi ad cœlum, post descensum in sepulcrum, ante constitutionem Ecclesiæ; 2-5.
3°. Prophetarum oracula de nascituro, et pastorum testimonia de nato Christo in Bethlehem; 6, 7.
4°. Apostolorum solatium et lætitia sub Christi ascensionem; 8, 9.
5°. Promissio Christo facta, et debita ipsius precibus concessio. 10.
II. Referuntur promissa Ecclesiæ a Deo
1°. Perpetuitas ejus, in Christo capite hujusque vicariis; 11, 12.

2°. Sanctificatio ejusdem, per Dei præsentiam, etiam sub speciebus eucharisticis; 13-15.

3°. Virtus salutaris sacerdotii ac reliqui ministerii; 16.

4°. Amplitudo regni, confusio hostium et felicitas florentissima. 17, 18 (1).

PSALMUS CXXXII.

CONCORDIA CHRISTIANORUM FRATERNA.

I. Utilis, est honesta et jucunda; 1.

II. Plena charismatis Spiritus Sancti; 2, 3.

III. Certa de benedictione Dei et vita æterna. 4.

(1) Cf. *Act.* II, 30; S. *Irenæum* adv. Hæres. lib. 3. c. 9. num. 2; *Tertullianum* contr. Marcionem lib. 3. c. 20, contr. Judæos c. 9; *Clementem Alexandr.* Pædagog. lib. 2. c. 8 (opp. p. 175); *Origenem* in Threnos Jeremiæ c. 4 (opp. t. 3. p. 351. C), in psalm. 131 (*ibid.* t. 2. p. 830. D); S. *Cyprianum* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 11; *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evang. lib. 4 et 7 (p. 187, 346), Comment. in psalm. 131 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 77), QQ. Evangelic. q. 5. num. 1, q. 8. num. 3 et 4 (*ibid.* p. 232, 241, 242); *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 131; *Victorinum Petavion.* Schol. in Apocalypsim c. 1 (Galland. t. 4. p. 52); S. *Athanasium* de Incarn. et contr. Arianos num. 18 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 706. E), Comment. in psalm. 131, in psalm. 67. ℣. 16, in psalm. 86. ℣. 3 (*ibid.* p. 974, 887. C, 917. E), Interpret. ejusdem psalmi (*ibid.* t. 3. sect. 2ª); *Pseudo-Athanas.* QQ. ad Antiochum q. 37 (*ibid.* t. 2. p. 224); S. *Luciferum Caralit.* pro S. Athanasio lib. 1. num. 43 (Galland. t. 6. p. 173); S. *Cyrillum Hierosolym.* Catech. 10. num. 15, Catech. 12. num. 20 et 23; S. *Ambrosium* Apolog. 2ª. David c. 5. num. 28; *Didymum Alexandr.* Comment. in psalm. 131; S. *Gregorium Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 2 (Galland. t. 6. p. 582), Laudat. altera S. Stephani (*ibid.* p. 598. B); S. *Hieronymum* Epist. 82. num. 1, Epist. 78. de mansionibus filiorum Israel, mans. 32, Comment. in Isaiam lib. 7. c. 22. ℣. 7-9; *Pseudo-Hieronymum* in psalm. 131; S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 131, in psalm. 95. num. 5, Serm. 120. num. 6, 8 (Mai. supr. cit. t. 1); S. *Cyrillum Alexandr.* de Adorat in spiritu lib. 1, 7, 10, 11 (opp. t. 1. p. 59, 229, 345, 386), Comment. in Isaiam lib. 3 et 5 (*ibid.* t. 2. p. 427, 428, 850), in Joannem lib. 4 (*ibid.* t. 4. p. 432), in Lucam c. 1 (Mai. supr. cit. t. 2. p. 119); S. *Prosperum Aquit.* in psalm. 131; S. *Leonem M.* Serm. 24 (alias, 23), c. 1; S. *Maximum Taurin.* Serm. 4 (opp. p. 405. C), Tract. 5. contr. Judæos (*ibid.* p. 737, 738); *Theodoretum, Arnobium* et *Cassiodorum* Comment. in psalm. 131; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 23. c. 25. num. 49, in Ezechielem lib. 2. homil. 8. num. 6; *Isidorum Hispalens.* de Fide catholica contr. Judæos lib. 1. c. 9. num. 9; *Bedam* Comment. in psalm. 131; etc., etc.

PSALMUS CXXXIII.

VOTUM PRO BENEDICTIONE ECCLESIÆ,

I. Ad ministros Ecclesiæ, ut illam hi orationibus postulent; 1, 2.
II. Ad Deum, ut eam hic impertiatur. 3.

PSALMUS CXXXIV.

CELEBRATIO DIVINÆ POTENTIÆ.

I. Præmittitur invitatio sacerdotum, levitarum et populi ad laudandum Deum, 1, 2.
  1°. Ob propriam illi bonitatem et benignitatem; 3.
  2°. Ob familiam Jacob in hæreditatem peculiarem assumptam; 4.
  3°. Ob magnitudinem dominii, diis præcellentem. 5.
II. Assumitur argumentum, recensendo
  1°. Opera creationis; 6, 7.
  2°. Magnalia in Ægypto edita; 8, 9.
  3°. Victorias in itinere additas; 10, 11.
  4°. Possessionem Chanaanitidis in hæreditatem datam; 12.
  5°. Documenta æternæ memoriæ, de divina vindicta contra improbos, et misericordia erga pœnitentes. 13, 14.
III. Opponitur impotentia idolorum,
  1°. Hominum arte ex metallis factorum; 15.
  2°. Ore non loquentium, oculis non videntium, auribus non audientium et vita carentium; 16, 17.
  3°. Similitudine sui, tanquam malo gravissimo, imprecantibus servientium. 18.
IV. Subjicitur iterata ad divinam laudem invitatio
  1°. Populi et sacerdotum; 19.
  2°. Levitarum et Deum timentium; 20.
  3°. Speciatim Sion inhabitantium. 21.

PSALMUS CXXXV.

CELEBRATIO MISERICORDIÆ DIVINÆ

I. Per confessionem
  1°. Bonitatis divinæ, 1.
  2°. Deitatis veræ, 2.
  3°. Dominationis supremæ. 3.

II. Per commemorationem factorum a Deo mirabilium, 4.

1°. In creatione cœlorum per sapientiam; 5.

2°. In fundatione terræ, eminentis super aquas; 6.

3°. In productione ac destinatione planetarum et stellarum. 7-9.

III. Per enarrationem signorum, editorum

1°. In cæde primogenitorum Ægyptiorum; 10.

2°. In eductione Hebræorum, fortiter ac potenter promota; 11, 12.

3°. In divisione maris rubri, deductione Israelitarum per ejus medium, et demersione Pharaonis. 13-15.

IV. Per prosecutionem beneficiorum præstitorum,

1°. In peregrinatione populi per desertum; 16.

2°. In debellatione regum magnorum et fortium; 17-20.

3°. In translatione terræ hæreditariæ ab his ad illos. 21, 22.

V. Per additionem beneficentiæ posterioris,

1°. In auxilio captivis lato; 23.

2°. In libertate redempta; 24.

3°. In alimonia subministrata. 25.

VI. Per repetitam confessionem dominii divini, super cœlos et dominos supremi. 26, 27.

PSALMUS CXXXVI.

EXULES FILII ECCLESIÆ

I. Manifestant sensum exilii sui,

1°. Tristitia et fletu; 1.

2°. Silentio instrumentorum musicorum; 2.

3°. Recusatione omnis lætitiæ, tum profanæ tum sacræ, tanquam loco et tempori minus congruæ. 3, 4.

II. Suspirant ad cœlestem patriam,

1°. Memoria continua illam versantes; 5.

2°. Æstimatione eamdem gaudiis aliis præferentes. 6.

III. Optando prænuntiant

1°. Vindictam extremam dæmonibus et Ecclesiæ subversoribus; 7.

2°. Vastitatem mundo et superbiæ; 8.

3°. Interitum carni et concupiscentiæ. 9.

PSALMUS CXXXVII.

CHRISTUS, POST RESURRECTIONEM SUAM,

I. Grates Deo Patri acturus,

1°. Promittit canticum laudis coram angelis, homagium in cœlo, encomium misericordiæ ac fidelitatis divinæ; 1, 2.

2°. Assignat pro ratione, tum precum suarum exauditionem, tum datam nomini suo gloriam ; 1, 2.

3°. Ostendit certitudinem de ulteriore precum suarum acceptatione et potentiæ augmento. 3.

II. Sub sensu præteriti prophetice prædicit

1°. Conversionem gentium per prædicationem Evangelii ; 4.

2°. Canticum conversorum, gloriam Dei, humiles respicientis et superbos despicientis, celebrantium ; 5, 6.

3°. Certum fidelibus suis auxilium, impiis supplicium, piis æternæ gloriæ præmium. 7, 8.

PSALMUS CXXXVIII.

CELEBRATIO DIVINÆ ERGA INNOCENTES ET ADMIRANDÆ PROVIDENTIÆ,

I. Ex parte scientiæ, qua Deus explorat et cognoscit 1.

1°. Omnes actiones et cogitationes ; 2, 3.

2°. Omnem agendi modum et intentionem ; 3, 4.

3°. Omnia futura et præterita. 5.

II. Ex parte præsentiæ et attentionis, qua Deus comitatur 5, 6.

1°. In omnem locum ; 7-10.

2°. Per omne tempus; 11, 12.

3°. A primo vitæ ortu. 13.

III. Ex parte beneficentiæ,

1°. Ad stuporem munificæ; 14.

2°. In minimis maximæ; 15.

3°. Ad omnes vitæ dies protensæ. 16.

IV. Ex parte justitiæ,

1°. Præmiatricis bonorum, numero plurimorum ; 17, 18.

2°. Vindicis malorum, maxime vitæ ac bonis alienis inhiantium. 19, 20.

* Innocentes

1°. Contestantur capitale odium et excessum zeli contra improbos Dei adversarios ; 21, 22.

2°. Provocant ad animi sui rectitudinem, ex omni parte integram ; 23.

3°. Postulant recta deduci ad vitam æternam. 24.

PSALMUS CXXXIX.

CHRISTUS IN SUA PASSIONE

I. Petit, eripi ac defendi a malignorum 2.

1°. Consiliis pravis et adversis molitionibus, 3.

2°. Maledicentia et calumniis, 4.

3°. Violentia et insidiis. 5, 6.

II. Confidit, se audiendum,

1°. Ob preces suas jam factas; 7.
2°. Ob tutelam sibi pridem paratam; 8.
3°. Ob insolentiam hostium, alias hinc orituram. 9.

III. Prævidet et prædicit,

1°. Consilia et molimina prava auctores oppressura; 10.
2°. Fulmina hostes in infernum dejectura; 11.
3°. Infortunia mendaces, et mala violentos in interitum præcipitatura; 12.
4°. Meliorem sortem oppressis, et beatitudinem justis obventuram. 13, 14.

PSALMUS CXL.

CHRISTUS IN CRUCE

I. Postulat, preces suas exaudiri, 1. ac præcipue

1°. Mortem suam suscipi tanquam sacrificium vespertinum; 2.
2°. Linguam suam custodiri ab impatientia, excusatione inconsulta et approbatione maligna; 3, 4.
3°. Obfirmari animum, tum contra increpationes et adulationes pharisæorum, tum in continuatione harum precum. 5.

II. Experitur vero, sub salutari hoc orationis exercitio,

1°. Pharisæos ac sacerdotes obriguisse magis et obdurasse corda; 6.
2°. Dissolvi autem se et appropinquare morti. 7.

III. Repetit proinde

1°. Preces, pro sui custodia et liberatione ab insidiis adversantium; 8, 9.
2°. Prædictionem de horum interitu et de suo libero transitu. 10 (1).

PSALMUS CXLI.

CHRISTUS MORTI PROXIMUS

I. Orat Patrem,

1°. Clamando voce magna et deprecando cum effusione cordis; 2, 3.
2°. Declarando afflictionem suam et mortem jam imminentem. 3, 4.

II. Exponit innocentiam suam, Patri jam notam,

1°. Sed ab hostibus insidiantibus impetitam; 4.

(1) Cf. *Origenem* in Leviticum homil. 9. num. 8 (opp. t. 2. p. 241. E); S. *Cyprianum* Epist. 63. num. 16; S. *Optatum Milevit.* de Schism. Donatist. lib. 4. c. 7; *Evagrium* Alterc. cum Simone Judæo (Galland. t. 9. p. 258. D); S. *Hieronymum* Comment. in Zachariam lib. 2. c. 8 (opp. t. 6. p. 842, 843); S. *Augustinum* Enarr. in psalm. 140; S. *Prosperum Aquit.* Comment. in eumdem psalmum; S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 20. c. 2. num. 5, in Ezechielem lib. 2 homil. 4. num. 45; S. *Isidorum Hispal.* de Fide catholica lib. 1. c. 35. num. 2; etc., etc.

2°. Ab amicis autem, fuga dilapsis, velut ignoratam et sine ope relictam. 5.

III. Concludit

1°. Contestando spem suam omnem in Deo repositam; 6.

2°. Postulando liberationem, ob vires jam fractas et hostes efferatiores; 7.

3°. Optando solutionem a corpore, ad laudem Deo reddendam, expectationem Patrum implendam, et debitam sibi mercedem recipiendam. 9.

PSALMUS CXLII.

CHRISTUS IN SEPULCRO

I. Præfatur rogando Deum,

1°. Ut memor sit promissionis suæ ac misericordiæ; 1.

2°. Ne agat secundum justitiam, cui et se, tanquam pro hominibus vadem, obnoxium fatetur. 2.

II. Proponit

1°. Injurias, mortem ac sui oblivionem toleratas; 3.

2°. Angustias animæ suæ et turbationes hinc secutas; 4.

3°. Memoriam mirabilium operum, in patriarcharum solatium a Deo factorum; 5.

4°. Animæ suæ, penitus arescentis, deficientis et in limbum demissæ, conversionem supplicem ad Deum. 6, 7.

III. Postulat, pro spe et confidentia sua,

1°. Tempestivum auxilium et liberum e vinculis exitum; 8, 9.

2°. In terram ac vitam reditum Deo placitum et libertatem; 10, 11.

3°. Castigationem hostium, ob sua tamen servitia moderatam. 12 (1).

PSALMUS CXLIII.

CHRISTUS MUNDI VICTOR,

I. Peracto contra mundum certamine,

1°. Prædicat Dei misericordiam ac tutelam sibi et fidelibus impensam; 1, 2.

2°. Confitetur humanæ conditionis tenuitatem, fragilitatem ac brevitatem; 3, 4.

(1) Cf. *Origenem* in Threnos Jeremiæ c. 3 (opp. t. 3. p. 341. C); S. *Hilarium Pictav.* Tract. in psalm. 142. num. 2; S. *Athanasium* Exposit. ejusdem psalmi ỷ. 8 (opp. t. 1. part. 2a); S. *Augustinum* enarr. in psalm. 142. serm. 170; *Zacchæum* Consult. lib. 2. c. 15 (Galland. t. 9. p. 235); S. *Prosperum Aquit.* Comment. in hunc psalmum; S. *Isidorum Hispalens.* de Fide catholica adv. Judæos lib. 1. c. 49; etc., etc.

3°. Postulat, contra potentium arrogantiam immitti pœnas potentiores; 5, 6.
4°. Petit, dissipari pravorum consilia, infidelium machinas et mendacium fraudes ac perjuria; 7, 8, 11.
5°. Promittit novam et solemnem gratiarum actionem, pro regali hoc beneficio. 9, 10.

II. Pronuntiat beatiores eos qui Deum possident, 15. quam illos
1°. Qui gaudent filiis florentissimis ac filiabus elegantissime comptis; 12.
2°. Qui ditescunt ex agris et pecoribus fœcundissimis; 13.
3°. Qui fruuntur pace in campis, villis et urbibus. 14.

PSALMUS CXLIV.

LAUS CHRISTI TANQUAM REGIS MAGNI.

I. Propheta præfatur promittendo
1°. Laudem hujus regis a se dicendam, 1.
2°. In vita præsenti et futura. 2.

II. Colligit magnitudinem in auctoritate infinitam, 3.
1°. Ex operibus et potentia; 4.
2°. Ex gloriosa sanctitatis majestate; 5.
3°. Ex admiranda fortitudine judiciorum; 6.
4°. Ex abundanti suavitate, patienti misericordia, et multitudine miserationum. 7-9.

III. Prædicat magnitudinem in regno celeberrimam,
1°. Per operum et sanctorum confessionem; 10.
2°. Per gloriæ et potentiæ manifestationem; 11, 12.
3°. Per imperii æternitatem, et subditorum multitudinem. 13.

IV. Celebrat magnitudinem in regiis virtutibus copiosam, enumerando
1°. Fidelitatem in promissis, æquitatem in præceptis et integritatem in factis; 13, 17.
2°. Misericordiam erga afflictos et munificentiam erga indigos; 14-16.
3°. Facilitatem in audiendis et benignitatem in exaudiendis supplicum precibus; 18, 19.
4°. Justitiam in amicis protegendis et inimicis perdendis. 20.

V. Finit promittendo laudem, a se et universis æternum continuandam. 21.

PSALMUS CXLV.

LAUS CHRISTI TANQUAM SPEI UNICÆ.

I. Propheta seipsum excitat ad Christum laudandum per totam vitam. 2.

II. Dehortatur a fiducia ponenda in hominibus vel potentissimis, tamen minus sufficientibus,

1°. Ob naturæ et virium infirmitatem ; 3.

2°. Ob brevitatem vitæ et, cum hac finiente, finem omnium consiliorum. 4.

III. Adhortatur ad spem in Christo collocandam, 5.

1°. Ob ejusdem omnipotentiam ; 6.

2°. Ob fidelitatem ipsius in promissis; 7.

3°. Ob misericordiam, omnibus et in omni necessitate succurrentem ; 7-9.

4°. Ob constantiam horum attributorum perpetuam. 10.

PSALMUS CXLVI.

LAUS CHRISTI TANQUAM CURATORIS BENEFICI.

I. Propheta invitat ad laudem Christo deferendam ex motivo utilitatis, jucunditatis et honestatis. 1.

II. Desumit hujus argumentum,

1°. Ex facta per Christum ædificatione Ecclesiæ et aggregatione fidelium ; 2.

2°. Ex peccatorum sanatione et infirmorum confirmatione ; 3.

3°. Ex justorum electione ac distinctione; 4.

4°. Ex potenti ac sapienti discretione humilium a superbis, per benignitatem ex una et severitatem ex altera parte. 5, 6.

III. Repetit invitationem ad laudem, voce ac cythara continuandam. 7.

IV. Prosequitur argumentum,

1°. Ex parata fœcunditate terræ; 8.

2°. Ex accurata alimonia animalium ; 9.

3°. Ex benevolentia, non ad humanas rationes, sed ad fidelium virtutes propensa. 10, 11.

PSALMUS CXLVII.

LAUS CHRISTI TANQUAM PRÆSIDIS PROVIDI.

I. Propheta provocat Ecclesiam ad dicendam Christo laudem. 1.

II. Commemorat studium a Christo impensum,
- 1°. Per munitionem Ecclesiæ et benedictionem fidelibus datam; 2.
- 2°. Per pacis stabilitatem et ubertatem additam; 3.
- 3°. Per doctrinam divinitus instillatam. 4.

III. Docet, adversitates a Deo
- 1°. Immitti quidem diversimode; 5, 6.
- 2°. Sed et temperari ac penitus tolli. 7.

IV. Addit singulare beneficium, per evangelicam prædicationem fidelibus præstitum. 8, 9.

PSALMUS CXLVIII.

LAUS CHRISTI TANQUAM FACTORIS OMNIUM.

I. Propheta invitat ad laudandum Christum, e regione cœlesti, 1.
- 1°. Angelos et exercitus spirituum beatorum; 2.
- 2°. Solem, lunam et stellas cum homine; 3.
- 3°. Cœlos ipsos et aquas supercœlestes. 4.

II. Subdit pro motivo,
- 1°. Factam per Verbum creationem; 5.
- 2°. Stabilitam et certa lege circumscriptam conservationem creatorum. 6.

III. Invitat similiter, e regione sublunari,
- 1°. Cetos et aquarum profunditates; 7.
- 2°. Ignem, grandinem, nivem, glaciem, cum tempestatibus, jussa Dei exequentibus ; 8.
- 3°. Montes et colles, cum arboribus frugiferis et infrugiferis; 9.
- 4°. Animalia fera et domestica, reptilia et volatilia; 10.
- 5°. Homines omnis conditionis, sexus et ætatis, 11, 12.

IV. Addit pro ratione,
- 1°. Majestatem et gloriam Dei, his omnibus superiorem; 13, 14.
- 2°. Confirmationem et lætitiam tum sanctorum, tum fidelis Deo populi hinc orituram. 14, 15.

PSALMUS CXLIX,

LAUS CHRISTI TANQUAM JUDICIS SUPREMI.

I. Propheta adhortatur Ecclesiam militantem
1°. Ad laudem Christo auctori ac regi suo decantandam; 1, 2.
2°. Ad concentum choro tympanorum et psalterii augendum; 3.
3°. Ad beneficium electionis et exaltationis suæ celebrandum. 4.
II. Provocat Ecclesiam triumphantem
1°. Non tantum ad lætitiam corpore, mente ac ore promendam; 5, 6.
2°. Sed et ad gladium manibus stringendum, et vindictam de infidelibus, etiam regibus et nobilibus, sumendam; 6-8.
3°. Denique ad sententiam, a Christo judice latam, cum propriæ gloriæ augmento exequendam. 9.

PSALMUS CL.

LAUS CHRISTI TANQUAM SUMME LAUDABILIS.

I. Propheta designat locum laudis, templum et cœlum; 1.
II. Materiam laudis, opera virtutum et multitudinem donorum Christi; 2.
III. Modum laudis, concentum plurimorum instrumentorum lætitiæ accommodatum; 3-5.
IV. Cantorem laudis, omnem spiritum et omne quod spirat. 6.

LIBRI MORALES
VETERIS TESTAMENTI.

II.

LIBRI SALOMONIS:

PROVERBIA, ECCLESIASTES,

CANTICUM CANTICORUM, SAPIENTIA.

LIBER PROVERBIORUM.

PARS I.

INTRODUCTIO AD SAPIENTIÆ DISCIPLINAM.

SECTIO I.

PROLEGOMENA.

I°. *Præfatio*
 I. Nominat operis auctorem : *cap.* 1, *v.* 1.
 II. Indicat variam rationem et modum : 2, 3.
 III. Denotat finem et scopum,
  1°. In rudibus erudiendis; 4.
  2°. In sapientibus perficiendis. 5, 6.
II°. *Propositio statuit sapientiæ*
 I. Principium, in vera religione et Dei cultu : 7.
 II. Incrementum, in observatione legis divinæ et ecclesiasticæ : 8, 9.
 III. Munimentum, in cantione ab impiis; 10. quorum
  1°. Lenocinium et ad prava illicium exponitur; 11-14.
  2°. Commercium dissuadetur, 15.
   1. Ob actionis malitiam; 16.
   2. Ob fructus incertitudinem; 17.
   3. Ob exitii exinde sequelam. 18, 19.
III°. *Amplificatio postremæ partis* fit per prosopopœiam sapientiæ,
 I. Clamantis ubique locorum; 20, 21.
 II. Avocantis a nugis noxiis, et invitantis ad audienda solida ac utilia; 22, 23.
 III. Denuntiantis contemptoribus sapientiæ pervicacibus pœnas,
  1°. Infligendas sine commiseratione; 24-27.
  2°. Declinandas nullis precibus; 28.
  3°. Reddendas tanquam mulctam neglecti officii, tanquam fructum pravi consilii, tanquam proventum inversi operis. 29-32.
 IV. Promittentis audientibus et obsequentibus securitatem et abundantiam felicitatis. 33.

SECTIO II.

INSTITUTIONES AD SAPIENTIÆ DISCIPLINAM.

§ I. INSTITUTIONES A SALOMONE PROPOSITÆ.

I°. *Requisita pro studioso sapientiæ :*

I. Attentio ad sapientiæ verba ; *cap.* II, *v.* 1, 2.

II. Oratio attentioni præmissa ; 3.

III. Meditatio et studium utrique adjectum. 4.

II°. *Adjumenta hoc studium perficientia :*

I. Interna quidem,

1°. Ex parte intellectus, scientia religionis speculativa et practica ; 5, 6.

2°. Ex parte voluntatis, simplicitas cordis et amor recti in legibus et factis ; 7, 8.

3°. Ex parte actionis, justitia et æquitas. 9.

II. Externa autem,

1°. Custodia vigil divinæ protectionis ; 10, 11.

2°. Remotio et discessus a pravorum consortio ; 12-15.

3°. Abstractio a noxio feminæ dolosæ commercio ; 16-19.

4°. Deductio in viam a justis jam tritam, horum bonis et injustorum malis eventibus propositis. 20-22.

III°. *Emolumenta inde nascitura :*

I. Correspondentia et commensurata, scilicet

1°. Præceptorum observationi, longitudo vitæ et tranquillitas ; *cap.* III, *v.* 1, 2.

2°. Beneficientiæ et fidelitati, gratia apud Deum et homines ; 3, 4.

3°. Humili ac continuæ in Deo fiduciæ, certum ab eo præsidium ; 7, 8.

4°. Modestiæ, pietati ac innocentiæ, sanitas mentis et animæ ; 7, 8.

5°. Liberalitati Deo impensæ, abundantia bonorum reddita ; 9, 10.

6°. Moderationi in adversis ac patientiæ, approbatio divina et paterna benevolentia. 11, 12.

II. Exaggerata super plurima lucra et maximas divitias, 13-15.

1°. Per longævitatem dierum, amplitudinem gloriæ, pulchritudinem pacis ac immortalitatem ; 16-18.

2°. Per agnitionem divinorum operum concessam ; 19-20.

3°. Per vigorem animæ et gratiam, ex horum consideratione auctam ; 21, 22.

4°. Per securitatem contra omne malum, præsenti Dei præsidio communitam. 23-26.

IV°. *Documenta circa proximum observanda :*

I. Misericordia erga pauperes non prohibenda, sed potius exhibenda ; 27, 28.

II. Læsio proximi, sive amici, sive inimici, sive cujuscumque cavenda; 29-31.

III. Exemplum malorum, et sequens illos supplicium fugiendum; 31-33.

IV. Ignominia superbis, et gloria humilibus a Deo reddenda. 34, 35.

§ II. INSTITUTIONES SALOMONI A PARENTIBUS DATÆ.

I°. *Commendatur paterna disciplina,* cap. IV, v. 1.

I. Ex bonitate doctrinæ et legis proponendæ; 2.

II. Ex exemplo Salomonis, instructionem parentum etiam acceptantis. 3, 4.

II°. *Refertur parentum adhortatio,*

I. Monens Salomonem audire et custodire præcepta, 4.

1°. De possessione sapientiæ inchoanda per cognitionem et memorem speculationem; 5, 6.

2°. De hac amplianda per exercitium et praxin; 7.

3°. De eadem firmanda per continuationem utriusque. 8.

II. Spondens hinc obtinenda

1°. Exaltationem et gloriam; 8.

2°. Augmentum gratiarum et coronam. 9.

§ III. INSTITUTIONES A SALOMONE CONTINUATÆ.

I°. *Monita generalia*

I. Circa disciplinam sapientiæ

1°. Audiendam et memoria tenendam, sub data spe vitæ longævæ; 10, 20, 21.

2°. Exercendam, sub spe immunitatis ab omni difficultate; 11, 12.

3°. Custodiendam et conservandam, sub spe salutis quoad corpus et animam. 13, 22.

II. Circa mores et exempla

1°. Pravorum declinanda, 14, 15.

1. Ob studium illorum perpetuum nocendi omnibus; 16, 17.

2. Ob ruinam illorum certam nec prævisam; 19.

2°. Proborum amplectenda, ob constans illorum in virtutibus incrementum. 18.

III. Circa curam adhibendam

1°. In moderandis cordis affectibus; 23.

2°. In cohibenda lingua a detractionibus; 24.

3°. In intendendis ad rectum finem et justas actiones oculis; 25, 26.

4°. In diligendo semper medio sub Dei directione. 27.

II°. *Monita gamica:*

I. Suadetur sapientiæ disciplina

1°. Audienda, *cap.* v, *v.* 1.

2°. Mente et ore usurpanda; 2.

3°. Opere præstanda. 7.

II. Præscribitur fuga meretricis, 2, 8.

1°. Propositis ejusdem

1. Fallacia in sermonibus, 3.
2. Pernicie in operibus, 4, 5.
3. Fraude in consiliis; 6.

2°. Expositis periculis

1. Amittendi honorem et libertatem; 9.
2. Dissipandi bona in extraneos; 10.
3. Dolendi nimis sero, et resipiscendi amissis jam omnibus. 11-14.

III. Commendatur legitimi matrimonii usus, 15.

1°. Ad reipublicæ incrementum; 16.

2°. Ad certam hæredum propriorum securitatem; 17.

3°. Ad lætam conjugii fœcunditatem; 18.

4°. Ad jucundam amoris fruitionem. 19.

IV. Repetitur dissuasio fornicationis, 20. utpote quæ

1°. Deum celari non potest; 21.

2°. Fornicantem, peccatis suis quasi vinculis constrictum, judici sistit; 22.

3°. Spe emendationis propositæ delusum nec in morte deseret. 23.

III°. *Monita œconomica*

I. Circa fidejussionem:

1°. Proponitur sponsoribus periculum suscepti oneris; *cap.* vi, *v.* 1, 2.

2°. Suadetur liberatio ab hoc onere, quam fieri potest, celerrime curanda. 3-6.

II. Circa curam domesticam:

1°. Ignavis proponitur exemplum formicæ, nativo instinctu cibum in æstate parantis; 6-8.

2°. Iisdem exprobratur somnolentiæ æqualis socordia, et prædicitur egestas; 9-11.

3°. Solertibus e contra promittitur abundantia. 11.

III. Circa apostasiam:

1°. Mores et opera apostatæ recensentur; 12-14.

2°. Eadem velut mala Deo exosa declarantur; 16-19.

3°. Perditio et pœna decernuntur. 15.

IV. Circa parentum præcepta: horum

1°. Observatio et memoria continua filiis commendatur; 20-22.

2°. Utilitas, etiam ad vitandam incontinentiam, laudatur. 23, 24.

IV°. *Monita antimœchica:*

I. Cavendum ab omni concupiscentia mulieris, ob damnum bonorum ex scortatione, vitæ etiam ex adulterio consequens. 25, 26.

II. Cavendum vel a contrectatione maritatæ, ob periculum simile illi, quod subit, qui prunas vel sinu fovet vel nudis pedibus calcat. 27-29.

III. Cavendum ab adulterio, utpote quod præ furto plus ignominiæ et minus veniæ habet; 30, 31. nam eodem

1°. Perditur anima, 32.

2°. Accersitur dedecus indelebile, 33.

3°. Excitatur maritus ad vindictam, nec precibus nec pretio adulteri redimendam. 34, 35.

V°. *Monita eadem, amplificata*

I. Adhortatione

1°. Ad præcepta sapientiæ custodienda, præ omnibus æstimanda, et tanquam annulum digitis, ac signaculum pectori inferenda; *cap.* VII, *v.* 1-3.

2°. Ad sapientiam tanquam sponsam, et prudentiam tanquam amicam amplectendam; 4.

3°. Ad amorem omnem alienæ mulieris evitandum. 5.

II. Introductione scenæ, a Salomone de fenestra visæ, 6. exhibentis

1°. Juvenem, sub nocturnum crepusculum, per viam domui mulieris vicinam deambulantem; 7-9.

2°. Meretricem, cultu, animo, gressu et evagatione procacem, eidem occurrentem; 10-12.

3°. Ejusdem oscula juveni data, cum sollicitatione adjecta; 13. qua

1. Invitat ad convivium, in juvenis gratiam paratum; 14, 15.

2. Ostentat lectum speciose ac pretiose adornatum; 16, 17.

3. Provocat ad libidinem, proposita securitate, ob mariti absentiam diu duraturam; 18-20.

4°. Juvenis, his blanditiis seducti, nec mala hinc secutura agnoscentis, stupiditatem. 21-23.

III. Peroratione

1°. Dehortante ab adulterio; 24, 25.

2°. Adnotante, ortam hinc multorum jam ruinam; 26.

3°. Denuntiante, finem ejusdem esse mortem ac sepulcrum. 27.

§ IV. INSTITUTIONES AB IPSA SAPIENTIA ADDITÆ.

I° *Oratio sapientiæ, alta voce edita, ubique locorum pronuntiata, et ad omnes directa.* Cap. VIII, v. 1-4.

I. Sapientia petit auditorum attentionem, 5.

1°. Ob dicendorum magnitudinem, veritatem, justitiam, sanctitatem et rectitudinem; 6-9.

2°. Ob discendorum hinc utilitatem, omnibus pretiosis præferendam. 10, 11.

II. Proponit disciplinæ suæ præstantiam,

1°. Ex suo cum prudentia consortio, a vitiis divortio, virtutum aliarum comitatu; 12-14.

2°. Ex conciliata per se imperautibus auctoritate ac utilitate publica; 15, 16.

3°. Ex benevolo erga studiosos sui amore, eosque amplissime ditandi et potentia et voluntate. 17-21.

III. Declarat illius eminentiam, ex sui auctoris dignitate, veneranda

1°. Ob nativitatem suam ab æterno, et existentiam ante omnem creaturam; 22-26.

2°. Ob creationem rerum omnium, communi cum Patre opera, et singulari cum gaudio, a se confectam. 27-31.

IV. Commendat ejusdem cultum, 32, 33.

1°. Promittendo cultoribus sedulis benevolentiam et salutem; 34, 35.

2°. Minitando contemptoribus aut hostibus perditionem ac interitum. 36 (1).

(1) Cf. S. *Justin.* Dial. cum Tryph. num. 61, 129; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 20. num. 3, 4, lib. 5. c. 24. num. 1; *Athenag.* Legat. pro Christ. num. 10 (Galland. t. 2. p. 10, 11); S. *Theophil. Antioch.* lib. 2. ad Autolycum num. 10; *Tertull.* contr. Hermog. c. 18, contr. Praxeam c. 6; *Origen.* de Principiis lib. 1. c. 11. num. 1 (opp. t. 1. p. 58), Comment. in Matth. t. 17. num. 14 (opp. t. 3. p. 788), Comment. in Joann. t. 1. num. 11 (opp. t. 4. part. 1ª. p. 11, 12), Comment. in Proverbia c. 8 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª. p. 15); S. *Dionys. Alexandr.* fragm. 3 (Galland. t. 3. p. 495), fragm. 12 (*ibid.* p. 499); *Synod. Antioch.* Epist. ad Paulum Samosat (opp. S. Dionys. Alexandr. p. 283, 284); S. *Dionys Roman.* Epist. contr. Sabellium (apud Athan. de Decret. Nic. Synodi num 26. opp. t. 1. part. 1ª. p. 182. E); S. *Methodium* de Creatis num. 8 (Galland. t. 3. p. 802); S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 1; *Lactant.* Divin. Institut. lib. 4. c. 6, 8; *Alexandrum Alexandr.* Epist. de Ariana hæres. num. 7 (Galland. t. 4. p. 445); *Eusebium Cæsareens.* Demonstr. Evang. lib. 5. c. 1 (p. 211 et seqq.), de Ecclesiast. Theol. lib. 3. c. 1 et seqq. (p. 148 et seqq.), Comment. in psalm. 71 (Montfauc. nov. collect. Patrum t. 1. p. 403), in psalm. 148 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 95), Supplem. qq. ad Stephanum (*ibid.* p. 275, 276); S. *Hilar. Pictav.* Tract. in psalm. 135. num. 13, Tract. in psalm. 148. num. 4, Tract. 2. num. 6 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 487), de Trinit. lib. 4. num. 21, lib. 12. num. 44 et seqq.; S. *Meletium Antioch.* Orat. ad populum num. 4, 5 (Galland. t. 5. p. 102); S. *Athanas.* Orat. contr. gentes num. 46 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 36. E, edit. Venet. a. 1777), Expos. Fidei num. 3 (*ibid.* p. 81), de Decretis Nic. Synodi num. 13, 14 (*ibid.* p. 172, 173), Epist. ad Episcop. Ægypti num. 17 (*ibid.* p. 227), Orat. 1. contr. Arianos num. 19, 20 (*ibid.* p. 334, 335), Orat. 2. num. 32 (*ibid.* p. 395), et plenius num. 44 et seqq. usque ad finem hujusce orationis, Orat. 3. num. 63, 65 (*ibid.* p. 485. D, E, 486. E), Serm. maj. de Fide num. 21 (*ibid.* t. 3. p. 8); *Marcum Diadochum* contra Arian. num. 4 (Galland. t. 5. p. 245); S. *Phœbadium Aginnens.* contr. Arianos num. 16, 20 (*ibid.* p. 254. E, 255. E), de Fide orthod. c. 2 (*ibid.* p. 259. B); S. *Basil. Cæsar.* adv. Eunomium lib. 4 (opp. t. 1. p. 293. edit. Garnerii); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 3. c. 3 (p. 333 et seqq. sed præcipue p. 339, 340.), Comm. in Proverbia c. 8 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª. p. 62, 63); S. *Gregor. Nazianz.*

II°. *Studium sapientiæ continuatum*,

I. Per apparatum

1°. Domus recens ædificatæ, et columnis ac arce firmatæ; *cap.* IX, *v.* 1, 3.

2°. Convivii splendide instructi. 2

II. Per invitationem convivarum,

1°. Missione ancillarum delatam ad simplices; 3, 4.

2°. Voce sapientiæ prolatam ad pusillanimes. 4, 5 (1).

Orat. 30 (alias, 36), num. 2, Orat. 32 (alias, 26), num. 10; S. *Cæsarium* Dial. 1. interr. 9. et 35. (Galland. 1. 6. p. 9 et 23); S. *Gregor. Nyssen.* Testim. adv. Judæos c. 1 (*ibid.* p. 578. C, 579. A), contr. Eunomium Orat. 2 (opp. t. 2. p. 462), Orat. 3 (*ibid.* p. 502–509), adv. Arium et Sabellium num. 5 (Mai. nov. Patrum bibliotb. t. 4. p. 5); S. *Ambrosium* Hexæmer. lib. 1. c. 4. num. 15, de interpell. Job et David lib. 3. c. 2. num. 6, Expos. in psalm. 118, serm. 5. num. 25, de Fide lib. 1. c. 15. num. 95-97, lib. 3. c. 7. num. 46, 50, et c. 9; S. *Epiphanium* Hæres. 69. num. 21, 23-26, Hæres. 73. num. 20 (ejusdem textus interpretationem Semi-Arianorum, in Synodo Ancyrana, exhibet Epiphanius *ibid.* num. 7 et 8), Ancorat. num. 43, 44; S. *Petrum Alexandr.* Epist. ad Episc. Ægypt. fragm. 4 (Galland. 1. 7. p. 344); *Faustinum* de Trinit. c. 6. (*ibid.* p. 457); S. *Hieronymum* in Isaiam lib. 14. c. 53 (opp. t. 4. p. 618), Epist. 140. ad Cyprianum num. 6 (opp. t. 1. p. 1053, 1054); S. *Augustinum* de Fide et Symbolo c. 4. num. 6, de Trinit. lib. 1. c. 11. num. 24, Serm. 127. in append. (alias, de Tempore 26); S. *Cyrillum Alexandr.* Thesaur Assert. 15 (opp. t. 5. part. 1ª. p. 163, 165), Dial. 4. de Trinit. (*ibid.* p. 533, 534), de Recta Fide (*ibid.* part. 2ª. sect. 3ª. p. 167. C), fragm. In Proverbia (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 467); *Theodoretum* Dial. 1 contra Anomæos (opp. 1. 5. p. 281, 282), Dial. 4. adv. Macedonianos (*ibid.* p. 369. C); S. *Maximum Taurin.* Tract. 5. contr. Judæos (opp. p. 736); *Zacchæum* Consutt. lib. 2. c. 5 et 16 (Galland. 1. 9. p. 225. C, 235. D); *Evagrium* Alterc. cum Simone Judæo (*ibid.* p. 251. B, C); S. *Fulgentium* Respons. 3. contr. Arianos (opp. p. 55), ad Trasimundum lib. 2, c. 4 (*ibid.* p. 91), contr. Serm. Fastidiosi Ariani c. 8 (*ibid.* p. 348), de Fide ad Petrum c. 13. num. 54 (*ibid.* p. 524), contr. Fabianum Arianum fragm. 24 (*ibid.* p. 560); etc., etc.

(1) Cf. *Hippolyt.* Fragment. 8. in c. 9. Proverb. (Galland. 1. 2. p. 488); *Origen.* de Principiis lib. 2. c. 11. num. 3 (opp. t. 1. p. 104), in Genes. homit. 14. num. 2 et 4 (opp. 1. 2. p. 97, 99), Comment. in Proverbia c. 9 (Mai. nov. Patrum bibliotb. 1. 7. part. 2ª. p. 15, 16); S. *Cyprian.* Epist. 63. ad Cæcilium num. 5. (opp. p. 250. C. 251. edit. Venet. 1758). Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 2; *Euseb. Cæsareens.* de Ecclesiast. Theolog. lib. 1. c. 20, num. 22 (p. 98); S. *Athanasium* Epist. festali 7. num. 5 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 77, 78), contr. Arianos Orat. 2. num. 44, 52 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 405. D, 477. A), Orat. 4. num. 34 (*ibid.* p. 509); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 2. c. 14 (p. 271), Comment. in Proverbia c. 9 (Mai. nov. Patrum biblioth. 1. 7. part. 2ª. p. 64); S. *Cæsarium* Dialog. 4. Interr. 194 (Galland. t. 6. p. 149. D); S. *Gregorium Nyss.* contr. Eunom. orat. 3 (opp. t. 2. p. 505. C, D); S. *Ambros.* Expos. Evang. sec. Luc. lib. 6. num. 68, de Fide lib. 1. c. 15, num. 98; S. *Joann. Chrysost.* in Proverbia c. 9 (Mai. nov. Patrum bibliotb. t. 4. part. 2ª. p. 166); S. *Augustinum* Expos. in Epist. ad Galatas c. 2. num. 13, de Civit. Dei lib. 17. c. 4. num 4, c. 20. num. 2, Serm. 225 (alias, de Diversis 53), num. 2, Serm. 76. num. 2 (Mai. nov. Patrum bibliotb. t. 1. p. 150); S. *Cyrillum Alexandr.* in Joann. lib. 4 (opp. t. 4. p. 384, E); S. *Leonem M.* Serm. 30 (alias, 29), c. 3; S. *Philonem Carpas.* Enarr. in Cant. c. 1 et 4 (Galland. 1. 9, p. 727. B, 745. D, 746. A); S. *Fulgentium* ad Trasimundum lib. 3. c. 32 et 35 (opp. p. 138, 143), contr. Serm. Fastidiosi Ariani c. 8 (*ibid.* p. 348); etc., etc.

III. Per instructionem invitatis datam,

1°. De abjicienda insipientia et sectanda prudentia ; 6.

2°. De omittenda irrisorum, facienda autem sapientum correctione ; 7-9.

3°. De timore Dei et cognitione rerum divinarum, tanquam gemino veræ sapientiæ principio ; 10.

4°. De multiplici sapientiæ fructu et insipientiæ damno. 11, 12.

IV. Per inductionem æmulatricis stultitiæ : hujus

1°. Depingitur indoles, forma, facultas, statio ; 13, 14.

2°. Exponitur intentio, invitatio et promissio ; 15-17.

3°. Detegitur deceptio et vis sequacibus funesta. 18.

PARS II.

APOPHTHEGMATA SALOMONIS.

CAPUT X.

Filius sapiens lætitia, stultus mœstitia parentes afficit. 1.
Male parta nil prosunt; justitia ad mortem, famem, et hostiles insidias avertendas valet. 2, 3.
Sedulitas opes parat, desidia egestatem. 4, 5.
Justus benedictionem et laudem, injustus maledictionem et infamiam refert. 6, 7.
Sapiens placide, stultus moleste audit monita. 8.
Sincere agens in tuto est, dolosus et dissimulator confusionem ac pœnam feret. 9, 10.
Verba justi salutaria, impii mala et noxia. 11.
Odium exprobrat, charitas excusat alterius defectus. 12.
Sermo prudens et circumspectus sapientem, dignus pœna et contemptu insipientem prodit. 13, 14.
Opulentia præfidentem, inopia timidum reddit. 15.
Justus opere suo tanquam fructu, et disciplina tanquam medio utitur ad vitam; impius abutitur opere ad peccatum, et disciplinæ neglectu deviat ad mortem. 16, 17.
Mendax dissimulatio æque ac maledicentia, quin et immoderata loquacitas non caret peccato. 18, 19.
Doctrina sapientis est præstans in se, et utilis aliis; sermo insipientis nihil utrinque valet. 20, 21.
Benedictio Dei divitias cum animi tranquillitate confert. 22.
Impius peccando jocatur exterius, sed timet interius et subito perit; justus cavendo gravitatem vultu, confidentiam corde, et constantiam animo retinet. 23-25.
Pigritia servi molesta et noxia est domino. 26.
Justorum vita longæva, exspectatio certa, via secura, hæreditas stabilis, sermo utilis et gratiosus; injustorum autem vita brevis, spes falsa, via terroribus plena, hæreditas nulla, sermo inutilis et omnibus exosus. 27-32.

CAPUT XI.

Mensura in commercio injusta displicet, justa placet Deo. 1.
Superbiam ignominia, modestiam æstimatio sequitur. 2.

Agendi ratio sincera prosperitatem, fraudulenta perditionem affert. 3.

Divitiæ avaro nec in judicio, nec in vita, nec post vitam prosunt; eleemosynæ autem et beneficentia justum a malis præservant vel liberant. 4-8.

Impiorum hypocrisin detegit et devitat piorum prudentia. 9.

Omnes applaudunt virtuti ob bonum, insultant vitio ob malum hinc in civitatem redundans. 10, 11.

Amici defectum insipiens contemptim prodit, prudens dissimulat; arcanum infidelis revelat, fidelis celat. 12, 13.

Ruina et salus reipublicæ ex gubernatore pendet. 14.

Fidejussio data damnum, omissa securitatem habet. 15.

Decor mulieri gloriam, labor viro opulentiam parit. 16.

Misericors, suæ salutis studiosus, etiam alienis, immisericors nequidem propinquis benefacit. 17.

Opus impii instabile est, et affert mortem; justi autem stabile est, et ducit ad vitam. 18, 19.

Deus odit duplicitatem, amat sinceritatem. 20.

Impii in se et sociis puniuntur, justi in se et posteris præmiantur. 21.

Pulchritudo impudicæ congruit cum aureo circulo in naso suis. 22.

Desiderium justorum ad bonum, impiorum ad malum fertur. 23.

Liberalis misericordia, Deo benedicente, divitias, rapax avaritia egestatem refert. 24, 25.

Necessitatis tempore frumenta abscondenti maledicit, vendenti bene precatur populus. 26.

Potietur bono, qui bonum studiose quærit; opprimetur a malo, qui malum appetit. 27.

Spes posita in divitiis defluit, in virtute efflorescit. 28.

Prodigus in egestatem, et sub sapientis potestatem redigitur. 29.

Justitia vitam affert, misericordia sapientiam manifestat. 30.

Ex pœna justorum in hac vita collige certitudinem pœnæ impio imminentis. 31.

CAPUT XII.

Qui correctionem humiliter accipit, utiliter sapit; qui superbe respuit, impie desipit. 1, 2.

Stabilitas non ab impietate, sed a probitate habetur. 3.

Mulier bene morata mariti est decus, male morata dedecus. 4.

Justorum cogitationes justæ et æquæ, verba charitatem spirantia ; impiorum autem cogitationes dolis, et verba insidiis plena. 5, 6.
Sors impiorum fluxa, justorum stabilis. 7.
Prudentia laudem, imprudentia contemptum parit. 8.
Præstat ignobilis satur nobili famelico. 9.
Justus curat etiam pecora, injustus autem nec homines. 10.
Industria proventum, otium pauperiem, vini intemperantia infamiam reddunt. 11.
Justus gaudet præsidio, quod injustus frustra cupit. 12.
Intemperantia linguæ periculum, moderatio immunitatem præstat. 13.
Verba et opera habent a Deo retributionem. 14.
Stultus pro arbitrio et ex impetu, sapiens ex consilio et cum moderamine agit. 15, 16.
Testis verax est justus, et sibi constat; mendax autem fraudulenter agit, et improvidus nequitiam prodit. 17, 19.
Temere promittens incurrit, considerate agens declinat molestiam. 18.
Maleficos dolor, pacificos gaudium excipit. 20, 21.
Deus mendacem odio, veracem amori habet. 22.
Prudens celat arcanum, imprudens illud et suam stultitiam prodit. 23.
Strenui donantur quiete, otiosi damnantur ad labores. 24.
Metus animo injectus dejicit, spes facta erigit hominem. 25.
Amico justus, etiam cum suo incommodo, benefacere, impius decerpere studet. 26.
Male parta dilabuntur, juste comparata durant. 27.
Justitia ad vitam, injustitia ad mortem reducit. 28.

CAPUT XIII.

Filius sapiens audit, insipiens ridet paterna monita. 1.
Sermo bonus et circumspectus est utilis, malus et inconsideratus autem noxius. 2, 3.
Pigri voluntas est inefficax, strenui autem efficax obtinet quod cupit. 4.
Justus, aversando fallacias, conservat vitæ ac famæ integritatem ; impius, illas sectando, infamiam et damnum subit. 5, 6.
Pauper se divitem, et dives pauperem simulat, ut ille opum, hic inopiæ specie evadat periculum. 7, 8.

Felicitas justorum augetur et durat, impiorum minuitur et perit. 9.
Superbia jurgiorum, humilitas et prudens sui diffidentia unionis est origo. 10.
Artibus malis parta dilabuntur, bonis parta augentur. 11.
Spes dilata cruciat, impleta recreat animum. 12.
Contemptor legum pœnam, observator præmium; osor sinceritatis malum, amator bonum consequitur. 13.
Legis studium et doctrina vitam, securitatem et gratiam conciliant; neglectus vero perditionem. 14, 15.
Sapiens provide, stultus temere agit. 16.
Nuntius infidelis negotium mittentis perdit, fidelis juvat. 17.
Disciplina neglecta ignominiam, suscepta gloriam parit. 18.
Pii delectantur, impii offenduntur honestis. 19.
Consuetudo cum sapiente vel stulto sapientem vel stultum facit. 20.
Impios pœna, justos præmium sequitur. 21.
Boni suis, mali alienis, etiam justis, colligunt. 22.
Patrimonia ampla dissipat hæredum vecordia. 23.
Parentum in proles indulgentia mollior odii, severitas justa amoris effectum præstat. 24.
Probo semper est satis, improbo nunquam. 25.

CAPUT XIV.

Mulier sapiens promovet, insipiens evertit rem domesticam. 1.
Probus ab improbo despicitur. 2.
Stulti sermonibus superbis mala, sapientes modestis bona sibi accersunt. 3.
Copia non otio, sed labore paratur. 4.
Testis sincerus verum, dolosus falsum loquitur. 5.
Prudentes docentur facile, stulti non item; qui, si ingrata audiunt, non admittunt. 6, 7.
Sapientes, quod congruit, eligunt, insipientes negligunt. 8.
Stultus peccantibus illudit, justus benevole indulget. 9.
Solus sentientis animus novit mœroris sui ac gaudii gradum. 10.
Domus et familiæ impiorum concident, justorum stabunt. 11.
Quæ videntur recta in malum, et læta in luctum deducunt. 12, 13.
Ex operibus suis impius fastidium, justus voluptatem capiet. 14.
Insipiens credule nimis et præfidenter, sapiens caute ac subtimide agit. 15, 16.

Iratus, sive præceps sive cunctator, odio est. 17.
Fructus stultorum stultitia, sapientum sapientia, proborum de improbis victoria. 18, 19.
Amici divitum multi, pauperum rari : horum tamen neglectus est malus; cura autem est arrha beatitudinis, et documentum fiduciæ in Deo repositæ. 20, 21.
Vitiorum sectator excidit, virtutum cultor potitur fructu et præmio. 22.
Actuosi proficiunt, verbosi deficiunt. 23.
Divitiæ sapientibus sunt ornamento, stultis decori. 24.
Testis verax liberat, mendax perdit innocentem. 25.
Timor Domini firmat fiduciam, erigit spem, et tribuit vitam filiis Dei declinantibus a peccato. 26, 27.
Rex ex subditorum frequentia et imperii mansuetudine celebratur, ex illorum paucitate et dominatus ferocia diffamatur. 28, 29.
Corporis etiam sanitatem æquitas animi servat, livor perdit. 30.
Qui opprimit vel sublevat pauperem, Deum lacessit vel honorat. 31.
Mors impiorum desperatione, justorum spe plena est. 32.
Prudens, quod sentit, celat, imprudens passim prodit. 33.
Respublicæ justitia crescunt, injustitia decidunt. 34.
Minister prudens placet, imprudens displicet regi. 35.

CAPUT XV.

Responso molli sedatur, aspero incitatur indignatio arguentis. 1.
Sapiens, pro tempore et loco apta proferendo, prudentiam, fatuus, quælibet intempestive effutiendo, stultitiam manifestat. 2.
Deus ubique observat bonos et malos. 3.
Sermo placidus reficit, immoderatus affligit animum. 4.
Stultus correptionem respuit, prudens ex ea proficit. 5.
Proventus justorum copiosi et stabiles, impiorum autem tenues sunt et evanidi. 5, 6.
Sapientes, quæ sciunt, communicant cum aliis, stulti non item. 7.
Oblationes impiorum respuit, justorum respicit Deus, ob vitam offerentium diversam. 8, 9.
Peccatores, correptionem, quantumvis gravem, respuentes, misere pereunt. 10.
Deo vel abditissima, adeoque magis cogitata nostra, patent. 11.
Irrisor correctorem odit, et hinc sapientem fugit. 12.

Gaudium æque ac cordis mœrorem facies prodit. 13.
Sapiens doctis, stultus fatuis sermonibus delectatur. 14.
Paupertas, licet misera videatur, læta tamen est, quin conjuncta cum virtutibus melior est præ sorte divitum. 15-17.
Iracundus excitat, patiens sopit rixas. 18.
Pigro impedita, sedulo plana sunt omnia. 19.
Filius sapiens lætitiam, stultus despectum parentibus creat. 20.
Gaudium stulti effusum, prudentis moderatum. 21.
Res susceptæ sine consilio male, cum consilio bene succedunt. 22.
Consilium optimum est, quod consulto lætum, consulenti bonum. 23.
Prudens ad cœlum erectus devitat infernum. 24.
Deus familias superborum destruit, humilium erigit; cogitationes malas abominatur, bonas amplectitur. 25, 26.
Avaritia turbas, abstinentia quietem, eleemosyna remissionem peccatorum, timor Dei immunitatem a malo conciliat. 27.
Justus obedit, impius obmurmurat monitis. 28.
Exaudit Deus justos, non impios. 29.
Uti lux oculis, sic fama animo est gratissima. 30.
Qui salutarem correctionem suscipit, vir sapiens est et cordatus; qui despicit, sibi male prospicit. 31, 32.
Timor Dei ad humilitatem, humilitas ad disciplinam, disciplina ad sapientiam, sapientia ad gloriam perducit. 33.

CAPUT XVI.

Homo proponit, Deus disponit. 1, 9.
Quisque probat sua studia, sed Deus sæpe improbat. 2.
Quæ propter Deum fiunt, succedunt bene. 3.
Deus in creatis omnibus, impiis etiam damnandis, gloriam suam intendit. 4.
Arrogans est abominabilis Deo, et, quantumvis adjutus sociis, non impunitus. 5.
Vita bona initiatur justitiæ cultu, qui præ sacrificiis æstimatur a Deo; iniquitas expiatur misericordia ac fide; malum declinatur per timorem Dei; hostis placatur Deo benevolente. 5-7.
Satius est possidere modicum juste, quam multum inique. 8.
Omnia Dei judicia et facta sunt justissima. 10.
Regis justi probique sententia habet auctoritatem oraculi. 10.
Voluntas odit injusta, amat justa dicta et facta. 12, 13.

Affectus commotus terrefacit, placatus et clemens exhilarat subditum. 14, 15.

Sapientia præ auro et argento comparanda. 16.

Justorum semita et cavet malum et servat animam. 17.

Superbia est causa ruinæ; adeoque præstat mitescere cum humilibus, quam insolescere cum superbis. 18, 91.

Negotii cura gerenda est omni solertia; successus exspectandus a solo Deo. 20.

Sapientis character est, sapientiam et corde possidere et ore suaviter proloqui. 21.

Doctrina sapientum est fons vitæ; stultorum autem, scaturigo fatuitatis et mortis. 22.

Sermo sapientis est prudens, conciliat gratiam, inescat animos, reficitque animam et corpus. 23, 24.

In eligenda vitæ ratione, non ad speciosum viæ caput, sed ad verum exitus terminum respicere oportet. 25.

Indigentia acuit industriam. 26.

Impius excogitat strophas, injicit suspiciones, suscitat lites, interrumpit principum concordiam, deludit amicos et perdit. 27-29.

Defixis oculis mordere labia, indicium est machinantis alteri malum. 30.

Senectus, quæ cum justitia conjungitur, est honoranda. 31.

Patiens melior est forti. 32.

Quæ videntur evenire casu, fiunt divino consilio. 33.

CAPUT XVII.

Melius est frustum panis cum pace, quam mensa opipara cum lite. 1.

Servus sapiens liberorum stultorum vitam et hæreditatem moderandam accipit. 2.

Deus corda inspicit, examinat et discernit. 3.

Mali malis et mendaces mendacibus auscultant. 4.

Probrum illatum pauperi redundat in Deum; gaudium de proximi ruina conceptum refert talionem. 5.

Gloria avis ex nepotibus, et filiis ex patre accedit. 6.

Vel homini plebeio, multo magis principi probrosum est fallere et mentiri. 7.

Muneris avidum dator vertet quocumque voluerit. 8.

Offensas dissimulans conciliat, exprobrans dissolvit amicitiam. 9.

Verba prudentem facilius, quam verbera stultum corrigunt. 10.

Rixosus denique a Deo vel homine pœnas feret. 11.

Præstat in ursam furentem quam in stultum sibi confisum incidere. 12.

Ingratus pœnas dabit. 13.

Lites moventur facile, sopiuntur difficile : unde litium principiis obstandum. 15.

Judex tam absolvens impium, quam condemnans justum, abominabilis est Deo. 15.

Sapientia non comparatur divitiis, sed ingenio, quod moderamine et sedulitate juvatur. 16.

Verus amicus constantia, maxime in adversis probatur. 17.

Fidejussor pro amico temerarius stultus est. 18.

Studium præcellentiæ parit discordias, discordiæ pariunt rixas, rixæ agunt rixantes in mutuam ruinam. 19.

Malignus corde carebit bono, malignus ore etiam in malum incidet. 20.

Filius stultus vergit in probrum et mœrorem patris. 21.

Lætitia prodest, tristitia obest etiam corpori. 22.

Litigator improbus causam muneribus pervertere conatur. 23.

E vultu gravi et composito prudentia, ex oculis vagis et mobilibus stultitia promicat. 24.

Prolium stultitia iram parentum et molestiam gignit. 25.

Nec justum lædere nec justi defensorem lacessere fas est. 26.

Verbis parcus et affectibus moderatus est, qui sapientia pollet. 27.

Vel stultus, si tacuerit, existimabitur sapiens. 28.

CAPUT XVIII.

Amicitiæ pertæsus captat occasiones illius dissuendæ, et amici diffamandi. 1.

Stultus nil, nisi quod ipse sapit, rectum putat. 2.

Impius, peccandi consuetudine excæcatus et obduratus, sacra et profana contemnit, sequente hinc eumdem ignominia et opprobrio. 3.

Sapiens profundas sententias proferre solet, et abundanter quidem. 4.

Accipere personam in judicio, cum oppressione innocentis, est pessimum. 5.

Stultus, serendo rixas et jurgia, sibi et animæ exitium accersit. 6, 7.

Susurro blandiloquus altissimum infigit vulnus. 8.

Piger timore, et effeminatus dissolutione perdit sua et dissipat. 8, 9.

Justus confidit in Deo, et tutus est; dives suis divitiis se sat munitum putat. 10, 11.

Superbi humiliantur, et humiles exaltantur. 12.

Qui prins respondet, quam audiat, prodit stultitiam suam et probrum. 13.

Corporis morbum allevat spiritus; hujus autem perturbationem sublevat nihil. 14.

Studiose meditando et sedulo audiendo paratur et obtinetur sapientia. 15.

Munera accessum ad principes faciunt. 16.

Justus primo se, dein amicum emendare studet. 17.

Sors dirimit lites etiam gravissimas. 18.

Domos concordia fratrum, et civitates justitia firmat. 19.

Usus linguæ bonus vel malus effectum bonum vel malum, vitam vel mortem profert. 20, 21.

Uxor bona donum Dei est jucundissimum; quam qui abjicit, et istud rejicit; adultera autem omnino est expellenda. 22.

Paupertas supplicem, opulentia asperum facit. 23.

Amorem fraternum affectio amica superat. 24.

CAPUT XIX.

Pauper simplex præstat diviti doloso, ob veræ prudentiæ in hoc defectum et animi præcipitantiam. 1, 2.

Stultus, non sibi, sed Deo tribuit suos lapsus. 3.

Amici divitis multi, pauperis pauci. 4.

Testi falso et homini mendaci pœna imminet. 5, 6.

Divites honori, pauperes odio et despectui habentur. 6, 7.

Non qui ornatum verborum duntaxat, sed qui utilitatem rerum, docendo vel audiendo, sectatur, solidum fructum consequitur. 8.

Nec stultum tractari mollius, nec servum dominari decet. 10.

Patienter ferre adversa indicium sapientiæ, et dissimulare injurias documentum gloriæ est. 11.

Regis ira terret, benevolentia exhilarat subditos. 12.

Filius degener patri dolorem, et uxor rixosa marito impatientiam creat. 13.

Divitias filius a parentibus hæreditate, uxorem congruam maritus a Deo dono accipit. 14.

Pigritia inertiam, inertia penuriam parit. 15.

Custodia legis servat, neglectio perdit vitam et salutem. 16.
Eleemosyna Deum facit debitorem, sed et largissimum redditorem. 17.
Castiga, servato tamen moderamine, filium, ejusque emendationem spera. 18.
Impatiens, etiam correctus, iterato meretur pœnam. 19.
Suscipe disciplinam juvenis, ut senex sis sapiens. 20.
Consilia hominum incerta et varia, Dei autem certa et stabilia. 21.
Pauper, pro sua conditione beneficus, melior est divite, qui, ne det, mentitur. 22.
Timor Dei tribuit vitam, addit rerum abundantiam, avertit omnem molestiam. 23.
Extrema pigrorum ignavia est malle torpere, quam manducare. 24.
Pestilens et stultus nonnisi plagis et verberibus, sapiens monitione et verbis corrigitur. 25.
Qui non miseretur parentum filius, nec probrum nec pœnam evadet. 26.
Qui doctrinam audire negligit, nec prudentiam acquiret. 27.
Testis illudens judicio, et impius insultans cuilibet fallitur; quia utrumque manet supplicium. 28, 29.

CAPUT XX.

Vinum alit libidinem, accendit iram, et perturbat rationem. 1.
Ira regum, tanquam malorum ferax, declinanda sedulo. 2.
Gloriosum est abjicere, stultum suscipere odiosas contentiones. 3.
Tempore laboris deses tempore messis carebit fructu. 4.
Arcana cordis sapiens et sagax eliciet. 5.
Frequentius præstatur liberale et indebitum, quam necessarium et debitum. 6.
Proborum filii beati. 7.
Rex munus ipse suum obiens, prohibet mala plurima. 8.
Certus nemo est de suo gratiæ statu. 9.
Diversitatem ponderum et mensurarum odit Deus. 10, 23.
Pueritiæ studia præludunt moribus ætatis futuræ. 11.
Deus aurem et oculum, ac rectum utriusque usum dedit homini. 12.
Socordia egestatem, industria affluentiam affert. 13.
Emptor rem emendam vituperat, emptam laudat, sibique gratulatur. 14.

Auro gemmisque pretiosius est os eruditum ac eloquens. 15.
Qui temere fidejussit meretur, ut, pignoris loco, vel vestibus exuatur a creditore. 16.
Quæ sunt in speciem bona experiendo noscuntur mala. 17.
Negotia quælibet ex consilio, bella etiam ex consultationibus sunt perficienda. 18.
A proditore, exploratore, et adulatore cavendum. 19.
Qui maledicit parentibus, sine liberis et sui nominis memoria erit. 20.
Hæreditas contra jus usurpata non proficiet. 21.
Vindicta non sumenda, sed Deo est relinquenda. 22.
Sors nostra a Dei, non hominum providentia pendet. 24.
Præcipitanter vovere, nec vota reddere, utrumque nocet. 25.
Rex sapiens discernit a bonis mala, et pœnis exterminat. 26.
Luci divinæ debet homo, quod intima sua perspiciat. 27.
Misericordia et justitia sunt custodia regum, clementia autem fulcrum throni regii. 28.
Decus juvenum est robur, senum canities. 29.
Pœnis ad intima penetrantibus sanantur mali. 30.

CAPUT XXI.

Deus, quo voluerit, inclinat regum corda. 1.
Homo actionem suam ex opere, Deus ex fine operantis æstimat. 2.
Misericordia et justitia præ sacrificiis placent Deo. 3.
Fastus et timor facem impiis ad omne peccatum præferunt. 4.
Diligentia copiam, pigritia penuriam parit. 5.
Divitiæ, malis artibus aut rapinis congregatæ, perniciem afferunt. 6, 7.
Via fraudulenti distorta, sinceri recta est. 8.
Melius est habitare sub dio aut in deserto, quam intra ædes, in societate uxoris litigiosæ vel iracundæ. 9, 19.
Impius nec amico benevult. 10.
Et ex supplicio mali et ex exemplo boni eruditur simplex. 11.
Justus de salute proximi est sollicitus. 12.
Pauperem non audiens, nec ipse exaudietur a Deo. 13.
Munus occulte datum placat iratos. 14.
Gaudium operantes bene, pavor male agentes sequitur. 15.
Qui aberrant a fide vera, pereunt cum theomachis. 16.
Luxum mensarum sequitur inopia. 17.
Impius subin piaculum fit pii. 18.

Quod sapiens congregat, dissipat insipiens. 20.
Qui sectatur justitiam et misericordiam, consequetur vitam et gloriam. 21.
Plus potest sapientia quam robur. 22.
Custos linguæ arcet plurima damna et noxas. 23.
Ira et superbia inimicæ sunt consilio. 24.
Piger ardenter desiderando, nil tamen agendo, et hinc votis carendo, affligitur; justus operando abundat. 25, 26.
Munera impiorum displicent Deo, ob indignitatem personæ, vitium rei, et perversitatem intentionis. 27.
Testis mendax peribit, auritus et verax vincet ac vivet. 28.
Admonitus de errore aut lapsu improbus pergit obstinatus; probus corrigit defectum emendatus. 29.
Nec contra Deum, nec sine Deo succedit quidpiam. 30, 31.

CAPUT XXII.

Fama et æstimatio bona præstat divitiis. 1.
Pauper et dives dispares sunt conditione, pares creatione. 2.
Prudens cavet, imprudens incurrit periculum. 3.
Modestia ad Dei timorem, et cum hoc ad divitias, gloriam ac vitam ducit. 4.
Via impiorum plena periculis et malis, atque hinc a salutis suæ studioso sollicite declinanda. 5.
Parœmia est, senem non omittere, cui juvenis assueverat. 6.
Pauper diviti, et debitor creditori obnoxius est. 7.
Qui seminat culpam, metet pœnam, et triturabitur malis. 8.
Misericors a Deo benedictionem, munificus ab hominibus honorem et gratiam refert. 9.
Ejecto turbarum motore, cessant lites et contumeliæ. 10.
Integritas animi et sinceritas linguæ meretur regis gratiam. 11.
Deus consilia piorum promovet, impiorum subvertit. 12.
Piger, ut laborem evitet, vana pericula prætexit. 13.
Derelictus a Deo blandimentis meretricis misere perit. 14.
Moderata castigatio defectus puerorum emendat. 15.
Pauperum expilator expilabitur ipse. 16.
* *Parenthesi hic adjecta*, Salomon

1°. Monet, attendendum sapientum verbis, et doctrinæ suæ tanquam jucundæ, utili et salutari: 17-19.

2°. Notat, hanc doctrinam numeris omnibus esse absolutam, ad propriam et aliorum eruditionem. 20, 21.

Nec vi nec specie juris opprimendus est pauper; quia Deus hunc defendet, oppressorem damnabit. 22, 23.

Amicitia et societas cum pronis ad iram vitanda, ne noceat exemplum, et inficiat scandalum. 24, 25.

Cavendum a sponsionibus, ob periculum perdendæ etiam supellectilis. 26, 27.

Limites possessionum plus justo non extendantur. 28.

Industrii et strenui præficiuntur officiis publicis. 29.

CAPUT XXIII.

Convivam principis oportet esse circumspectum, sobrium, sui compotem, et abstemium noxiorum. 1-3.

Ponendus modus in acquirendis opibus, utpote inconstantibus et fugacibus. 4, 5.

Malignorum convivia vitanda, tanquam fallacia, malevola et noxia. 6-8.

Stulto et doctrinam respuenti nihil loquendum. 9.

Orphanorum læsori Deus, tutor eorum et vindex, timendus. 10, 11.

Animus cum auditu applicandus est doctrinæ. 12.

Disciplina et correctio pueris adeo non nocet, ut potius prosit plurimum. 13, 14.

Sapiens filius aut discipulus gaudium est patris aut magistri. 15, 16.

Præmium fugientis malum et timentis Deum est certissimum et perpetuum. 17, 18.

Juvenum est audire et sequi doctrinam sapientum. 19.

Abstinendum est a symposiis potatorum et epulonum, ob sanitatis et rei familiaris damnum hinc futurum. 20, 21.

Parentes audiendi et honorandi. 22.

Veritas et sapientia comparanda et conservanda. 23.

Filius justus et sapiens gaudio est utrique parenti. 24, 25.

Juveni commendatur et meditatio et observatio datæ doctrinæ, ad declinandas meretricis ac adulteræ artes nequissimas et exitiales. 26-28.

Compotationes filiorum occasiones sunt jurgiorum, rixarum, lapsuum et vulnerum, parentibus dolorem afferentium. 29, 30.

Vinum oculis gratum, et gustui blandum, sed immoderate haustum pestilens est corpori et animæ. 31, 32.

Ex ebrietate libertas oculorum, perversitas cordis, naufragium rationis, et indolentia animi oritur. 33-35.

CAPUT XXIV.

Non, more improborum, rapina et fraudibus, sed industria, probitate et prudentia instituitur, firmatur, et locupletatur familia. 1-4.

Fortitudo vera prudentiæ, et belli successus consilio prudentum innititur. 5, 6.

Sapientia stulto videtur inaccessa; hinc nec portis ejus appropinquare audet. 7.

Improbus et machinatur malum, et tendit ad peccatum, et ridet bene monentes. 8, 9.

Non est fortis, qui res adversas æquo non fert animo. 10.

Succurrere periclitantibus est præceptum; a quo prætensa impotentia non excusat coram Deo, rerum cognitore et judice. 11, 12.

Sapientia in præsens gustum dulcissimum, in futurum spem certam præbet. 13, 14.

Justus venialiter, sæpius etiam, peccans non turbetur, utpote per præsentem adhuc gratiam facile resurrecturus; impius autem in grave peccatum lapsus similem resurrectionis spem ac subsidium non habet. 15, 16.

Cohibendum de inimici malo gaudium, alias talione puniendum. 17, 18.

Impiorum sorti, quæ desperata posthac et infamis erit, invideat nemo. 19, 20.

Deo, tum et regi obediendum; commercium cum refractariis rumpendum, ob pœnam hos horumque socios repente oppressuram. 21, 22.

Ad judices pertinet, ne sint personarum acceptores. 23.

Absolvens impium maledictionem, damnans, a populo et Deo benedictionem refert. 24, 25.

Responsum rectum habet se ad instar osculi amici. 26.

Necessaria prius, dein commoda sunt curanda. 27.

Nec temere dicendum, nec dolose eliciendum est testimonium contra proximum. 28.

Ultio et talionis pœna non a quolibet irroganda. 29.

Ex pigritiæ damnis et noxis inspectis discitur labor et industria. 30-32.

Socordiam celeris ac inevitabilis sequitur egestas. 33, 34.

PARS III.

ANALECTA SALOMONIS.

§ I. CONGESTA A FAMILIARIBUS EZECHIÆ.

CAPUT XXV.

Pertinet ad gloriam Dei nesciri, ad regum autem sciri rationes decretorum. 2.

Ut cœli altitudinem, et terræ profunditatem, sic regum consilia pervestigare difficile est. 3.

Abstersa rubigine candor argenti, et remotis pravis consiliariis justitia regis emicabit. 4, 5.

Præ jactantia et fastuoso ambitu, modesta demissio via est ad honorem. 6, 7.

Cum amico nec lis præcipitanda, nec suscipienda cum secreti violatione, nec divulganda ad exteros; ne fiat amici reconciliatio impossibilis, exterorum exprobratio insolentior, favoris ac benevolentiæ dissipatio illiberalior. 8-10.

Sermo bonus, opportune prolatus, similis est pomis aureis in vase argenteo; correptio, sapienti et morigerò data, similis est inauri auro, et monili margaritis fulgenti. 11, 12.

Sicut frigus calorem æstivum, sic nuntius redux exspectationem mittentis temperat et recreat. 13.

Nimbosus turbo sine pluvia symbolum est promittentis multum, præstantis nihil. 14.

Patienti obsequio et molli sermone mitigatur etiam durissimus. 15.

In rerum quoque optimarum et amicitiæ usu adhibendus est modus, cavendus excessus. 16, 17.

Testis falsus est perniciosissimus, amicus infidelis est inutilissimus, consolator importunus est aut noxius aut inefficax. 18-20.

Beneficentia erga inimicos conciliat et horum amorem, et Dei retributionem. 21, 22.

Ad detractiones impediendas sufficit fastidiens auditoris vultus. 23.

Melior est solitudo, quam societas uxoris litigiosæ. 24.

Nuntii exspectati adventus est gratissimus. 25.

Justi lapsus scandalo est impiis. 26.

Sicut usus mellis nimius, sic curiosior mysteriorum divinorum investigatio nocet. 27.

Urbs sine muro, et os sine fræno patet periculis. 28.

CAPUT XXVI.

Nec æstati nix, nec pluvia messi, nec gloria stulto congruit. 1.

Sicut avis aera secans, sic convitium innocenti datum sine noxa transit. 2.

Flagellum equo, capistrum asino, et virga impudenti debentur. 3.

Non contumeliose quidem, sed pro merito tamen, respondendum est stulto. 4, 5.

Stultus tum ad gerendum negotium, tum ad docendam prudentiam, tum ad tuendam stationem honorificam ineptus est. 6-9.

Sententia pronuntiata litibus, et silentium stulto impositum rixis finem facit. 10.

Ut canis ad vomitum, sic stultus ad stultitiam redit. 11.

Qui sibi sapit, stulto pejor est. 12.

Piger a labore abhorrens, iners somni amator, et vel cibis ori admovendis lassari solitus, putat nihilominus se sapientissimum. 13-16.

Canem manu tenens non sine morsu, et jurgiis se miscens non sine noxa abit. 17.

Nocentior est hostis occultus, quam apertus. 18, 19.

Susurro dissidia, iracundus rixas, et assentator aversiones animorum excitat. 20-22.

Animus falsus et inimicus aliquantum verbis tegitur, sed tandem etiam publice proditur. 23-26.

Insidiæ et violentiæ sæpius auctorem opprimunt. 27.

Adulator et veritatem odit, et auscultatorem in lapsum impellit. 28.

CAPUT XXVII.

De futuris, tanquam incertis, nihil temere sibi promittendum. 1.

Laus, non propria, sed data ab aliis, proba est. 2.

Ira stulti est intolerabilis, crudelis, furibunda, ac sine limitibus. 3, 4.

Præstat, severior etiam, amici correptio, præ amore inimici simulato et osculo infideli. 5, 6.

Saturitas fastidit, et fames appetit cibum quemlibet. 7.

Mutare stationem sine causa signum est levitatis. 8.
Amici consilium simile aromatibus. 9.
Amicus jam patri, et vicinus tibi probatus non est dimittendus; quin et fratri, præsertim dissito, præferendus. 10.
Filius sapientiæ studiosus patrem lætitia et honore afficit. 11.
Prudens declinat, imprudens incurrit malum. 12.
Sponsor datam fidem, amissione etiam propriorum, præstare tenetur. 13.
Laudator importunus, vituperatoris in modum, molestus est. 14.
Uxor rixosa nec sustineri nec cohiberi potest. 15, 16.
Ingenium ex familiari consuetudine acuitur. 17.
Ficus servata fructum, et dominus obsequio cultus præmium reddit. 18.
Prudens propensiones hominum, quibuscum agit, ita perspicit, ac si in speculo videret. 19.
Ut mors et sepulcrum, sic hominum cupiditas satiatur nunquam. 20.
Metallum igne, et laude probatur cor; quod in impiis ad malum, in justis ad bonum propendet. 21.
Stulti et obdurati sunt indociles. 22.
Commendatur œconomia pecuaria et pastoritia; tum quia divitiæ et honores sunt instabiles, tum quia de illius et facilitate, et utilitate, et sufficientia constat. 23-27.

CAPUT XXVIII.

Impius semper pavidus, justus impavidus. 1.
Insipientia et peccata mutant et abolent, sapientia autem et justitia firmant et prolongant imperia. 2.
Pauper opprimens pauperem similis est imbri, segetem inundatione perdenti. 3.
Legum violatores assentantur, observatores indignantur impio. 4.
Improbi contemnunt, probi verentur judicia Dei. 5.
Præstantior est pauper recte, quam dives perverse vivens. 6.
Moderatus et temperans sapit, comessator et helluo desipit, et patri est dedecori. 7.
Opes usurarii avari transferuntur a Deo ad liberalem erga pauperes. 8.
Qui non audit legem, nec auditur a Deo. 9.

Quam paravit recto foveam dolosus, in eam incidet ipse; rectus autem ejusdem stationem adibit. 10.
Dives speciem et pompam, pauper rem et substantiam sapientiæ habet. 11.
Regimen justorum gloria, impiorum autem ruina reipublicæ sequitur. 12.
Qui scelera sua tegendo retinet, infelix; qui confessus deserit, felix est, accepta venia. 13.
Prudens timor felicem, obstinata protervia infelicem reddit. 14.
Princeps impius et avarus, ad instar leonis ac ursi, nec parcit ulli nec diu durat; alienus autem ab avaritia longævus erit. 15, 16.
Homicidam aversantur et persequuntur omnes. 17.
Integer et rectus evadet, simulator et duplex tandem incurret ruinam. 18.
Industrius satiabitur, otiosus carebit pane. 19.
Negotiator probus laudatur, fraudator culpatur. 20.
Acceptor personarum in judicio indignus est veritatis nundinator. 21.
Avarus lucrum aliis invidens, redigitur ad incitas. 22.
Reprehensor præ adulatore habebit gratiam ab emendato. 23.
Fur bonorum patris est socius homicidæ. 24.
Jactator sui et cupidus alieni turbatur litibus, humilis confisus Deo gaudet pace et salute. 25.
Præfidens et audax impingit, providus et cautus sine offensione transit. 26.
In pauperes misericors abundabit, immisericors egebit. 27.
Impiis dominantibus disparent; his extinctis, multiplicati apparent justi. 28.

CAPUT XXIX.

Corripientem spernens peribit repente et sine medela. 1.
Sub imperio justorum plaudet, sub impiorum gemet populus. 2.
Filius prudenter frugalis parentibus lætitiam, luxuriose prodigus, hæreditatem dissipando, tristitiam affert. 3.
Princeps justitiam rite administrans stabilit, muneribus vendens destruit rempublicam. 4.
Structis amico insidiis auctor capitur ipse, ille elabitur gaudens. 5, 6.
Justus curat, injustus negligit causas pauperum. 7.

Scelesti turbant, sapientes componunt pacem civitatis. 8.

Sapiens, in contentionem cum stulto ingressus, seu dure seu blande egerit, non habebit pacem. 9.

Iniqui tollere, justi servare aut vindicare vitam innocentis student. 10.

Stultus agitur impetu, sapiens hunc mora temperat. 11.

Principi, qui delectatur mendaciis, ministri imponent pessima. 12.

Pauperis et divitis inspector est Deus. 13.

Princeps, pauperes pro æquitate protegens, stabilit suum imperium. 14.

Puer, severa disciplina institutus, sibi sapientiam et patri gaudium comparat; suæ autem voluntati relictus, matri confusionem parit. 15, 17.

Multiplicatis impiis multiplicantur scelera; sequente tamen illos pœna, erigentur justi. 16.

Deficiente doctrina sacra dissolutus, vigente compositus et felix erit populus. 18.

Servus, molliter habitus et verbis duntaxat correptus, facile jussa contemnit et fit contumax. 19, 21.

Hominem in agendo temere præcipitem emendare difficilius est, quam rerum prorsus ignarum docere. 20.

Proclivis ad iram facilis est ad rixas et alia peccata. 22.

Superbum despectus, humilem æstimatio sequitur. 23.

Particeps furti et se perdit, et vocatus in quæstionem tum judicem fallit, tum reum celat. 24.

Timor humanus dejicit, spes divina erigit. 25.

Sors omnium, quam multi ab hominibus quærunt, dependet a Deo. 26.

Justi impios, et impii justos aversantur. 27.

Observator hactenus dictorum erit animæ et corporis exitio liber. 28.

§ II. EDITA SUB ALIENO NOMINE,

1° *Sub nomine Auguris, filii Jake, alloquentis Ithielem et Uchalem,* Cap. XXX, v. 1.

I. Salomon confitetur

1°. Suam ignorantiam scientiarum, tum studio acquisitarum, tum sanctis infusarum; 2, 3.

2°. Magnitudinem tum operum creatorum, tum naturæ divinæ, humanam cognitionem superantium; 4.

3°. Vim et efficaciam verbi divini, ad custodiendam integritatem. 5, 6.

II. Exponit suum studium, 7.

1°. Tum pro se, petendo a Deo mediocritatem, immunem tam ab opulentia, ad vanitatem inducente, quam a paupertate, ad mendacia impellente; additis pro utraque petitione rationibus. 8, 9.

2°. Tum pro proximo, commendando dominis mansuetudinem erga servos. 10.

III. Proponit ænigmata de quatuor generibus

1°. Improborum; scilicet impiorum contra parentes et fratres, hypocritarum, superborum, et calumniatorum credulium; 11-14, 17.

2°. Vitiorum capitalium, et pro hirudinum more insatiabilium; scilicet iræ, luxuriæ, avaritiæ et ambitionis; 15, 16.

3°. Motuum celeriter ac sine relicto vestigio transeuntium; scilicet aquilæ per aera volantis, colubri supra petram serpentis, navis mare secantis, viri in adolescentia evagantis, et adulteræ scelus dissimulantis; 18-20.

4°. Turbantium omnem ordinem, et hinc intolerabilium; scilicet servi dominantis, stulti saturati, uxoris exosæ, et ancillæ in heræ stationem evectæ; 21-23.

5°. Animalculorum minimorum quidem, sed prudentissimorum; scilicet formicarum cibum in messe colligentium, lepusculorum cubile in petra locantium, locustarum phalanges formantium, stellionum in principum aulis morantium; 24-28.

6°. Virtutum illustrium symbolice descriptarum; scilicet fortitudinis in leone, vigilantiæ in gallo gallinaceo, curæ pro familia in ariete, magnanimitatis in rege. 29-31.

IV. Hortatur, ne quis minus aptus affectet magistratum; suscepto autem magistratu, ne rigidus nimium sit exactor vectigalium. 32, 33.

II°. *Sub nomine Lamuelis, instituti a matre.* Cap. XXXI, v. 1.

I. Mater, exorsa a suo in Lamuelem amore præcipuo, 2.

1°. Dissuadet sumptuosa nimium tum commercia cum mulieribus, tum dissidia cum vicinis; 3.

2°. Suadet sobrietatem, et pro recta administratione justitiæ; 4, 5.

3°. Commendat beneficam largitatem afflictis exhibendam; 6, 7.

4°. Monet, patrocinium æque ac jus pauperibus tribuendum. 8, 9.

II. Eadem, transgressa ad delectum uxoris quondam a Lamuele faciendum,

1°. Fatetur, raram ac pretiosam rem esse uxorem bonam; 10.

2°. Recenset tum officia uxoris hujusmodi, tum exercitia: sunt autem hæc

1. Amor correspondens maritali confidentiæ; 11, 12.
2. Cura rei domesticæ, familiaris et agrariæ, cum incremento patrimonii; 13-19.

3. Munificentia in pauperes, vestitus famulitio duplicatus, et apparatus pro utroque conjuge sine profusione magnificus; 20-24.
4. Animus virilis, cura decoris, rectitudo conscientiæ, sapientia et clementia sermonis, inspectio sollicita domus, et constans solertia. 25-27.

3°. Prædicit, dandas eidem a filiis et marito laudes, 28.
1. Ob auctas immensum divitias; 29.
2. Ob timorem domini ab eadem gratiæ et pulchritudini prælatum; 30.
3. Ob fructum labori redditum, et publico etiam judicio comprobatum. 31.

ECCLESIASTES.

DEMONSTRATIO VANITATIS RERUM HUMANARUM.

PROPOSITIO SALOMONIS,

VANITATEM RERUM OMNIUM ASSERENS, *Cap.* I, *v.* 1, 2.

I°. *Probatur universim*

I. Ex vicissitudine

1°. Hominum morientium et nascentium; 3, 4.

2°. Diei et noctis; 5, 6.

3°. Fluminum ingredientium et relinquentium mare. 7.

II. Ex insufficientia tum hominum ad res cognoscendas, tum rerum ad sensus satiandos. 8.

III. Ex inventione artium, nonnisi jam obsoleta revocantium. 9, 10.

IV. Ex futura priorum et sequentium oblivione. 11.

II°. *Probatur speciatim*

I. Ex notitia Salomonis experimentali, 12.

1°. De studio historiæ naturalis et politicæ, vano, molesto et inutili; 13-15.

2°. De studio philosophiæ moralis, laboribus et tædiis pleno; 16-18.

3°. De fruitione deliciarum deceptrice; *cap.* II, *v.* 1, 2.

4°. De moderatione quidem sumptuum in victu, sed, profusione in ædificia, vineas, hortos, piscinas, famulitia, greges, ærarium, musicam et supellectilem, vana rursus et, ob rerum instabilitatem, affligente. 3-11.

II. Ex ejusdem relatione,

1°. De facta a se stulti et sapientis comparatione, agnita hujus præ illo præstantia, et notato utriusque æquali tamen fato; 12-16.

2°. De concepto hinc fastidio, et omissa dein laborandi industria, ob hæredis olim futuri conditionem ignotam; 17-21.

3°. De percepto hujusmodi laboris fructu nullo, præter dolores animi et ærumnas; 22, 23.

4°. De facto proposito fruendi moderate bonis a Deo datis potius, quam congregandi bona, cessura olim hæredibus Deo exosis. 24-26.

III°. *Confirmatur universim*

I. Ex variatione rerum omnium, instabilitati temporis subjectarum; *cap.* III, *v.* 1. ut patet ex alternationibus

1°. In ortu et interitu hominum ac plantarum; 2, 3.

2°. In affectibus naturalibus; 4, 5.

3°. In curis œconomicis; 6, 7.

4°. In negotiis politicis. 7, 8.

II. Ex mutatione judiciorum Salomonis,

1°. Jam vanitatem, molestiam et vexationem in omnibus sentientis; 9, 10.

2°. Jam omnia rite ordinata, et ad hominum inquisitionem acuendam instituta agnoscentis; 11.

3°. Jam fruitionem eorumdem moderatam, et cum gratitudine erga Deum conjunctam, omnino bonam inferentis; 12, 13.

4°. Jam opera Dei perfecta, et secundum speciem perpetua prædicantis. 14, 15.

III. Ex observatione

1°. Judicum iniquorum justos opprimentium, sed a Deo olim judicandorum; 16, 17.

2°. Philosophorum homines cum bestiis, secundum vitam, mortem et mortalem animam, æquantium, et hinc epicuræorum; 18-22.

3°. Improborum innocentes calumniantium, et innocentium hinc præ mortuis aut nunquam natis infeliciorum; *cap.* IV, *v.* 1-3.

4°. Industriorum malignam aliorum invidiam concitantium, et otiosorum ex inertia sibi quietem spondentium, sed ex penuria deficientium; 4-6.

5°. Avarorum ex sordida parsimonia, incertis ignotisque hæredibus demum profutura, tabescentium. 7, 8.

IV. Ex comparatione

1°. Vitæ solitariæ cum sociali, cujus postremæ commoda recensentur; 9-12.

2°. Juvenis pauperis sed sapientis cum rege sene sed stulto; servi item ad dignitatem evecti cum nobili ad incitas redacto; 13, 14.

3°. Regis jam senio deficientis cum filio regis, spem optimam faciente, sed posthac fallente. 15, 16.

* Intercalantur observanda circa Dei cultum:

1. Deus est colendus reverentia in templo et observantia legis potius, quam externis ceremoniis; 17.

2. De operibus ac judiciis Dei nil temere aut præpropere, sed caute loquendum; *cap.* V, *v.* 1, 2.

3. Vota Deo facta fideliter præstanda, vel ante non facienda; 3, 4.

4. Veneranda Dei providentia, superstitiosæ autem observantiæ spernendæ; 5, 6.

5. Permittenda judicibus ac Deo reparatio violatæ justitiæ ac ultio. 7, 8.

IV°. *Confirmatur speciatim* de avaritia,

I. Propter malignitatem divitiarum; utpote quæ

1°. Per sese nihil præstant ad vitam præter oblectationem oculorum; 9, 10.
2°. Turbant animi quietem et somnum aliis concessum; 11.
3°. Cruciant possessorem, sine fructu hæredum; 12, 13.
4°. Deserunt eumdem sub mortem, et molestiis affligunt in vita. 14-16.
* Corollarium hinc fit de moderato usu et læta fruitione donorum a Deo datorum. 17-19.

II. Propter sortem præposteram avarorum; utpote qui
1°. In rerum omnium abundantia non fruuntur iisdem, et, post vitam longissimam, a numerosissima familia abjiciuntur insepulti; *cap.* VI, *v.* 1-3.
2°. Abortivo, ob nullam sui memoriam relictam, sunt similes, quin et deteriores; 4, 5.
3°. Carent in vita, etiam in immensum protracta, bonis; et cruciantur in futura malis. 6, 7.
* Colligitur hinc,
1. Divitem non esse feliciorem paupere; 8.
2. Contentum paucis, beatiorem esse appetente plura, obtentu incerta; 9.
3. Conditionem hæredum futuram, non ab homine, sed a Deo dependere; 10.
4. Disputare verbosius, esse vanum; scrutari autem altiora vel olim eventura, nec proficuum nec promptum esse; *cap.* VII, *v.* 1.

V°. *Amplificatur universim*

I. Per collationem
1°. Famæ, unguentis pretiosissimis præponendæ; 2.
2°. Luctus, tristitiæ et correptionis, præferendæ conviviis, risibus et adulationibus; 3-7.
3°. Mortis præ vita optandæ. 8, 9.

II. Per commendationem sapientiæ,
1°. Compescentis præproperos iracundiæ motus, et querelas de incommodis præsentibus; 10, 11.
2°. Præcellentis divitiis utilitate; 12, 13.
3°. Acquiescentis operationibus Dei, provide omnia ordinantis; 14, 15.
4°. Caventis excessum in re qualibet, virtutem tamen et divinum cultum non negligentis; 16-19.
5°. Roborantis infirmitatem humanam; 20, 21.
6°. Prohibentis curiosam inquisitionem in dicta vel facta aliena. 22, 23.

III. Per observationem
1°. Proprio Salomonis usu tentatam, et male compertam; 24, 25.
2°. Inspectione in alios instituta amplificatam, 26; qua comperit,
1. Rem pessimam et maxime fugiendam esse mulierem; 27.
2. Virum bonum ægre unum, mulierem bonam nullam inveniri; 28, 29.
3. Hominem a Deo creatum rectum; eum vero curiosis rerum inquisitionibus se ipsum pervertisse; 30.

4. Harum solutionem soli sapienti a Deo illuminato esse relictam. *Cap.* VIII, *v.* 1.

VI°. *Amplificatur specialim*

I. Ex diversitate hominum regnantium : eorum siquidem

1°. Quilibet exigit a subditis obedientiam et homagium, fidelitatem et ad imperia submissionem ; 2-4.

2°. Idem iisdem hæc exequentibus præstat tutelam, pro temporis opportunitate, pro rerum cognitione, pro virium humanarum potentia ; 5-8.

3°. Multi impii, dum viverent, a Deo sententiam differente patienter, non tamen diu tolerati ; dum morerentur, neglecti et oblivione sepulti ; 9-13.

4°. Alii justi, more injustorum, malis afflicti ; alii injusti, more justorum, bene habiti. 14.

* Inde, per modum corollarii, præfertur vita moderata, fruens suis opibus, libera a curis anxiis, et abstinens a curiositate scrutandi omnium causas et eventus. 15-17.

II. Ex inscrutabili judiciorum divinorum ratione,

1°. Propter ignorantiam, an homo sit dignus amore Dei vel odio ; *cap.* IX, *v.* 1, 2.

2°. Propter eventus justis et injustis communes ; 2, 3.

3°. Propter dubium de vita et præmio post mortem superstite, in hominum animis oriundum ; 4-6.

4°. Propter deductum ex eo ab epicuræis consilium indulgendi gulæ, luxui, veneri et libertati. 7-10.

III. Ex incertitudine successuum,

1°. Non ab hominum facultate et industria, sed velut a casu et tempore dependentium ; 11, 12.

2°. Non ex viribus et copiis potentissimis, sed ex pauperis sapientia, quantumvis contempta et neglecta, evenientium ; 13-16.

3°. Non ex præsentia plurimorum etiam utilium, sed ex defectu vel unius subin sequentium. 17, 18.

VII° *Illustratur documentis*

I. Circa fugam vitiorum :

1°. De cavendis defectibus etiam minimis, gloriam sapientiæ minuentibus, animi sinistram inclinationem, quin et stultitiam prodentibus ; *cap.* X, *v.* 1-3.

2°. De retinenda modestia et submissione erga iratos potentiores, etsi stultos et e servili conditione evectos ; 4-7.

3°. De malis in machinantes aliis mala relabentibus, et quidem acrioribus ; 8-10.

4°. De detractoribus aliis sibique nocentibus ; 11, 12.

5°. De loquacitate stultorum inepta, inconcinna, et contentiosa, de rebus vulgaribus notisque ; 13-15.

6°. De sorte civitatum pendula a principum imprudentia, et intemperantia, aut virtutibus oppositis ; 16, 17.

7°. De pigritiæ damnis, usu autem panis, vini et pecuniæ; 18, 19.
8°. De dicteriis contra principem, quantumlibet secretis, facile tamen vulgandis. 20.

II. Circa exercitium virtutum:

1°. De beneficentia pauperibus, indiscriminatim omnibus, large etiam et constanter, ex certa mercedis ac reciproci spe, cum utili mortis memoria et difficultatum victoria, exhibenda, ænigmatice proposita; *cap.* XI, *v.* 1-6.
2°. De memoria mortis ac secuturi judicii, etiam in adolescentiæ vigore et voluptatum illicio, excitanda et retinenda; 7-9.
3°. De perturbationibus animi et voluptatibus corporis superandis et profligandis; 10.
4°. De studio pietatis jam a prima juventute colendo, *cap.* XII, *v.* 1.
1. Nec differendo ad senectutem, cujus incommoda ænigmatice describuntur; 2-5.
2. Multo minus usque ad vitæ finem, simili modo descriptum. 6, 7.

PERORATIO SALOMONIS

I°. *Repetens primum de rerum omnium vanitate assertum.* 8.

II°. *Probans fidem hactenus dictis tribuendam,*

I. Ob donum sapientiæ sibi a Deo communicatum; 9.
II. Ob laborem in sapientiæ studium a se impensum tum experimento proprio, tum documento alieno. 9-11.

III°. *Monens, ut lector huic doctrinæ acquiescat potius, quam vanitati explorandæ se dedat.* 12.

IV°. *Addens pro coronide dogma duplex:*

I. Alterum de Deo timendo et mandatis ejus observandis, utpote in quo felicitas hominis in hac vita sita sit; 13.
II. Alterum de judicio in actiones humanas omnes, tam bonas quam malas etiam occultas, per Deum instituendo. 14.

CANTICUM CANTICORUM.

EPITHALAMIUM DRAMATICUM

CONJUNCTIONIS CHRISTI CUM ECCLESIA AUT ANIMA PERFECTIORE,

SUB FIGURA NUPTIARUM

SPONSI PASTORIS CUM SPONSA,

INTERVENIENTIBUS UTRIUSQUE COMITUM CHORIS, PER SEPTEM DIES CELEBRATARUM.

I°. *Dies nuptiarum prima.*

I. Sub meridiem,

1°. Sponsa

1. Aspirat ad amplexum et possessionem sponsi, atque ad suavitatem sibi et lætitiam hinc obventuram; *cap.* I, *v.* 1-3.

2. Fatetur quidem indignitatem suam, ex justitia vindice, odio alieno et negligentia propria profectam, dotibus tamen gratiæ non destitutam; 4, 5.

3. Ne a pascuo sponsi aberret, postulat ab eodem ipsa deduci. 6.

2°. Sponsus

1. Instruit sponsam de recta ad se via, et declinando devio; 7.

2. Testificatur suam erga eamdem animi propensionem, tum laude virtutum in ea repertarum, tum additione promissionum. 8-10.

II. Sub cœnam,

1°. Sponsa indicat et tenerrimum suæ lætitiæ sensum, et solatium uberrimum ex præsentia sponsi; 11-13.

2°. Sponsus prædicat elegantiam sponsæ ac simplicitatem. 14.

III. Sub aditum ad conclave,

1°. Sponsa extollit et decorem sponsi, et apparatum ab eo factum; 15, 16.

2°. Sponsus declarat suam et erga omnes facilitatem, et de sponsa æstimationem. *Cap.* II, *v.* 1, 2.

IV. Sub noctis quietem, sponsa

1°. Agnoscit sponsi præstantiam, votorum suorum metam, et gratiarum communicatarum abundantiam; 3, 4.

2°. Præsentiens animi ex amore deliquium, inclamat comitum lene auxilium; 5.

3°. Experitur a sponso fulcimentum, et auguratur subsidium in futurum. 6.

II°. *Dies secunda.*

I. Sub solem jam ortum,

1°. Sponsus prohibet, ne sponsæ comites illam in contemplationis quiete turbent. 7.

2°. Sponsa, vocem sponsi approperantis audiens, eum sub velo latentem, attentum sibi ac benevolum agnoscit. 8-10.

3°. Sponsus invitat sponsam ad egressum,

1. Commemorata temporis jam mitioris opportunitate; 11, 12.
2. Proposita viæ ac commorationis jucunditate; 12, 13.
3. Assignata simul tuta, et ad sponsæ oblectationem commoda statione. 14.

II. Sub reliquam lucem, sponsa

1°. Occupatur, cum advocatis comitibus, in capiendis vulpeculis seu fraudibus noxiis depellendis; 15.

2°. Testatur tum constantiam sui erga sponsum amoris, tum desiderium accelerandi ab eodem reditus. 16, 17.

III. Sub noctem, eadem

1°. Angitur ob sponsi non reversi absentiam; *cap.* III, *v.* 1.

2°. Rupta quiete, sponsum inquirit, sed frustrato primum eventu; 2, 3.

3°. Paulo tamen post invenit sponsum, atque ad matrem suam deducit. 4.

III°. *Dies tertia.*

I. Sub auroram, sponsus discedens monet, ne quies sponsæ turbetur. 5.

II. Sub diem jam cœptum,

1°. Comites sponsi admirantes celebrant sponsam, relicta quiete, vestigiis sponsi insistentem. 6.

2°. Comites sponsæ, palatium sponsi ingressæ, stupent ad potentiam, majestatem et abundantiam ejusdem regiam. 7-10.

3°. Utrique invitant alios ad spectaculum hoc, solemnitati nuptiali apparatum, admirandum. 11.

III. Sub diei progressum et sponsæ appulsum, sponsus

1°. Effunditur in sponsæ laudes, in eaque pulchritudinem oculorum, capillorum, dentium, labiorum, genarum, colli et pectoris describit, symbolicis hyperbolis. *Cap.* IV, *v.* 1-5.

2°. His laudibus interserit declarationem propositi sui de secessu in montem faciendo, et invitationem sponsæ ad sequendum, relicta statione periculis plena. 6-8.

3°. Redit ad celebrandas et amplificandas easdem aliasque sponsæ dotes. 9-15.

4°. Præcipit tempestati, adversæ quidem, ut cedat, benignæ autem, ut faveat adventui sponsæ. 16.

IV. Sub cœnam, sponsa et sponsus se mutuo invitant, evocantque amicos ad mensam. *Cap.* v, *v.* 1.

V. Sub noctem, sponsa

1°. Jam quiescens sponso accessum postulanti, prætextu difficultatis incommodæ, renuit; 2, 3.

2°. Ad acriorem sponsi postulationem tandem surgit, territa et pœnitens; 4, 5.

3°. Sed sponsum interea digressum advertit dolens, dumque frustra inclamasset, et egressa in plateam quæreret, a custodibus nocturnis vulnerata et spoliata male habetur. 6, 7.

IV°. *Dies quarta.*

I. Sub diluculum,

1°. Sponsa, filias Hierosolymæ conveniens, rogat notitiam de sponso; 8.

2°. Rogatæ interrogant, quid demum singulare habeat sponsus, quod tanti faciat sponsa; 9.

3°. Respondet sponsa descriptione sponsi allegorica, per celebrationem coloris ac omnium fere membrorum ejus diffusa. 10-16.

II. Sub plenam lucem,

1°. Filiæ Hierosolymæ paratas se offerunt ad societatem inquisitionis, duce sponsa; 17.

2°. Sponsa tum commorationis locum, tum suum sponsi amorem aperit. *Cap.* vi, *v.* 1, 2.

III. Sub solis occasum, et appulsum sponsæ cum comitibus, sponsus,

1°. His adhuc præsentibus, effunditur in laudes sponsæ, et prædicationem variorum ejus donorum, allegorice descriptorum; 3-6.

2°. Sub comitum missionem, contestatur, retentam secum sponsam præferri a se, tanquam prædilectam, omnibus, et, ut favore hoc dignissimam, celebrandam a quibuscumque. 7, 8.

V°. *Dies quinta.*

I. Sub primam lucem,

1°. Filiæ Hierosolymæ admirantur splendorem ac magnificentiam sponsæ e cubili progressæ; 9.

2°. Sponsa in hortum, pomarium et vineam digressa, detinetur aspectu et lustratione novorum fructuum. 10, 11.

II. Sub meridiem,

1°. Filiæ Hierosolymæ exoptant sponsæ moras trahentis reditum; 12.

2°. Sponsus, excusata per decentem gravitatem tarditate sponsæ, eamdem jam appropinquantem,

1. Repetitis laudibus, secundum plerasque encomiorum priorum partes, extollit; *cap.* vii, *v.* 1-7.

2. Accessu industriæ perficiendam adhuc a se amplius declarat. 8.

III. Sub vesperam, sponsa, per reliquam diem cum sponso commorata,

1°. Explicat conceptum suum ex sponsi sermone gaudium; 9.

2°. Agnoscit et testatur mutuum utriusque affectum; 10.
3°. Invitat sponsum ad pernoctandum secum ruri. 11.

VI°. *Dies sexta.*

I. Sub tempus matutinum, sponsa
1°. Deducit sponsum, fruiturum amoribus, ad vineam et pomarium; 12.
2°. Reducit in domum suam honorandum donis rarioribus. 13.

II. Sub tempus diurnum, eadem ibidem offert et exhibet eidem tenerrima amoris et observantiæ monumenta. *Cap.* VIII, *v.* 1, 2.

III. Sub tempus vespertinum, sponsa commemorat datos et promissos amplexus. 3.

VII°. *Dies septima.*

I. Sub initium,
1°. Sponsus cavet, ne sponsæ quies rumpatur; 4.
2°. Sponsam dehinc, cum sponso prodeuntem, sodales utriusque admirantur; 5.
3°. Sponsus, promissa singularis erga sponsam beneficii præstiti memoria, ab eadem postulat charitatem memorem, constantem, ardentem et inexstinguibilem. 5-7.

II. Sub progressum,
1°. Sodales consultant de sponsa necdum plane matura; 8,
2°. Sponsus de sponsæ aptitudine securitatem præstat; 9.
3°. Sponsa confidit favori sponsi, promittitque obsequium, curam et fidelitatem. 10-12.

III. Sub occasum,
1°. Sponsus sponsæ commendat curam hortorum et obedientiam; 13.
2°. Sponsa sponsum rogat, ut, rebus ordinatis, propediem redeat. 14.

LIBER SAPIENTIÆ.

PARS I.

ORATORIA.

INSCRIPTIO ET ENUNTIATIO THEMATIS,

SEU

EXHORTATIO PRINCIPUM AD JUSTITIAM, HOC EST PERFECTIONEM

Cap. I, *v.* 1.

I°. *Dispositio ad veram perfectionem*

I. Positiva est vera Dei cognitio, et desiderium simplex, sive immune

1°. A diffidentia, 2.

2°. Ab animi pravitate. 3.

II. Negativa stat

1°. Universim in immunitate ab anima maligna, et corpore corrupto; 4.

2°. Speciatim in absentia

1. Doli et hypocrisis; 5.

2. Maledicentiæ et perversi sermonis, a Deo cogniti et puniendi; 6-10.

3. Murmurationis, detractionis et mendacii. 11.

III. Utraque necessaria ad declinandam pœnam mortis, 12.

1°. A Deo quidem non intentam; 13-15.

2°. Ab impiis tamen ad seipsos accersitam. 16.

II°. *Systema impiorum expositum et refutatum.*

I. Expositio fit

1°. Ex impiorum principiis, quibus assumitur brevitas vitæ, statuitur mortalitas animæ, et totius hominis omnimodus per mortem interitus; *cap.* II, *v.* 1-5.

2°. Ex corollariis, propriam impii personam concernentibus, quæ statuunt, indulgendum ventri, voluptatibus et luxuriæ; 6-9.

3°. Ex corollariis, habitudinem cum proximo spectantibus, quæ probant, agendum, non pro æquitate et legibus, sed pro lubedine et viribus; 10-11.

4°. Ex corollariis, modum cum justo agendi definientibus, quæ volunt, justum

1. Habendum pro hoste, contemptore et contumelioso; 12-16.
2. Tentandum ideo, cruciandum et occidendum. 17-20 (1).

II. Refutatio sequitur; quia

1°. In principiis habetur

1. Error et malitia; 21.
2. Ignorantia et judicii perversitas; 22.
3. Imitatio diaboli ac invidia. 23-25.

2°. In corollariis persecutoriis deficit successus; siquidem justi a multis vexati

1. Sine mortis incommodo requiescunt in pace; *cap.* III, *v.* 1-3.
2. Spei mercedem jam habent; 4.
3. Deo grati acceptique sunt; 5, 6.
4. Donantur gloria et potestate. 7-9.

III°. *Diversa ratio impiorum et piorum proposita:* ea enim,

I. Quoad sortem,

(1) Hæc de Christo ipso, quem impii Judæi ad mortem usque sunt persecuti, exponunt S. *Barnab.* Epist. c. 6; S. *Justin.* Dial. cum Tryph. num. 137; *Clemens Alexandr.* Stromat. lib. 5 (opp. p. 713, 714, edit. Venet. a. 1757); *Tertull.* contr. Marcion. lib. 5. c. 22; S. *Hippolyt.* Demonstr. adv. Judæos num 9 (Galland. t. 2. p. 450); *Origen.* in Exodum hom. 6. num. 1 (opp. t. 2. p. 147. D); S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 14; *Lactant.* Divin. institut. lib. 4. c. 16; Epitom. divin. instit. c. 45; S. *Hilar. Pictav.* Tract. in psalm. 41. num. 12 (Galland. t. 5. p. 92. C); S. *Athanas.* Epist. festali 11. num. 5 (Mai. novum Patrum biblioth. t. 6. part 1ª. p. 102, 103), Epist. festali 19. num. 5 (*ibid.* p. 139, 140); *Augustinus* de Civit. Dei lib. 27. c. 20. num. 1; S. *Maximus Taurinens.* Serm. 90; *Evagrius* Alterc. cum Simone Judæo (Galland. t. 9. p. 254. E, 255. A); etc., etc. Cum igitur tot præstantissimi Ecclesiæ doctores librum Sapientiæ ut propheticum et divinitus inspiratum agnoverint, videant heterodoxi quo jure hunc inter Veteris Testamenti scripta apocrypha rejiciant (a). Idem dictum esto de prophetia Baruch, quam patres pene universi in sacrorum Bibliorum censu reposuere, quamque eximiis illustrarunt commentationibus; uti videre est, tomo primo hujus analyseos, p. 428.

(a) Quod si de divinitate et antiquitate *Sapientiæ* demonstranda ageretur, Patribus supra laudatis alios et numero plures et doctrina insignes consociare nullo negotio potuissem: *Dionysium*, videlicet, *Alexandr.* de Martyrio c. 2 (opp. p. 48); *Cyprianum*, et quidem in scriptis certo genuinis, de Habitu virginum num. 10, ad Demetrianum num. 24, de Mortalitate num. 23; *S. Methodium* Conviv. decem Virginum Orat. 1ª. num. 5, Orat. 2ª. num. 3 et 7 (Galland. t. 3. p. 676, 679, 682), de Resurrect. num. 8 et 11 (*ibid.* p. 773, 778); S. *Basilium M.* Epist. 8. num. 10; S. *Gregorium Nazianzenum* Orat. 28 (alias, 34), num. 8; S. *Ambrosium* de Jacob et vita beata lib. 2. c. 8. num. 35; S. *Joann. Chrysost.* de Diabolo tentatore homil. 3. num. 1 (opp. t. 2. p. 268), in Genesim homil. 22. num. 2 (*ibid.* t. 4. p. 193) et alibi passim; *Julium Firmicum Maternum* de Errore profan. relig. num. 29; S. *Zenonem Veronens.* lib. 1. tract. 9. num. 2; S. *Potamium* Epist. ad S. Athanasium (Galland. t. 5. p. 99). Hos tamen cæterosque omnes lubens omisi, cum id mihi unum proposuerim, e veterum Theologorum testimonio, Christum patientem vaticinio Sapientis prænuntiatum manifesto exhibere.

1°. Impiorum est infelix et infructuosa tam in operibus quam in familia; 10-12.

2°. Piorum felix et plena fructuum. 13-15.

II. Quoad vitam,

1°. Impiorum est vel brevissima, vel in senio non honorata, vel in morte desperata; 16-19.

2°. Piorum longissima, ab omnibus honorata, post mortem coronata. *Cap.* IV, *v.* 1, 2.

III. Quoad posteritatem, impiorum est instabilis, haud diuturna, et plena nequitiæ. 3-6.

IV. Quoad mortem,

1°. Piorum, etiam in juventute decedentium, est beata; 7. cum ea

1. Nec sit immatura, ob senium a virtutibus, non ab annis, æstimandum; 8, 9, 13, 16.
2. Nec importuna, ob Dei gratiam, misericordiam et amabilem providentiam in ea relucentem; 10-12, 14, 15.
3. Nec contemptibilis, ob Dei judicium ab hominum ignorantia diversum. 17, 18.

2°. Impiorum vero est ex omni parte funesta et infelix. 19, 20.

V. Quoad vitam alteram,

1°. Piorum est gloriosa et alacris; *cap.* V, *v.* 1.

2°. Impiorum turbata horrore et lamentis; 2, 3. quibus fatentur,

1. Se erravisse hactenus

α. In judicio de sorte justorum; 4, 5.

β. In studiorum suorum rationibus; 6-8.

γ. In rerum præsentium duratione æstimata; 9-12.

2. Se boni nihil, mali autem plurimum fecisse, ac omni spe excidisse. 13-15.

VI. Quoad retributionem,

1°. Piorum est æterna vita, regnum gloriæ et tutela Dei; 16, 17.

2°. Impiorum autem pœna, repræsentata sub schemate

1. Dei contra impios pugnantis et omnem creaturam evocantis; 18-21.
2. Immissi a Deo fulguris, grandinis, inundationis, et turbinis, impios dissipantis, opprimentis et devastantis. 22-24.

IV°. *Peroratio obtestationibus et motivorum additionibus instructa.*

I. Obtestatio

1°. Commendatitia sapientiæ, præ virium robore; *cap.* VI, *v.* 1.

2°. Invitatoria regum et principum ad audiendam doctrinam; 2, 3.

3°. Adhortatoria eorumdem ad discendam et retinendam sapientiam; 10.

4°. Excitatoria omnium ad fructum ex illa capiendum. 12.

II. Motivum desumptum a necessitate, quæ fundatur

1°. In ratione de officio, principibus divinitus concredito, reddenda; 4, 5.

2°. In judicio illis severiore imminente; 6-9.

3°. In præmio ipsis ampliore respondente. 11.

III. Desumptum a facilitate, quæ demonstratur ex eo, quod sapientia

1°. Pateat manifeste illam quærentibus; 13.
2°. Inveniatur ubique; 14, 15.
3°. Obtineatur prompte et offeratur. 16, 17.

IV. Desumptum ab utilitate, quæ exponitur per gradus :

1°. Serium sapientiæ desiderium jam est illius initium; 18.
2°. Hoc vero custodiam legis, ista incorruptionem præstat; 19.
3°. Incorruptio accessum ad Deum, et possessionem regni æterni conciliat. 20-23.

PARS II.

SCENICA.

—

PROLOQUIUM.

I. Summarium dicendorum de sapientiæ notione, ortu, mysteriis, qualitatibus. *Cap.* VI, *v.* 24.
II. Promissum auctoris de sinceritate dictionis. 25.
III. Encomium sapientiæ ex utilitate ejusdem. 26.
IV. Monitum ad auditores. 27.

INTRODUCTIO SALOMONIS LOQUENTIS.

I°. *Narratio expositoria de acquisitione sapientiæ.*

I. Salomon exponit suam cum omnibus communem conditionem,
  1°. Quoad conceptionem, *cap.* VII, *v.* 1, 2.
  2°. Quoad nativitatem, 3, 4.
  3°. Quoad infantilem educationem. 4-6.

II. Declarat suam de sapientia opinionem,
  1°. Per postulationem et receptionem ejusdem; 7.
  2°. Per æstimationem illius, et prælationem præ honoribus, divitiis, sanitate et pulchritudine; 8-10.
  3°. Per experimentum utilitatis cum et ex sapientia provenientis,
    1. In bonorum abundantia; 11-13.
    2. In Dei amicitia et directione; 14-16.
    3. In cognitione rerum naturalium. 17-21.

III. Describit sapientiam,
  1°. Per notiones et attributa; 22-24.
  2°. Per qualitates et comparationes; 25, 26.
  3°. Per effectus et operationes. 27-30. *Cap.* VIII, *v.* 1.

IV. Enumerat commoda e sapientia provenientia,
  1°. Communia pro omnibus: sapientia enim
    1. Excitat justorum et Dei amorem erga sapientiæ studiosum; 2, 3.
    2. Docet et dirigit agenda; 4.
    3. Confert rerum copiam, mentis prudentiam, virtutum utilitatem, et scientiarum notitiam. 5-8.
  2°. Propria regnantibus sunt
    1. Æstimatio et honor apud populum et subditos; 10, 14.

2. Admiratio et reverentia apud principes; 11, 12, 15.
3. Quies et lætitia apud domesticos. 16.

V. Explicat suum erga eamdem studium,
1°. Amore præstantiæ accensum; 13.
2°. Scientia bonitatis promotum; 9.
3°. Consideratione utilitatis continuatum; 17, 18.
4°. Naturali habitudine adjutum; 19, 20.
5°. Gratuitate doni ad preces fundendas excitatum. 21.

VI. Supplicat pro sapientiæ dono,
1°. Invocatione Dei de homine disponentis; *cap.* IX, *v.* 1-3.
2°. Petitione sapientiæ; 4.
3°. Confessione insufficientiæ humanæ, præsertim ad gubernationem regni et ædificationem templi; 5-8.
4°. Repetitione postulationis, pro obtinenda ad utrumque opus sapientia; 9-12.
5°. Amplificatione ineptitudinis humanæ sine hujusmodi dono. 13-19.

II°. *Narratio historica de sapientiæ operibus.*

I. Opera sapientiæ, circa personas singulares disponentis, conspicua
1°. In Adamo creato, post lapsum servato, et rebus creatis præposito; *cap.* X, *v.* 1, 2.
2°. In Caino punito; 3.
3°. In Noemo per arcam servato; 4.
4°. In Abrahamo ab idololatrarum societate segregato; 5.
5°. In Loth ex Sodomæ incendio erepto; 6-9.
6°. In Jacobo contra Esau et Laban defenso; 10-12.
7°. In Josepho e carcere ad dignitatem proregis evecto. 13, 14.

II. Opera sapientiæ, circa populos integros variantis, conspicua
1°. In Hebræis,
1. Per eductionem e servitute Ægyptiaca, Moysis ministerio factam; 15, 16, quam
α. Præcessit spoliatio Ægypti, et columna nubis et ignis; 17.
β. Comitata est traductio per mare, interitus hostium, et collectio spoliorum; 18, 19.
γ. Secutum fuit epinicium. 20, 21.
2. Per providentiam in itinere per desertum, ibidem
α. Impertiendo habitationem; *cap.* XI, *v.* 1, 2.
β. Defendendo contra hostes; 3.
γ. Dando aquas e petra. 4.
2°. In Ægyptiis,
1. Per aquarum miraculum, aliter, ac Hebræis evenit, habitis; dum illis aquæ, in sanguinem versæ, pœna infanticidii, his levamentum sitis et materia lætitiæ fierent; 5-9.
2. Per pœnas acerbius afflictis, et ex Hebræorum fortuna duplici tædio affectis; 10-15.

3. Per minimorum animalculorum immissionem punitis, materia peccati versa in instrumentum vindictæ. 16, 17.
* Vindicta hæc fuit mollior, levior ac tardior,
1. Non ex defectu divinæ potentiæ, utpote quæ potuisset
α. Immittere animalia ferocissima et terrifica; 18-20.
β. Item unico nutu potentissimo perimere; 21-23.
2. Sed ex affectu misericordiæ, qua Deus
α. Expectat homines ad pœnitentiam; 24.
β. Amat omnes tanquam res, ex amoris motu a se facias et conservatas; 25, 26.
γ. Parcit omnibus, tanquam suis ac sibi charis. 27.
3°. In Chananæis, quos pro sua clementia et longanimitate castigavit, *cap.* XII, *v.* 1, 2.
1. Exterminando quidem illos ex Chanaan, 3.
α. Tum ob atrocia eorum scelera; 4-6.
β. Tum ad terram sanctam Hebræis largiendam; 7.
2. Sed tamen sensim ac per vices exterminium exequendo; 8.
α. Rursus non ex defectu potentiæ, sed affectu pœnitentiæ et veniæ, ob naturalem ad mala propensionem congruæ; 9, 10.
β. Neque ex timore oppositæ cujusdam potentiæ; cum Deus sit potentissimus, nec curæ negligens, nec ulli obnoxius: 11-14.
γ. Sed justitiæ studio, quæ innocentes nunquam, nec fere alios nisi incredulos et temerarios damnat, nec sine moderamine plectit; 15-18.
δ. Idque tum ad excitandam in fidelibus spem obtinendi veniam, et locum pœnitentiæ; cum Deus eadem infidelibus indulserit: 19-22.
ε. Tum ad dandum idololatris documentum, mitius ab initio castigari stultitiam hujus cultus, severius postea, nisi correcti Deum agnoverint. 23-27.

III. Opera sapientiæ, arguentis insaniam idololatriæ.

1°. Species idololatriæ prima, quæ elementorum vel astrorum cultus est,
1. Arguitur vanitatis et ignorantiæ; *cap.* XIII, *v.* 1, 2.
2. Convincitur negligentiæ vel stupiditatis in discernendo; 3-5.
3. Declaratur quidem minus culpabilis cæteris; 6, 7.
4. Ostenditur tamen inexcusabilis. 8, 9.
2°. Altera species, quæ statuas, metallo, ligno, vel lapide, ad hominum vel animalium similitudinem, elaboratas, colit, 10-15.
1. Arguitur stultitiæ sibi ipsi contradicentis, dum postulat vel exspectat auxilium ab hujusmodi artefactis; 16-19.
2. Convincitur specialim dementiæ, dum nauta idolum invocat; *cap.* XIV, *v.* 1, 2. quia Deus solus
α. Mare permeabile facit, ut patet in Israelitis ex Ægypto digressis; 3, 4.
β. Salvat et gubernat navigantes, ut in Noemo constat. 5, 6.
3. Traducitur

α. Et ut obnoxia maledicto, odio ac pœnæ; 7-10.
β. Et ut occasio ruinæ, ac initium perditionis. 11, 12.

3°. Schema posterioris idololatriæ, descriptum nativis characteribus, qui sunt ejusdem
1. Novitas et instabilitas; 13, 14.
2. Origo ex insano patris amore erga filium; 15, 16.
3. Progressio per adulandi studium, et operis artificium; 17-21.
4. Augmentum per infamia et atrocia sacrificia; 22, 23.
5. Effectus pessimi per omne scelerum genus tuto perpetrandum. 24-31.
* Oppositos his characteres et effectus producit cognitio veri Dei practica. *Cap.* XV, *v.* 1-6.

4°. Vanitas utriusque demonstrata,
1. Ex materia idolorum lutea, et vasis vilissimis communi; 7.
2. Ex illorum artifice, homine scilicet mortali, et formato ex luto; 8.
3. Ex artificis fine, scilicet ambitione et lucri studio, cum stupiditate conjuncto; 9-12.
4. Ex ejusdem malitia, et cultorum infelicitate; 13, 14.
5. Ex conditione idolorum inanimatorum inutili, et, infra illum, suorum cultorum deteriori; 15-17.
6. Ex conditione etiam animatorum ab Ægyptiis cultorum detestabiliore. 18, 19.

III°. *Observatio syncritica sapientiæ, discernentis inter Hebræos et Ægyptios.*

I. Discrimen ratione ciborum et bestiarum :

1°. Ægyptii, ob bestiarum cultum, bestiis cibos fœdantibus puniti; Hebræi cibo novo et coturnicibus recreati; *cap.* XVI, *v.* 1-4.

2°. Hebræi, a serpentibus vulnerati, salutis medium et sanitatem habent; Ægyptii, minorum animalium morsibus vexati, sine remedio pereunt. 5-11.
* Declaratur hinc Deus tanquam Dominus vitæ et necis. 12-15.

3°. Ægyptii ab aqua et igne, per miraculum nec secum pugnantibus nec insecta aut fruges perdentibus, soli cruciantur; 15-19, 22.

4°. Hebræi autem dato divinitus manna nutriebantur; in quo
1. Habebatur saporis excellentia ac varietas pro comedentis lubitu; 20, 21, 25, 26.
2. Apparebat miraculum, et creaturæ Deo servientis ministerium; 23, 24, 27.
3. Dabatur diligentiæ et gratitudinis monitum. 28, 29.

II. Discrimen ratione tenebrarum et lucis :

1°. Inscrutabili Dei judicio, Ægyptii, Hebræos perdendos persuasi, passi sunt tenebras horrendas ac prorsus singulares. *Cap.* XVII, *v.* 1-3. Eædem graphice describuntur
1. A spectris, obscuritate noctis, et ignibus intermicantibus; 4-6.
2. Ab impotentia magiæ, nihil contra easdem valentis; 7, 8.
3. A bestiis discurrentibus; 9.

4. A remorsibus conscientiæ, desperatione auxilii, et ignorantia originis maiorum; 10-12.
5. A timore alternatim ex præcedentibus orto; 13, 14.
6. A necessitate moriendi in loco; 15, 16.
7. A terroribus ex quocumque sonitu audito injectis; 17, 18.
8. A singularitate pœnæ ad solos Ægyptios pertinentis. 19, 20.

2°. Hebræi e contra gaudebant luce, agebant grates, precabanturque Deum, a quo proin columnam ducem acceperunt. *Cap.* XVIII, *v.* 1-4.

III. Discrimen ratione cædis, in pœnam delicti immissæ :

1°. Ægyptii, ob infantes Hebræorum submersos, amiserunt primogenitos proprios, ac tandem perierunt in mari rubro. 5. Notari hic merentur,

1. Ex parte Hebræorum,
   α. Communicata futuri casus notitia; 6.
   β. Exceptio facta a societate mali; 7, 8.
   γ. Mactatio agni, confœderatio ad servandam legem, et patrum memoria; 9.
2. Ex parte Ægyptiorum,
   α. Ingens luctus et lamentatio; 10.
   β. Universalis sine discrimine et numero prolata in infantes clades; 11, 12.
   γ. Extorta hoc malo confessio agnoscens Hebræos tanquam populum Dei : 13.
3. Ex parte temporis et causæ,
   α. Medium noctis erat tempus; 14.
   β. Editor stragis erat Angelus Dei mandatum potenter, constanter, et celeriter executus; 15, 16.
4. Ex parte eventus,
   α. Somnia prænuntia immissa; 17.
   β. Pœnæ causa ex primogenitorum cæde cognita. 18, 19.

2°. Hebræi, ob seditionem Core mortem meriti, cœptam jam ultionem evaserunt, 20, 25. Aarone

1. Preces et suffitum interponente; 21.
2. Fœdus Dei cum populo initum commemorante; 22.
3. Medium inter vivos et mortuos locum ingrediente; 23.
4. Universi orbis negotium et populi salutem vestibus obtendeute. 24.

IV. Discrimen ratione excidii :

1°. Ægyptii in illud inciderunt, ad consummatam vindictam a Deo destinati, *cap.* XIX, *v.* 1.

1. Ob veniam abeundi, Hebræis datam, quasi revocatam; 2.
2. Ob hostilem abeuntes persequendi animum resumptum; 3.
3. Ob memoriam pœnarum ante acceptarum abolitam. 4.

2°. Hebræi e contra illud evaserunt,

1. Deo volente, et creaturis ministrantibus; 5, 6.
2. Mari rubro facilem, tutum, ac lætum transitum permittente; 7-9.

3. Beneficiis tum antecedentibus tum consequentibus. 10-12.

V. Discrimen ratione culpæ et pœnæ :

1°. Ægyptii enim

1. Sodomitis erant inhumaniores; 13, 15.
2. Simili cum illis cæcitate olim percussi, majores etiam sub extremum judicium subibunt pœnas; 14, 16.

2°. Hebræi, permutata divinitus rerum natura, experiebantur

1. Sibi propitia, quæ erant Ægyptiis funesta; 17, 18.
2. Elementa tum mutuo amica, tum animalibus ac escis suis haud inimica. 19, 20.

* Hæc omnia cesserunt in contestationem divinæ de populo Hebraico curæ et amoris. 20.

LIBRI MORALES

VETERIS TESTAMENTI.

III.

ECCLESIASTICUS

JESU FILII SIRACH.

ECCLESIASTICUS.

PROLOGUS

GRÆCI INTERPRETIS.

I°. *Laudat* hic auctor scriptorum sacrorum sapientiam, natamque hinc Hebræorum disciplinam, ac utilitatem pro extraneis. 1, 2.

II°. *Commemorat* avum suum, illis perlegendis delectatum, quædam eumdem ad finem conscribendi consilium suscepisse. 3, 4.

III°. *Præmissa ad horum lectionem invitatione, precatur veniam;* siquidem, ob diversam idiomatum rationem, et pro more aliarum etiam versionum, sua interpretatio vim originalis Hebræi non penitus adæquet. 5–7.

IV°. *Notat et indicat*

I. Tempus et locum, quo inciderit in exemplar libri hujus egregii. 8.

II. Consilium item illius interpretandi susceptum, et magna diligentia ad metam perductum. 9, 10.

III. Finem denique ad utilitatem plurium et morum institutionem sibi propositum. 10, 11.

PARS I.

COLLECTANEA DICTORUM AD SAPIENTIÆ COMMENDATIONEM, PER LIBRUM SPARSORUM.

—

§ I. ENCOMIUM SAPIENTIÆ SCRIPTUM AB AUCTORE LIBRI.

I°. *Desumitur a sapientiæ notione, quæ adumbratur*

- I. Per originem, quam habet ex Deo; *cap.* 1, *v.* 1.
- II. Per multitudinem perfectionum et immensitatem; 2, 3.
- III. Per existentiam omnibus creatis priorem et æternam; 4.
- IV. Per identitatem cum Verbo Patris excelsi; 5.
- V. Per eminentiam, omni creata cognitione superiorem; 6, 7.
- VI. Per divinam communicationem ejus a Patre cum Spiritu Sancto; 8, 9.
- VII. Per diffusionem ejusdem super omnia Dei opera, maxime super diligentes Deum. 10.

II°. *Accersitur a sapientiæ primordio,* hoc est, Dei timore; utpote qui

- I. Pariat lætitiam et gloriam per totam vitam, necnon gaudium ob senectutem bonam, et benedictionem sub mortem; 11-13.
- II. Conjungatur cum Dei dilectione, quæ sola sui specie rapiat omnes in sui amorem; 14, 15.
- III. Sit sapientiæ initium, et fidelium utriusque sexus ornamentum; 16.
- IV. Sit vera religio, quæ suis alumnis justificationis gratiam et effectum, etiam ad mortem usque, conciliet; 17-19.
- V. Proferat abundantiam fructuum et donorum spiritualium, cum pace ac salute; 20-22.
- VI. Conjunctus cum sapientia, divino utriusque dono det suis asseclis scientiam et prudentiam cum longævitate; 23-26.
- VII. Expellat peccata, maxime per iram et impatientiam committi solita; 27, 28.

VIII. Moderetur utramque patientiæ et prudentiæ præsidio. 29, 30.

* Hæc sapientiæ cum timore Dei conjunctio ac disciplina impiis est execrationi. 31, 32.

III°. *Amplificatur a sapientiæ consortio;* quia eamdem

I. Comitantur justitia seu observatio mandatorum Dei, et hujus timor; 33, 34.

II. Sequuntur fides et mansuetudo, ac virtutum istarum præmium; 35.

III. Accedere non permittuntur incredulitas, duplicitas, hypocrisis aut superba jactantia; utpote quas Deus ad simulatorum ignominiam deteget. 36–40.

§ II. ELOGIUM SAPIENTIÆ PRONUNTIATUM AB IPSA SAPIENTIA.

I°. *Scriptor præfatur, sapientiam seipsam laudaturam*

I. Ad Dei honorem; *cap.* XXIV, *v.* 1.

II. In fidelium cœtibus, et Angelorum conspectu; 2.

III. Cum admiratione sanctorum et benedictione electorum. 3, 4.

II°. *Sapientia loquens*

I. Ostendit, se originem ac genus ducere a Deo. 5.

II. Describit,

1°. Lucem ac tenebras, cœlum ac nubes, terram et mare a se creata et stabilita; 6-9.

2°. Omnem gentem ac populum, magnos æque ac parvos sibi subjectos; 9-11.

3°. Ex his singularem nationem pro sua quiete ac hæreditate fuisse a se quæsitam. 11.

III. Declarat,

1°. Ad voti hujus complementum, assignatum a Deo populum Israelis; 12, 13.

2°. Pro perpetuitatis suæ ratione constitutis ministeriis, captam a se Sionis ac Hierosolymæ possessionem, atque cum electo Dei populo commorationem. 14-16.

IV. Depingit suam præstantiam, comparatione

1°. Cum arboribus, cedro, cupresso, palma, oliva et platano; 17, 19.

2°. Cum aromatibus, cinnamomo, balsamo, myrrha, storace, galbano, onyche, stacte et thure; 20, 21.

3°. Cum fruticibus, rosa, terebintho ac vite. 18, 22, 23.

V. Enumerat, cum invitatione inspersa, 26, fructus apud se percipiendos,

1°. Universim quidem ab omnibus,
1. Dilectionem, timorem, agnitionem et spem sanctam; 24.
2. Veritatem, vitam et virtutem ; 25.
3. Dulcedinem suavissimam et perpetuam : 27, 28.
2°. Speciatim vero
1. Ab incipientibus, proficiendi studium ; 29.
2. A proficientibus et perfectis, perseverantiæ donum; 30.
3. A docentibus verbo et exemplo, gloriam æternam. 31.

VI. Docet, dicta hactenus omnia
1°. Contineri jam in Moysis et prophetarum libris; 32, 33.
2°. Magis autem illustratum iri per Christum Davidi promissum; 34. Qui,
1. Instar quatuor paradisi fluviorum, diffundet sapientiam in omnes terræ partes ; 35-37.
2. Novit sapientiam perfecte solus, quin creatura ulla eam assequi possit ; 38.
3. Abundat eadem instar maris profundissimi. 39.

VII. Commemorat,
1°. A se tanquam fonte, et per se tanquam canalem, plantas et fructus, justis dimensi spatiis, esse irrigandos ; 40-42.
2°. Abundantiam et incrementum cum diffusione omnibus a se præstandum ; 43, 44.
3°. Doctrinam suam in omnes terræ partes, etiam inferiores, et ad mortuos, item viventes adhuc, et olim victuros perferendam. 45, 46.

VIII. Contestatur, non proprio commodo, sed amatorum veritatis bono, hæc fuisse a se proposita. 47.

§ III. MISCELLANEA AD USUM ET LAUDEM SAPIENTIÆ SPECTANTIA.

I°. *Officia et beneficia sapientiæ.*

I. Desides excitat, conantes adjuvat, euntes dirigit : *cap.* IV, *v.* 12.

II. Amatores sui ac studiosos animat et recreat : 13.

III. Possessores sui hæreditate gloriosa et benedictione omnimoda donat : 14.

IV. Colentes se, diligentes, audientes, et contemplantes, ministerio sacro, dilectione mutua, judiciaria potestate et securitate honorat : 15, 16.

V. Fideles sibi una cum eorum posteris felicitate beat : 17.

VI. Tentatos prius, experimentis probatos et confirmatos occurrens amplectitur, lætitia complet, arcanorum scientia et justitiæ cognitione locupletat : 18-21.

VII. Deficientes autem et exerrantes sinet ferri in suam ruinam et hostium manus. 22.

II°. *Studium sapientiæ*

I. Inchoandum in juventute, continuandumque in senectam, suscipiendum cum spe fructus inde percipiendi, pro more colonorum : *cap.* VI, *v.* 18-20.

II. Arduum ac nimis asperum videtur desidibus et insipientibus; difficile etiam ob sapientiæ obscuritatem, quæ tamen sedulis facile dissipata patet : 21-23.

III. Ex auctoris consilio, conatu toto, omnibus viribus, ac opera assidua prosequendum : 24-28.

IV. Feliciter consummatum affert requiem, oblectamentum, fortitudinem, gloriam, decorem, salutem et coronam : 29-32.

V. Commendatum ab auctore, additis simul documentis, 33, 34.

1°. De frequentandis seniorum prudentium conventibus, et deligendo ex iis in magistrum sapientissimo; 35, 36.

2°. De audiendo verbo Dei, discendis sacris parœmiis, et meditandis præceptis divinis; 35, 37.

3°. De certa spe comparandæ hinc sapientiæ. 37.

III°. *Commendatio studii sapientiæ*,

I. Indicato studendi modo,

1°. Per meditationem justitiæ et contemplationem sanctitatis divinæ; *cap.* XIV, *v.* 22.

2°. Per investigationem viarum et arcanorum sapientiæ divinæ; 23.

3°. Per observationem operum divinorum, lectionem Scripturarum sacrarum et monumentorum ecclesiasticorum. 24, 25.

II. Proposito emolumento hinc redundaturo,

1°. Per bonorum stabilitatem; 25.

2°. Per hæredum benedictionem; 26.

3°. Per protectionem divinam, cum futura gloria conjunctam. 27.

III. Addito prioribus auctario,

1°. Per timorem Dei, tanquam medium sapientiæ consequendæ propositum; *cap.* XV, *v.* 1.

2°. Per expositionem illustrium decorum sapientiæ amatoribus obventurorum; qualia sunt

1. Honoratissimum cum sapientia commercium et convivium; 2-4.
2. Gloriosum eloquentiæ et intelligentiæ omnibus stupendæ donum; 5.
3. Celeberrimum tum a jucunditate tum ab immortalitate nomen. 6.

3°. Per denegatam insipientibus similem communionem et memoriam, nec concessam laudis divinæ promulgationem. 7-10.

IV°. ***Media ad acquirendam sapientiam :***

I. Scientia ethicæ primitivæ et Scripturæ sacræ, cum notitia axiomatum, parabolarum et proverbiorum probatorum; *cap.* XXXIX, *v.* 1-3.

II. Cognitio practica ex celebrioribus tum principum aulis tum judicum tribunalibus hausta; 4.

III. Experientia ex alienis etiam terris sub peregrinationem capta; 5.

IV. Oratio ad Deum corde strenuo, a curis libero et humili, effusa. 6, 7.

V°. ***Fructus sapientiæ, per medium præsertim postremum obtentæ*** : 8.

I. Donum eloquentiæ sacræ, et gratiarum Deo referendarum; 9.

II. Lumen dirigendi seipsum, juxta consilium et disciplinam Dei; 10.

III. Facilitas communicandi cum proximo cognitionem et observantiam legis divinæ; 11.

IV. Laus Dei ab auditoribus, et multis et continuis, celebrata; 12.

V. Memoria nominis divini ad posteros propagata; 13.

VI. Fama tum sapientiæ tum sapientis per omnes nationes dilatata. 14, 15.

VI°. ***Magnalia sapientiæ, universim spectatæ***

I. In operibus, verbo Dei conditis, gloria illustribus, sanctorum voce celebratis, mirabilibus et omnipotentia confirmatis; *cap.* XLII, *v.* 15-17.

II. In abysso terrarum, corde hominum, recessu consiliorum, et affectu animorum pervestigatis; 18-20.

III. In præteritis, præsentibus, et futuris revelatis; 19.

IV. In præstantia operationis, nec per tempus diminuta vel aucta, nec alterius accessu augenda; 21, 22.

V. In minimis etiam admiratione dignis; 23.

VI. In omnium duratione ac usu, a sapientia pendulis; 24.

VII. In discordi variorum concordia, ad cujusque utilitatem constituta, et ad Dei gloriam manifestandam, quamvis non comprehendendam, ordinata. 25, 26.

VII°. *Magnalia eadem, speciatim conspicua*

I. In regione aeris suprema,

1°. Per cœli firmamentum, altitudine pulchrum, specie gloriosum; *cap.* XLIII, *v.* 1.
2°. Per solem, admirabile Dei opus, in ortu suo diei nuntium, in meridie calentissimum, montes præ terra exurentem, radiis igneis et fulgentibus oculos obcæcantem, ad Dei factoris sui imperium iter accelerantem vel inhibentem; 2-5.
3°. Per lunam, statis vicibus per suas mutationes tempora ostendentem, sæcula et festos dies designantem, luminis plenitudine et imminutione menses describentem, formisque variis mirabiliter crescentem; 6-8.
4°. Per stellarum ordinatam multitudinem, in firmamento splendentem, cœlum ornantem, mundum illuminantem, judicia Dei exequentem, nec in statione sua deficientem. 9-11.

II. In regione aeris media,

1°. Per iridem, specioso splendore nos ad Dei laudes excitantem, cœlum instar zonæ gloriose præcingentem, manu Dei explicatam. 12, 13.
2°. Per nivem et fulgura, arbitratu Dei concitata; 14.
3°. Per nubes, instar avium volantes, Deique potentia in grandinem firmatas et rursus confractas; 15, 16.
4°. Per ventos, cacumina montium jam concutientes, jam leniter afflantes; 17.
5°. Per tonitrua terram vibrantia, tempestates item ac turbines; 18.

III. In regione infima,

1°. Per nivem, instar avium ad insidendum ovis, se demittentem, humum contegentem, candore admirabilem, resolutam autem instar torrentis homines terrentem; 19, 20.
2°. Per pruinam instar salis terræ superfusam, ubi congelata fuerit, spinarum acumina imitantem; 21.
3°. Per glaciem, flante vento frigido, instar crystalli firmatam, aquas collectas obducentem, et velut galea induentem; 22.
4°. Per frigus, gramina montium et herbas camporum ac virentia omnia, ignis adinstar, depascens; 23.
5°. Per nebulam et rorem, tepido vento adductum, his malis medentem. 24.

IV. In terraqueo,

1°. Per mare, ventis silere jussis et Deo volente, placatum, et insulas in eodem plantatas; 25.
2°. Per maris pericula a navigantibus tentata, et cum audientium stupore enarrata; 26.
3°. Per delecta ab iis opera stupenda, varia bestiarum genera, pecorum species et cetorum formas; 27.
4°. Per finem creatis omnibus a Deo constitutum, sicut et initium iisdem ab eodem datum. 28.

VIII°. *Magnalia utraque nunquam satis celebranda:*

I. Quantumvis enim multa dicamus, vincet argumenti magnitudo sermonem, et summa dicendorum hæc est: Ipse est omnia. 29.

II. Quantumvis Deum ex operibus celebremus, parum tamen præstamus; quia major est operibus suis omnibus, terribilis item, maximus et potentissimus. 30, 31.

III. Quantumvis gloriam Dei laudemus pro viribus, is tamen superior est omni laude, ejusque magnificentia admirabilis. 32, 33.

IV. Quantumvis potentias omnes impendamus in exaltando Deo, fatigamur tamen frustra, nec rem assequimur; cum sit invisibilis et ab æterno. 34, 35.

V. Quantumvis Deus multa revelet, plura tamen et majora ab eo factorum manent occulta. 36.

PARS II.

DOGMATA, PRÆCEPTA ET MONITA SAPIENTIÆ, DE OMNI VIRTUTUM ET OFFICIORUM GENERE.

—

§ I. DE APPARATU AD VERUM DEI SERVITIUM.

I°. *Deo servire volentibus colenda est justitia, custodiendus timor et præparandus animus ad tentationem.* Cap. II, v. 1.

II°. *Remedia contra tentationes sunt*

I. Humilitas, patientia, et consultatio proborum; 2.
II. Longanimitas tum cavens præcipitantiam, tum exspectans divinum auxilium; 2, 3.
III. Conjunctio cum Deo, et in eodem spes; 3.
IV. Resignatio in Dei voluntatem cum humili tolerantia; 4.
V. Consideratio perficiendæ hinc et probandæ virtutis; 5.
VI. Fides ac spes in Deum, conjuncta cum timore Dei. 6.

III°. *Timor Dei, cum fiducia ac dilectione sociatus,*

I. Præservat a peccato et desperatione; 7.
II. Auget mercedem bonorum operum; 8.
III. Oblectat fruitione rei speratæ; 9.
IV. Replet animam solatio et lætitia. 10.

IV°. *Fructus hujusmodi timoris confirmantur*

I. Ab experientia integrarum nationum, et singulorum hominum, Deo confidentium et fidelium; 11, 12.
II. Ab attributis pietatis, misericordiæ ac fidelitatis divinæ; 13.
III. A pœnis et malis exspectantibus illos, 17. qui sunt
1°. Vel corde, ore aut opere duplices; 14.
2°. Vel tepidi, aut fracti animo, nec Deo confidentes; 15.
3°. Vel ex pusillanimitate inconstantes ac deficientes. 16.

V°. *Characteres timentium ac diligentium Deum.* Homines ejusmodi

I. Credunt verbis Dei ac obediunt ejus mandatis; 18.
II. Student placere Deo et satisfacere ejusdem voluntati; 19.
III. Curant proficere in sanctitate; 20.
IV. Observatis etiam Dei mandatis, mala nihilominus immissa patienter ferunt, 21.
1°. Partim cum timore, ob judicium Dei prorsus horrendum; 22.
2°. Partim cum spe, ob misericordiam Dei non minus colendam. 23.

§ II. DE CULTU PARENTUM, MODERATIONE ACTIONUM, DISPOSITIONE CORDIS, ET ELEEMOSYNA.

I°. *Apostrophe ad sapientiæ, atque hinc obedientiæ etiam et charitatis, studiosos facta.* Propositio fit de honorandis parentibus, *cap.* III, *v.* 1, 2. et probatur : quia filius hoc faciens

I. Consequitur salutem; 2.
II. Honorat Deum in parentibus, quasi illius vicariis; 3.
III. Impetrat peccatorum veniam et precum suarum effectum; 4, 6.
IV. Refert opes amplissimas, et ex filiis gaudium; 5, 6.
V. Erit longævus et matris solatium; 7.
VI. Dat documentum timoris Domini, et vectigal debiti servitii; 8, 9.
VII. Recipit benedictionem, quæ familiam stabilit, sicut maledictio hanc perdit; 10, 11.
VIII. Acquirit sibi gloriam, sicut ex parentum neglectu ignominiam; 12, 13.
IX. Habet Deum remuneratorem, memorem obsequiorum parentibus, præsertim senibus, nec sui jam potentibus, aut offensam forsitan dantibus, præstitorum; 14-16.
X. Obtinet amplitudinem domus, protectionem fortunæ, et remissionem peccatorum. 17.
* E contra parentum neglector incurrit infamiam hominum et maledictum Dei. 18.

II°. *Moderatio actionum facienda,*

I. Per modestiam, quæ, præ magnificentia, hominibus placet; 19.
II. Per humilitatem, quæ, dum honorem sibi etiam debitum declinat, Deum honorat, et gratiam ab eodem recipit; 20, 21.
III. Per attentionem ad præcepta a Deo hominis officia, et ad refrænationem curiositatis,
1°. Sive ad altiora se et mysteria cognoscenda aspirantis; 22, 23.
2°. Sive ad minus utilia aut cognitu impossibilia se diffundentis; 24, 25.
3°. Sive ad deceptrices suspiciones aut inanes opiniones declinantis. 26.

III°. *Dispositio cordis*

I. Proterva et temeraria inducit periculum ac interitum; 27.
II. Simulatrix et varians caret successu et offendit; 28.

III. Malitiosa et obfirmata auget peccatorum pœnas et culpas; 29.

IV. Superba medelam respuit, ob malum inveteratum; 30.

V. Docilis autem, attenta et actuosa, est capax et avida sapientiæ, vitatque peccata. 31, 32.

IV°. *Eleemosyna*

I. Restinguit peccatorum pœnam, ut ignis aquam; 33.

II. Habet Deum provisorem, gratiæ redditorem, ac memorem in adversis protectorem. 34.

§ III. CONTINUATIO DE BENEFICENTIA, TRANSGRESSIO AD PUDOREM MALUM.

I°. *Officia præstanda egenis :*

I. Pauper nec eleemosyna fraudandus, nec vultu averso rejiciendus. *Cap.* IV, *v.* 1.

II. Famelicus nec negligendus, nec dilatione vexandus. 2.

III. Inopia pressus nec affligendus, nec morosa muneris tarditate suspendendus. 3.

IV. Supplex in rebus adversis nec rejiciendus, nec commiserante saltem intuitu privandus. 4.

V. Inops pro eleemosyna instans non est cum despectu prætereundus; ne iratus maledicta in tergum projiciat, a Deo confirmanda. 5, 6.

VI. Cœtus pauperum benevole habendus; et si qui in eodem sint senes aut nobiles, reverenter excipiendi. 7.

VII. Pauperum causæ audiendæ sine tædio, decidendæ ex justitia, agendæ cum lenitate ac mansuetudine. 8.

VIII. Passus injuriam liberandus ab oppressione; idque faciendum prompte ac sine morosa difficultate. 9.

IX. Pupillus ut filius, et vidua ut mater tractanda a judicibus, hoc facto se filios Dei obedientes probaturis, eumque præ matre indulgentiorem erga se experturis. 10, 11.

II°. *Cautelæ circa pudorem malum :*

I. Observanda temporis opportunitas et agendi occasio, atque sic declinandum malum. 23.

II. Pro animæ salute dicere verum non pudeat; cum pudor alius malus, alius bonus sit. 24, 25.

III. Nullius hominis respectu aut mendacio moveri oportet, ut quis contra conscientiam agat. 26.

IV. Proximum peccantem corripere vel errantem instruere, sapientiæ munus est, non omittendum; sed ad sapientis et sapientiæ manifestationem exercendum, et opere confirmandum. 27-39.

V. Contradicere veritati, aut falsum impudenter dictum tueri, dedecus est. 30.

VI. Non pudeat confiteri peccata; pudeat autem ex cujuscumque impulsu peccare. 31.

VII. Quamvis potentiori in aliis cedere sit prudentis, ubi tamen de justitia et anima agitur, pugnandum est ad mortem usque, Deo pugnantem adjuturo. 32, 33.

VIII. Et velocitas ad loquendum et tarditas ad operandum defectum habet. 34.

IX. Regimen domesticum non sit pro phantasia impetuosum, tyrannicum ac leoninum; neque ad accipiendum protensum, ad largiendum autem contractum. 35, 36.

§ IV. DE PECCATO ET USU LINGUÆ.

I°. *De peccato non committendo*

I. Per concupiscentiam oculorum, ac iniquam divitiarum appetentiam; *cap.* V, *v.* 1, 10.

II. Per concupiscentiam carnis ac prava desideria; 2.

III. Per superbiam vitæ ac insolentiam contra Deum. 3.

II°. *De peccato commisso*

I. Pro re levi non habendo ob vindictam non statim secutam; cum Deus patienter exspectet, non autem dimittat; 4.

II. Post expiationem etiam adhuc timendo, nec repetendo; 5.

III. Per præsumptionem de Dei misericordia non fovendo, cum et justitiæ Dei vindictam sæpe acceleret; 6, 7.

IV. Per pœnitentiam statim expiando, ne peccator a Deo vindice oppressus subito conteratur. 8, 9.

III°. *De usu linguæ parando*,

I. Per constantiam mentis, quæ non sinat se verti a quocumque in omnem partem; 11.

II. Per firmitatem judicii, ad legem Dei, veritatem rei, et sermonis justitiam attendentis; 12.

III. Per mansuetudinem voluntatis, instructionem libenter audientis, et responsum sapiens ac verum reddentis. 13.

IV°. *De usu linguæ faciendo.*

I. De rebus, quas quis perspectas habet, loqui licet; de minus perspectis sileat, ne imperitiam prodat et confundatur. 14.

II. Sermo prudens honorem et gloriam, imprudens autem dedecus ac noxam loquenti refert. 15.

III. Susurratio omnino cavenda; ut enim furem pudor gravis et pœnitentia, ac bilinguem nota pessima ignominiæ, sic susurronem odium, inimicitia et contumelia exspectant. 16, 17.

IV. Singulis perpensis, jus dicendum cuilibet, parvo æque ac magno. 16.

§ V. DE AMICITIA.

I°. *Cavenda in amicitia :*

I. Variatio, simulatio et hypocrisis; *cap.* VI, *v.* 1.

II. Fastus, ferocia, et noxia propriis arrogantia; 2, 3.

III. Malignitas et virulentia. 4.

II°. *Præstanda ab amicitia :*

I. Suavitas sermonis, multiplicans amicos et inimicos mitigans; 5.

II. Affabilitas erga omnes, et confidentia cum delectis uno vel altero; 6.

III. Familiaritas cum minore etiam, alias tamen probato, quasi cum æquali; 11.

IV. Unanimitas se demittens etiam ad verecundos et refugos. 12.

III°. *Probanda est amicitia*, 7. *et discernenda*

I. Temporaria duntaxat et cessans in adversis; 8.

II. Transitoria ab amore ad inimicitiam, odium, rixas et convitia; 9.

III. Parasitica et deficiens in necessitate. 10.

* Cavendum igitur ab inimicis; sed et amicis non confidendum nimis. 13.

IV°. *Commoda veræ amicitiæ sunt :*

I. Forte præsidium, et subsidium dives; 14.

II. Utilitas omni pretio præstantior; 15.

III. Pharmacum vitæ et immortalitatis. 16.

* Hæc amicitiæ commoda experiuntur maxime qui Deum timent et amant. 17.

§ VI. PRÆCEPTA MORUM TUM GENERALIA TUM SPECIALIA.

I°. *Universim ab omnibus*

I. Abstinendum a culpa, ut evitetur pœna. *Cap.* VII, *v.* 1.

II. Deserenda societas prava, ne participetur culpa aut pœna. 2.

III. Non indulgendum desideriis injustis, ne mali effectus multiplices inducantur. 3.

II°. *Speciatim a candidatis*

I. Non est ambiendus magistratus. 4.

II. Nec meritum coram Deo, nec sapientia coram rege jactanda. 5.

III. Neque munus judicis quærendum, nisi animi fortitudo adsit administrandi justitiam sine respectu humano ac scandalo. 6.

IV. Neque accepto principatu, peccandum contra subditos, et peccatum multiplicandum. 7, 8.

III°. *Circa communia hominis officia :*

I. Precibus, cum spe ad Deum fusis, jungantur eleemosynæ. 9, 10.

II. In muneribus sive Deo oblatis sive pauperi datis non præsumendum. 11.

III. Miser nunquam irridendus, Deo scilicet utriusque sortis auctore id observante. 12.

IV. Nec fratri nec amico struendæ sunt per mendacium insidiæ. 13.

V. Mendacium omne, multo magis mentiendi consuetudo fugienda. 14.

VI. Verbositas tum in consultationibus tum in precibus vitanda. 15.

VII. Opera laboriosa et agrorum cultura non abhorrenda. 16.

VIII. Commercium cum impiis rumpendum, ne imminens his ignis et vermis pœna commune exitium inferat. 17-19.

IX. Nec amicus ob debiti dilationem, nec frater ob mutui petitionem est adversandus. 20.

IV°. *Circa propria patrisfamilias officia :*

I. Uxor prudens, bona, verecunda, pia et grata nec repudianda, nec improba adjungenda. 21, 28.

II. Servus impiger et fidelis non aspere habendus; sed diligendus, libertate et præmio donandus. 22, 23.

III. Jumenta curanda, et utilia retinenda. 24.

IV. Filii erudiendi, et a pueritia ad virtutem formandi. 25.

V. Filiæ custodiendæ, severitate continendæ, et viro prudenti in matrimonium collocandæ; quod postremum grande opus est. 26, 27.

VI. Parentes toto corde honorandi, et memoria tum maternorum dolorum, tum vitæ ab illis acceptæ cum gratitudine retinenda. 29, 30.

VII. Deus tota mente colendus, totis viribus amandus, tota anima venerandus : ejus quoque ministri admirandi, sustentandi et honorandi. 31-33.

VIII. Sacrificia expiatoria, pacifica et holocausta Deo facienda : partes ex his et aliis sacrificiis competentes sacerdotibus tribuendæ. 34, 35.

IX. Eleemosyna pauperibus, suffragia mortuis, consolatio lugentibus, et visitatio ægrotantibus præstanda, tanquam opera quæ gratiam Dei et hominum conciliant. 36-39.

V°. *Circa omnes omnium actiones regula sit memoria novissimorum.* 40.

§ VII. CAVENDA IN CONVERSATIONE CUM PROXIMO.

I°. *Non est litigandum*

I. Cum potente, ne ejus vi opprimaris : *cap.* VIII, *v.* 1.

II. Cum divite, ne, lite constituta et prævalente apud judices auro, succumbas : 2, 3.

III. Cum loquace, ne illius iras et rixas accendas : 4.

IV. Cum rudi et inhumano, ne probra forsan familiæ tuæ audias. 5.

II°. *Non sunt spernendi*

I. Peccatores nunc pœnitentes; quia omnes nos peccasse certum est : 6.

II. Senes; quia et nos senescere possumus : 7.

III. Inimici mortui; quia et nobis mortuis id evenire nolumus : 8.
IV. Sermones seniorum sententiosi et historici; quia traditi a patribus et accommodi sunt ad instruendum intellectum, dirigendam vitam aulicam, et danda responsa, loco, tempori et personis congrua. 9-12.

III°. *Non sunt arguendi*
I. Obstinati aut feroces, ne irritati inferant noxam : 13.
II. Contumeliosi, ne calumnias reddant : 14.
III. Potentiores pro reddendo fœnore aut tollenda sponsione; cum illud sit perditum, ista præstanda : 15, 16.
IV. Judices, utpote pro quibus stat præsumptio : 17.
V. Audaces et iracundi, qui scilicet rapiuntur impetu et ad cædes proruunt. 18, 19.

IV°. *Non est consultandum*
I. Cum fatuis, utpote qui nec secreti tenaces sunt, nec boni consilii capaces : 20.
II. Cum extraneo, quia abuti notitia is potest : 21.
III. Cum quocumque, qui pro confidentia contemptum reddat. 22.

§ VIII. OBSERVANDA CIRCA COMMERCIUM CUM VARIIS.

I°. *Circa commercium maritale :*
I. Maritus non sit zelotypus, ne irritetur similis uxoris zelus aut concupiscentia; *cap.* IX, *v.* 1.
II. Nec sibi eamdem dominari sinat; quod plane probrosum foret. 2.

II°. *Circa commercium cum feminis.*
I. Nec meretrices, nec saltatrices aut cantatrices frequentandæ; ne illarum dolis aut harum artibus capiaris. 3, 4.
II. A puellis formosis ac mulierculis impudicis oculus et animus est avertendus; ne illarum decor scandalum, et istarum scelus perditionem tibi ac tuis afferat. 5, 6.
III. Non vagis et ad omne latus emicantibus oculis incedendum per viam, nec aspectus ad comptas mulieres convertendus, ob periculum interitus hinc sæpius secuti. 7-9.

IV. Notanda est fœda scortorum vilitas, et ruina multorum a mulieribus orta. 10, 11.

V. Cum alterius uxore nec confidendum, nec liberius convivandum, nec liberalius compotandum; ne adultero amore incensus ruas in perniciem. 12, 13.

III°. *Circa commercium varium.*

I. Amicus antiquus retinendus; quia novo melior. 14, 15.

II. Nec gloria peccatorum affectanda, nec injuria injustorum probanda; quia lubricus illorum status est et certus interitus. 16, 17.

III. Familiaritas cum tyranno vitanda, aut, ubi fuerit, caute omnia circumspicienda; ne vi vel insidiis vita amittatur. 18-20.

IV. Consilia nonnisi cum bene cognito et sapiente tractanda. 21.

V. Familiares et convivas habere justos, Deumque timentes est gloriosum. 22.

VI. Disquisitio et collocutio de Deo sit sensata, et legibus divinis conformis. 23.

VII. Opus artificem, sapientia principem, et prudens consilium senem commendant. 24.

VIII. Loquacitas et sermonis temeritas civium perturbationem et odium creant 25.

§ IX. DE BONO REIPUBLICÆ REGIMINE, MALIS SUPERBIÆ ET VERO HONORE.

I°. *Bonum reipublicæ regimen*

I. Pendet a sapientia principis; quæ

1°. Legibus populum ordinat et principatum stabilit; *cap.* x, *v.* 1.

2°. Exemplo tum ministros tum subditos docet et allicit; 2.

3°. Prudentia rectorum urbes amplificat, quas imprudentia alias perdit. 3.

II. Est donum Dei, qui

1°. Auctoritatem et prosperitatem in sua potestate habet; 4, 5.

2°. Opportuno tempore utilem principem tribuit; 4.

3°. Ministros aptos gloria distinguit. 5.

III. Promovetur indulgentia veniæ et impedimento injustitiæ. 6.

II°. *Mala et damna superbiæ sunt*

I. Odium, quod apud Deum et homines incurritur: 7.

II. Jactura regnorum et translatio a gente in gentem, ob injustitiam et comitem avaritiam, qua nihil est scelestius : 8, 10.
III. Immemor originis suæ tenuissimæ arrogantia : 9.
IV. Vita brevis, et mors, Deo filum præcidente, accelerata : 11, 12.
V. Corruptio corporis in sepulcro et pœnæ animæ in inferno : 13.
VI. Apostasia a Deo, et initium omnis peccati : 14, 15.
VII. Eversio probrosa rerumpublicarum, regnorum, gentium et fortunarum, Deo auctore tum facta, tum, pro modestis ac mitibus substitutis, reparata : 16-19.
VIII. Memoria superborum oblivione perpetua deleta : 20, 21.
IX. Indecentia pro viris, æqualis cum illa iracundiæ pro feminis. 22.

III°. *Verus honor stat in timore Dei ;* nam
I. Timentes Deum sunt vere nobiles, peccatores autem ignobiles. 23.
II. Sicut princeps a populo, sic timens Deum ab hoc honoratur. 24.
III. Timor Dei divitem ac pauperem æque gloriosum reddit; quin pauperem justum præ divite injusto magnificat. 25, 26.
IV. Quantumvis magnates, judices ac potentes sint magni in æstimatione hominum, majores tamen reipsa non sunt timentibus Deum. 27.
V. Sapienti, licet servo, homines etiam liberi obediunt, quin et monenti ac corripienti se submittunt; cum econtra insipiens despiciatur. 28.
VI. Urgente necessitate, nec labor est recusandus, nec vana excusatio obtendenda inertiæ; quia homo operarius quidem sed abundans, melior est nobili, sed egente. 29, 30.
VII. Quemlibet sui ipsius studiosum esse oportet; alias negligetur recte ab aliis, qui seipsum neglexerit. 31, 32.
VIII. Paupertas timentis Deum honorabilior est abundantia divitis; quia honor accedentibus pauperi divitiis augetur; his autem amissis, honor omnis injusto prius diviti tollitur. 33, 34.

§ X. DE EXTERNA RERUM SPECIE, DE DISTRIBUTIONE EARUM VARIA, DE CAUTELA CONTUBERNII.

I°. *Ex specie rerum externa nihil certi de sorte aut pretio earum statuendum;* nam

I. Qui prius abjecti fuerant, sæpe dein sunt exaltati: *cap.* XI, *v.* 1.

II. Qui statura aut forma minores sunt, subinde pluris valent, ut apes, præ aliis: 2, 3.

III. Qui splendore vestium et dignitatum insignibus gloriantur, illorum de sorte latent adhuc occulta Dei judicia: 4.

IV. Qui reges, de solio dejecti; qui principes erant, ad infima sunt redacti: plebeii autem in illud levati, et his superiores fuerunt. 5, 6.

* Hinc modestiæ et prudentiæ monita sequuntur, quæ jubent,

1°. Ne quis corripiatur temere ante disquisitionem, et nonnisi ad æquitatis mensuram post illam institutam; 7.

2°. Ne quis respondeat ante quæstionem plene perceptam, nec interrumpat loquentem; 8.

3°. Ne quis de rebus ad se non spectantibus litiget, nec consentiat temerarie judicantibus; 9.

4°. Ne quis occupetur in coacervandis divitiis, quæ vel sine delicto vel sine labore, eoque sæpe frustraneo, non comparantur. 10.

II°. *Deus pro sua voluntate distribuit*

I. Bona et mala corporis; quia

1°. Alter, quantumvis labore indefessus, nihil acquirit, alter licet otiosus, ditatur, Deo favente et omnibus mirantibus; 11-13.

2°. Læta et tristia, mors et vita, paupertas et opulentia ex Deo sunt. 14.

II. Bona et mala animi; quia

1°. Priora quidem sunt intellectus et affectus dona, Deo hæc largiente; 15.

2°. Posteriora autem fiunt, Deo culpas permittente et pœnas immittente. 16.

III. Utraque tamen cum hoc discrimine, quod dona

1°. Data justis maneant et prosperentur; 17.

2°. Data impiis, maxime avaris, nec maneant nec prosperentur; vita scilicet propter tenacitatem misera, et morte omnia ad alios transferente. 18-20.

* Hinc subjiciuntur monita

1. De constantia in fide, oratione ac custodia mandatorum divinorum servanda; 21.

2. De fuga operum et exemplorum pravorum ; 22.
3. De confidentia retinenda in Deo, tanquam potente et volente commutare sortem pauperum ; 22-24.
4. De vitanda tum pusillanimitate tum præsumptione ; 25, 26.
5. De æquanimitate utrique sorti opponenda, tum propter facilem hujus mutationem in vita, tum propter futurum sub mortem pro piis initium præmii, pro impiis finem deliciarum, pro utrisque judicium de operibus ; 27-29.
6. De titulo beati ac felicis nemini ante mortem tribuendo, sed demum ex sequelis agnoscendo. 30.

III°. *Cautelæ pro contubernio :*

I. Non admittendus est in habitationis socium quicumque ; minime autem dolosus ac superbus, 31.
1°. Ob infamiæ, deceptionis et ruinæ intentandæ periculum ; 32.
2°. Ob boni in malum detorquendi imputationem ; 33.
3°. Ob maximum e minimo defectu damnum imminens. 34.

II. Excludendus a contubernio machinator malorum, ob probrosissimam notam hinc facile contrahendam. 35.

III. Avertendus extraneus aut ignotus; ne turbetur domus et abalienentur domestici. 36.

§ XI. REGULÆ PRO BENEFICENTIA ET AMICITIA.

I°. *Pro beneficentia :*

I. Beneficium, ut decus et meritum habeat, ad conditionem tum dantis tum accipientis attemperandum est. *Cap.* XII, *v.* 1.

II. Ut gratiam certiorem et ampliorem referat, dandum est justo; peccatorem enim, præsertim illiberalem, Deus ipse negligit. 2, 3.

III. Ne cedat in malitiæ augmentum, et discrepet a divina agendi ratione, largiendum est piis, bonis et modestis potius, quam impiis, sceleratis, aut peccatoribus ingratis. 4-7.

II°. *Pro amicitia cum inimicis :*

I. Verus amicus agnoscitur, non in prosperis, sed in adversis ; inimicus autem tam in adversis per gaudium, quam in prosperis per tristitiam proditur. 8, 9.

II. Inimico, etiam reconciliato et ad obsequia se humilianti, non facile fidendum est, ob residuam in eo malitiæ ac odii radicem. 10, 11.

III. Inimicus, quantumvis amicum se simulet, non est faciendus consors honoris aut gradus; ne hunc, excluso socio, occupet, ac proin nemo misereatur ejus, qui malum hoc ex consortio imprudens sibi accersivit. 12, 13.

IV. Amicus falsus adest in prosperis, disparet in adversis. 14.

V. Larvatus inimicus blanditur quidem verbis, et lacrymas etiam fundit; sed corde insidias parat, machinatur mortem, urget amici casum, ac de eodem seculo plaudit capite, vultu, voce, manibusque. 15-19.

§ XII. DE FAMILIARI COMMERCIO SIVE CUM INÆQUALIBUS SIVE CUM ÆQUALIBUS.

I°. *Commercium familiare declinandum est humili cum superbo, pauperi cum divite, mediocri cum potentiore :*

I. Universim ob mala et pericula prioribus inde obventura. *cap.* XIII, *v.* 1-3.

II. Specialim etiam

1°. Ob injuriam a potentiore inferendam, a mediocri tolerandam; 4.

2°. Ob amicitiam sumptibus redimendam, lucro cessante dissuendam; 5.

3°. Ob sumptus in convivia profundendos, operasque præstandas sine fructu et reciproco subsidio; 6-8.

4°. Ob spem obtinendæ a Deo opis, metum autem incurrendæ seductionis, ex nimio hominibus se accommodandi studio. 9-11.

II°. *Si quod tamen hujusmodi necessarium foret,* oportet,

I. Peracto negotio, mox recedere : 12.

II. Nec se importune ingerere, nec diutius tamen abesse : 13.

III. Non colloqui quasi cum pari, nec liberius aut confidentius garrire, ne eliciantur secreta; hæc autem morosius perpensa præbeant occasionem vindictæ : 14, 15.

IV. Studiose attendere interroganti, et interrogationem caute perpendere, ne responsum male cedat : 16, 17.

V. Denique Deum per omnem vitam diligere, et pro salute ac incolumitate invocare. 18.

III°. *Familiare commercium duntaxat colendum esse cum æqualibus, ostenditur*

I. Ex naturali sympathia, qua animal et homo ad similem sibi speciem inclinat : 19, 20.

II. Ex antipathia, qua agnus lupum, canis hyænam, et dives pauperem declinat : 21, 22.

III. Ex voracitate, qua leo onagrum, et dives pauperem absumit : 23.

IV. Ex horrore reciproco, quo superbus humilem, et dives pauperem adversantur : 24.

V. Ex subsidio mutuo, quod in necessitatis casu dives diviti præstat, pauperi autem, etiam cum increpatione, negat : 25-27.

VI. Ex populari æstimatione, quam sermo a divite prolatus refert, a paupere dictus amittit. 28, 29.

* Additur observatio :

1°. Opulentiam tamen esse bonam, quæ comparata est sine peccato; paupertatem vero malam, quæ cum peccato conjuncta. 30.

2°. Animi conditionem translucere quidem per faciem aut lætam aut tristem; dignoscere tamen ex hac illam penitus, esse difficillimum. 31, 32.

§ XIII. DE VERA HOMINIS BEATITUDINE, VANA AVARI STULTITIA, PRUDENTI BONORUM USU.

I°. *Vera hominis beatitudo stat*

I. In immunitate a lapsu linguæ et a malitia operis: *cap.* XIV, *v.* 1.

II. In tranquillitate conscientiæ et juste firmata spe salutis. 2.

II°. *Vana avari stultitia apparet,* dum is

I. Frustra ac sine usu aut fructu possidet divitias : 3.

II. Magno labore illas congregat, sed dissipandas ab aliis : 4.

III. Sibi ipsi injurius est, nec frui re sua audet : 5, 6.

IV. Non benefacit ulli, nisi ignoranter, aut invite; utrinque autem maligne, ubi molestiam hanc vel signis impatientiæ manifestat, vel aversione vultus declinat : 7, 8.

V. Non satiatur unquam, et arescens demum consumitur : 9.

VI. Nec sibi nec suis cibum indulget. 10.

III°. ***Prudens bonorum usus fit,*** si possessor

I. Curet honestam sibi sustentationem, et dignas Deo oblationes : 11.

II. Memor mortis, quoad tempus quidem incertæ, quoad eventum autem certæ ac instantis, jam ante supremam horam benefaciat amico, et pro facultate det pauperi eleemosynam : 12, 13.

III. Fruatur jucunditate temporis et donis a Deo concessis; nec defraudet se usu bonorum proprio labore partorum, ob hæredes ea per sortem divisuros : 14, 15.

IV. Opum suarum partem alteram communicet cum aliis, vel meritis vel egentibus, alteram suæ necessitati aut commodo impendat; sicque ante mortem, post quam facultas non erit, bene mereri studeat : 16, 17.

V. Memor sit tum brevis vitæ ac celeris mortis, tum corruptionis, cui obnoxia sunt omnia, præter bona opera, quibus sua gloria manet. 18-21.

§ XIV. DE PECCATI AUCTORE, NULLO PECCATORIS PRETIO, VINDICE PECCANTIUM POENA.

I°. *Auctor peccati*

I. Non est Deus; utpote qui

1°. Omne peccatum odit; *cap.* xv, *v.* 11.

2°. Peccatores adeo non inducit in errorem, ut hunc tum ipse execretur, tum Deum timentes amare non possint; 12, 13.

3°. Nec mandatum nec immunitatem peccandi dat, cum impios et impietatem adversetur. 21, 22.

II. Est hominis liberum arbitrium, utpote

1°. Sub creationis initium a Deo concessum homini; 14.

2°. Lege tamen et præceptis adjectis circumscriptum; 15.

3°. Præmiis propositis ad horum observantiam excitatum; 16.

4°. Facultate sive bonum sive malum eligendi omnimoda præditum; 17, 18.

5°. Sapienti Dei directione, potenti auxilio et perspicaci attentione ad bene agendum adjutum et stimulatum. 19, 20.

II°. *Peccatoris pretium nullum*

I. Pro parentibus, quorum filii impii fuerint; *cap.* XVI, *v.* 1. siquidem

1°. Hi, quantumvis numero, ætate ac fortuna floreant, nec tamen hinc habent meritum, nec cum unico Deum timente comparari possunt; 2, 3.

2°. Illis vero melius est, nullos, quam impios relinquere filios. 4.

II. Pro patria, quæ ab uno cive pio incolis repletur et redditur frequens; a civium autem improborum familiis fit tenuior ac desolatior. 5.

III. Pro regnis et rebuspublicis, ut exempla tum visa tum audita docent. 6.

III°. *Vindex peccatorum pœna a Deo sumenda*

I. Probatur ab exemplis

1°. Gigantum diluvio oppressorum; 8.

2°. Sodomitarum igne absumptorum; 9.

3°. Jerichuntinorum ferro excisorum; 10.

4°. Hebræorum, tum multitudine maxima collectorum tum singularium, morte percussorum. 11.

II. Demonstratur ex attributo justitiæ, quæ Deo æque convenit, et non minus efficaciter operatur secundum hominum merita, ac misericordia divina. 12-15.

III. Confirmatur

1°. Refutatione exceptionum, quasi Deus vel minora et singularia non curet, vel longe dissita non observet, vel memor non sit omnium; 16, 17.

2°. Illustratione tum divinæ scientiæ, omnia inspicientis et humanam cognitionem transcendentis, tum divinæ justitiæ, nunc quidem ab exerrante stultorum animo non consideratæ, sed experiundæ olim nec tolerandæ. 18-23.

§ XV. ENARRATIO OPERUM ET MAGNALIUM DEI CUM ADHORTATIONE SUBJUNCTA.

I°. *Præfatio Siracidis,*

I. Excitantis auditorem ad docilitatem et attentionem: *cap.* XVI, *v.* 24.

II. Exponentis tum suum huic dictioni impensum studium, tum dicendorum argumentum. 25.

II°. *Capita enarrationis.*

I. Creatio et dispositio universi:

1°. Deus sapienter condidit omnia ac, secundum cujusque genus, distribuit in suas partes; 26.

2°. Quodvis eorum stabilivit instruxitque ita, ne deficeret; 27.

3°. Eadem distinxit in suas classes et limites, data lege, ne alterum alteri obesset; 28, 29.

4°. Post hæc terram vestivit herbis, plantis et arboribus; mox etiam implevit animantibus, in terram, unde sumpta sunt, redituris. 30, 31.

II. Formatio et dotatio hominis:

1°. Deus formavit Adamum ex limo terræ, et fecit ad suam imaginem; *cap.* XVII, *v.* 1.

2°. Tribuit eidem, mortali demum facto, convenientes naturæ suæ vires; 2.

3°. Definivit vitæ tempus, dedit dominium in terrestria, fecitque timendum cunctis animantibus; 3, 4.

4°. Addidit formatam ex ipso Evam in adjutorium simile, et corporis sensus animique facultates. 5.

III. Institutio generis humani,

1°. Per scientiam tum physicam et theologicam, tum speculativam et practicam; 5, 6.

2°. Per providam directionem et manifestationem mediorum ac finis; 7, 8.

3°. Per notitiam disciplinæ ac legis naturalis omnium cordibus inscriptam. 9.

IV. Præcellentia populi Hebraici,

1°. Ob fœdus cum eodem initum a Deo, et speciales leges constitutas; 10.

2°. Ob gloriam divinam oculis et auribus illius propositam, sub promulgationem decalogi; 11, 12.

3°. Ob providentiam divinam ad illum singulariter attentam; 13.

4°. Ob regimen illius, cum aliis gentibus præessent homines, a Deo ipso susceptum. 14, 15.

V. Gubernatrix gentium omnium ordinatio,

1°. Deo omnes earum actiones clarissime cognoscente, et accurate observante; 16.

2°. Legis utriusque vigorem contra quascumque transgressiones tuente ac urgente; 17.

3°. Opera misericordiæ præstita sollicite adnotante, et gratiose conservante; 18.

4°. Contra impios ad extremum exsurgente, et secundum demerita pœnas reddente; 19.

5°. Pœnitentibus tamen reditum ad justitiam, debilibus vires ad constantiam, perseverantibus jus hæreditarium ad gloriam largiente. 20.

III°. *Adhortatio subjuncta*

I. Ad pœnitentiam, cum conversione ad Deum, aversione a peccato, humili postulatione veniæ, remotione scandali ac periculi, et declinatione divini odii: 21-23.

II. Ad vitæ perfectionem, exercendo justitiam, perseverando in bono proposito, aspirando ad beatitudinem per imitationem sanctorum: 24, 25.

III. Ad pietatis ac religionis officia non differenda ad mortem usque, sed jam a sano et vegeto præstanda: 26, 27.

IV. Ad agnoscendam et prædicandam misericordiam Dei, reversos ad se clementer excipientis, fragilitati humanæ, aliis etiam creaturis communi, benevole indulgentis, et vilissimam nostram tenuitatem non despicientis. 28-31.

§ XVI. ARGUMENTA MAGNITUDINIS DEI, ET DOCUMENTA ETHICA.

I°. *Argumenta magnitudinis Dei*, desumpta

I. Ex attributis æternitatis, omnipotentiæ creatricis, justitiæ et supremi dominii : *cap.* XVIII, *v.* 1.

1°. Quæ et quorum opera enumerare, investigare aut enuntiare potest nemo; 2-4.

2°. Quibus nihil addi aut demi potest, nec perscrutandis sufficit ullus. 5, 6.

II. Ex collatione cum homine,

1°. Qui nihil est ratione sui, nec Deo utilis aut noxius; 7.

2°. Cujus vitæ, si longæva fuerit, anni sunt centum; et hi, cum ævo comparati, sunt, ac si gutta aquæ cum mari, aut calculus cum hujus arenis conferantur. 8.

III. Ex bonitate Dei, quæ,

1°. Ob hanc ipsam hominis tenuitatem et pronitatem ad peccandum, offert propitiationem, et ostendit viam justitiæ; 9-11.

2°. Tanquam diffusa ad omnes, excedit humanam misericordiam, ad amicos tantum restrictam; 12.

3°. Instar pastoris gregem suum curantis, providet omnibus, et disciplinam admittentibus indulget. 13, 14.

II°. *Documenta ethica :*

I. De eleemosyna danda

1°. Sine tædio et vultus tristitia; 15.

2°. Cum benevolentia sermonis, quæ et suavitatem et pretium dono excellentius addit; 16, 17.

3°. Sine vituperio aut exprobratione pauperis, nonnisi a stultis fieri solita. 18.

II. De provida præparatione

1°. Causæ justæ ante actionem, et scientiæ ante doctionem; 19.

2°. Medicinæ præservativæ ante morbum, et examinis sui ipsius ante judicium divinum; 20.

3°. Humiliationis, conversionis et deprecationis ante morbum extremum et mortem; 21, 22.

4°. Reverentiæ, attentionis et devotionis ante orationem. 23.

III. De memoria habenda

1°. Iræ divinæ, tempore extremo imminentis, et aversionis ab impiis; 24.

2°. Famis et egestatis, tempore abundantiæ et divitiarum, ob facilem ac subitam sortis vicissitudinem et temporis mutationem. 25, 26.

IV. De actibus sapientiæ, cujusmodi sunt

1°. Metuere in omnibus, et cavere sibi sollicite, præsertim in diebus quibus indulgetur genio et peccatis; 27.

2°. Diligere disciplinam et æstimare ejus observantiam; 28.

3°. Profiteri eamdem tum verbo tum opere, ejusque sententias ac præcepta instillare aliis. 29.

V. De continentiæ regulis, quæ
1°. Prohibent consentire concupiscentiis; 30.
2°. Dehortantur ab infamia per concupiscentias contrahenda; 31.
3°. Monent abesse ab epulis et conviviis, ne ex collatione huc facienda, et mutuo ad hanc sumendo, sequatur penuria et vitæ noxa. 32, 33.

§ XVII. CONTINUATIO DOCUMENTORUM AD VARIA MORUM GENERA PERTINENTIUM.

I°. *Damna ebriositatis.*
I. Hæc sensim inducit paupertatem : *cap.* XIX, *v.* 1.
II. Conjuncta cum libidine, ad devia et probrosa seducit : 2.
III. Addicta scortis, jacturam famæ, sanitatis et animæ adducit. 3.

II°. *Levitas cordis et linguæ.*
I. Prior facilitatem in credendo, pravam lætitiam in audiendo, loquacitatem in detrahendo, et difficultatem in resipiscendo comites habet; sed et hinc notam imprudentiæ, contemptum, pœnitentiam et præmaturam mortem sequaces trahit. 4–6.
II. Posterior frænanda est, nempe
1°. Non iterando, nec reddendo asperis aliorum verbis æqualia; 7.
2°. Non aperiendo promiscue cuilibet animi sensus aut commissos errores, ob abusum hujus confidentiæ timendum; 8, 9.
3°. Continendo secum audita de aliis, nec divulgando, quod stultorum est, qui secreti impatientes urgentur ad propalandum. 10-12.

III°. *Usus linguæ utilior*
I. In correptione proximi, ob factum vel dictum ab eodem, sciente aut ignorante malitiam, prolatum. 13, 14.
II. In admonitione proximi, circa calumniam vere vel falso contra illum sparsam. 15–17.
III. In minis non præpropere adhibendis, et ira moderanda, ob Dei timorem ac legem. 17, 18.
* Quia præter illam, quæ in hoc timore ac lege fundatur, sapientia nulla est; et indoctus quidem, sed probus, præstantior habetur quam doctus, sed improbus. 19-21.

IV°. *Notio hypocrisis.*
I. Discrimen intercedit solertiam rectam, æquam ac veritatis certæ studiosam inter, et exquisitam quidem et exactam, sed iniquam, quæ est hypocrisis. 22, 23.

II. Characteres posterioris sunt

1°. Simulare nequiter ignavam quasi modestiam, et animo meditari dolos; 23.

2°. Affectare demissionem nimiam, nulliusque rei extra se seu curiosam seu consciam; 24.

3°. Dissimulare etiam offensas, dum vires nocendi desunt; ubi hæ fuerint, omne virus exerere. 25.

III. Conjectura de hac aliisque animi affectionibus ex aspectu et forma vultus, amictu item corporis, risu et incessu hominis fieri potest. 26, 27.

V°. *Observatio de correptione, judicio et silentio.*

I. Observatio summaria de correptione contumeliosa, judicio bono, silentio prudenti. 28.

II. Observatio singularis de correptione

1°. Respectu corripientis : placida correptio iratæ est præferenda, et erga confessum ac pœnitentem minuenda; *cap.* XX, *v.* 1.

2°. Respectu correpti : culpa confitenda, et voluntas peccatrix per pœnitentiam subigenda. 4.

III. Observatio singularis de judice injusto, violante justitiam, spadonis instar virginem sibi commissam corrumpentis. 2, 3.

IV. Observatio singularis de silentio cum loquacitate collato :

1°. Nonnunquam sapientis est silere, insipientis vero loqui; 5.

2°. Aliquando silere est signum insipientiæ, aliquando prudentiæ ad opportunitatem attentæ; 6.

3°. Sapiens nonnisi tempore opportuno, insipiens quolibet tempore loquitur; 7.

4°. Multiloquus sibi nocet, affectatus dictator odio est omnibus. 8.

VI°. *Successus variorum, varians*

I. In scelesto vota sua consequente, sed ad suum damnum : 9.

II. In beneficio alias utiliter impenso : 10.

III. In altero pro gloria confusionem, altero pro modestia exaltationem referente : 11.

IV. In avaro multa justo minoris emente, postea multo amplius amittente : 12.

V. In gratia ex sapientum verbis proveniente, ex stultorum officiis non sequente : 13.

VI. In donis stultorum, pro paucis datis multa exspectantium, alias vero improperia jactantium : 14, 15.

VII. In fœneratore mutuum hodie dante, cras repetente, et hinc omnibus exoso : 16.

VIII. In prodigo, præter fictas in faciem blanditias et ludicras post tergum irrisiones, amicitiæ nihil referente; idque ob defectum prudentiæ discernentis, quid retinendum, quid erogandum sit : 17-19.

IX. In mendaci delatore, insulso nugatore, et importuno blaterone ; quorum prior subito direque corruet, reliqui aliis risui et contemptui erunt. 20-22.

VII°. *Defectus inopiæ et verecundiæ, probrum mendacii, conditio sapientiæ veracis.*

I. Inopia adimit sæpe facultatem peccandi, voluntatem non semper. 23.

II. Verecundia perdit animam, dum quis hominis gratia peccat ; perdit amicitiam, dum quis similiter promittit, quæ præstare non vult vel nequit. 24, 25.

III. Mendacium est turpe hominis probrum; quia

1°. Prodit animum disciplina carentem ; 26.

2°. Infert reipublicæ noxam præ furto majorem; 27.

3°. Notat mendaces ignominia et infamia perpetua. 28.

IV. Sapientia verax,

1°. Si verbis prodatur, loquentem promovet, gratiam optimatum conciliat, meritorum et gloriæ cumulum colligit, et offensarum placationem obtinet; 29, 30.

2°. Si xeniis et donis corrumpatur, quasi frænis ori injectis compescitur vel avertitur; 31.

3°. Si obmutescat, æque ac latens thesaurus est inutilis, ac minoris etiam meriti, quam habeat insipientia conticescens. 32, 33.

VIII°. *Monita et minæ ad peccatores.*

I. Si quod peccatum commissum fuerit, non est iterandum, sed humiliter pro ejus venia supplicandum. *Cap.* XXI, *v.* 1.

II. Ne quod committatur, omni cura cavendum,

1°. Ob ejus virulentiam, quæ accedentem inficit; 2.

2°. Ob ejus ferociam, quæ animam interficit; 3.

3°. Ob ejus vim noxiam, quæ corpus etiam sauciat et perdit. 4.

III. Superbæ ac injuriosæ dominorum vel herorum violentiæ instat fortunarum et familiæ ruina ; oppressis scilicet vindictam postulantibus, et Deo eamdem inferente. 5, 6.

IV. Peccator jam obduratus monita et monitores rejicit; Deum adhuc timens recipit, et convertitur. 7.

V. Audax contra omnes mordaxque lingua declinatur a prudente quolibet. 8.

VI. Qui ædificat domum ex alieno vel rapto, sepulcrum sibi exstruit. 9.

VII. Peccatoribus, quantumvis de potentia sua et prosperitate confidentibus, certus est interitus ac infernus. 10, 11.

IX°. *Discrimen inter vere sapientem et falso sapientem seu stultum.*

I. Desumptum a studio :

1°. Veræ sapiens observat legem, dominatur suæ menti et timet Deum ; 12, 13.

2°. Falso sapiens negligit bonum, abundat in malo, sibique, proximo, ac Deo adversus est. 14, 15.

II. Desumptum a corde :

1°. Cor sapientis abundat scientia, et fons est consiliorum pro aliis ; 16.

2°. Cor stulti, instar vasis confracti, nihil sapientiæ retinet. 17.

III. Desumptum ab auditu : gnomen quamcumque auditam sapiens probat sibique applicat ; stultus spernit et aversatur. 18.

IV. Desumptum a sermone : qui

1°. Prolatus a sapiente est gratus singulis, exoptatur ab integris cœtibus, et frequenti meditatione diu conservatur ; 19, 20.

2°. Dictus autem a stulto molestus est omnibus et exosus, ob res quantumvis bonas inordinate, confuse, contrarie, aut cum contradictione etiam propositas ; ob verba demum sensu et intellectu carentia. 19, 21.

V. Desumptum a gestibus et actionibus :

1°. Risus fatui est clamosus, sapientis modestus ; 23.

2°. Insignia prudentiæ stulto, quasi compedes et vincula, displicent, sapienti tanquam ornamenta placent ; 22, 24.

3°. Stultus impudenter in omnes cœtus irrumpit, sapiens accedere potentes veretur ; 25.

4°. Stultus alienas in ædes per fenestram introspicit, aut auscultat ad ostium, sapiens et prius non facit, et posterius gravate fert ; 26, 27.

5°. Stultus tum quælibet de aliis tum sua etiam arcana prodit, sapiens et ponderat dicenda, et continet tacenda ; 28, 29.

6°. Maledicus et susurro animæ suæ damnum, actionibus et sociis suis odium accersit, taciturnus et sapiens honorem refert. 30, 31.

X°. *Probra pigri, male morati, et stulti.*

I. Pigrum, tanquam rem vilissimam et spurcissimam, contemnunt, aversantur et a se rejiciunt omnes. *Cap.* XXII, *v.* 1, 2.

II. Male moratæ proles ignominia afficiunt patrem ; filia hujusmodi etiam maritum ; bene morata autem maritum optima hæreditate locupletat. 3-5.

III. Ut prolium educatio ad sapientiam proficiat, disciplina non est laxanda, sed urgenda. 6.

IV. Operam perdit, et quasi dormienti loquitur, qui stultum docet. 7-9.

V. Stultus, æque ac mortuus, imo magis et diutius est deplorandus, ob vitam ejus morte pejorem. 10-13.

VI. Cavenda est collocutio et conversatio cum stultis; declinentur molestia, periculum et tædium hinc nascitura. 14-16.

VII. Plumbo onerosior, et præ massa ex tribus ponderosissimis conflata, intolerabilior est impudens, stultus et impius. 17, 18.

VIII. Cor prudentis, præmeditato consilio confirmatum, nec frangitur adversis, nec metu trepidat; cor autem stulti non ita stabilitum, nec timori nec adversis resistit. 19-22.

IX. Stultus ad terriculamenta humana, non vero divina, justus e contrario non ad humana, sed ad divina terriculamenta trepidat. 23.

XI°. *Cavenda et præstanda amicis :*

I. Ut ad læsionem oculi lacrymæ, ad puncturam cordis dolor, et ad jactum lapidis fuga volucrum, sic ad convitium dissolutio amicitiæ sequitur. 24, 25.

II. Vel vis gladii intentata, aut acerbius dicterium injectum amico, si ira præceps intervenerit, spem veniæ permittit; minime autem probrum destinatum, exprobratio beneficii, superba despectio, secreti violatio, aut læsio dolo perpetrata. 26, 27.

III. Fides amico etiam ad incitas redacto servanda, ut quis particeps esse possit tum lætitiæ ex reduce amici fortuna oriturae, tum hæreditatis ex ejus testamento obventuræ. 28, 29.

IV. Abstinendum a convitiis et rixis cum amico; ad quæ sæpius cædes et sanguinis effusio, sicut ad fumum flamma sequitur. 30.

V. Amicum salutare et protegere, ac, licet occasionem damni præbuerit, sustinere oportet. Huic enim satis pœnæ fuerit, quod reliqui audito hoc facto illum deserant. 31, 32.

VI. Votum Siracidis pro moderatione suæ linguæ ad declinanda damna hactenus recensita. 33.

§ XVIII. SIRACIDIS PRECATIO AD DEUM, ET INSTRUCTIO AD HOMINES.

I°. *Precatio postulans a Deo dominatore universi*

I. Dominium labiorum et linguæ; *cap.* XXIII, *v.* 1.

II. Rectitudinem cogitationum et moderationem affectuum; 2.

III. Dissipationem ignorantiæ et imminutionem lapsuum, hostibus materiam gaudii præbentium; 3.

IV. Auxilium divinum ad hæc omnia prævenienda; 4.

V. Extirpationem superbiæ, desiderii pravi et concupiscentiæ carnis. 5, 6.

II°. *Adhortatio ad cavenda vitia linguæ, et hinc sequentia tam mala opera quam damna.* 7, 8.

I. Cavenda tum consuetudo jurandi, tum crebra nominatio Dei ac sanctorum, 9, 10.

1°. Ob frequens ac certum in his peccandi periculum; 11.

2°. Ob occasionem augendi peccata et accersendi pœnas; 12.

3°. Ob retractationem falsi difficilem, et hinc duplicandum peccatum; 13.

4°. Ob pœnam juramento licet vero, temere tamen prolato, divinitus statutam. 14.

II. Cavenda blasphemia, seu verba alia quæcumque morte digna, a quibus Deus veros Israelitas ac pios homines abstinere voluit. 15, 16.

III. Cavenda proterva intemperantia effutiendi quidlibet, quod in buccam venerit. 17.

IV. Cavenda tum irreverentia in parentes tum oblivio prosapiæ, ne, dum quis altius evectus et insolentior factus fuerit, inde patiatur probrum, seque natum non fuisse exoptet. 18, 19.

V. Cavenda convitiandi assuetudo, utpote quæ eruditionem ac emendationem impedit. 20.

III°. *Tractatio de vitiis carnis.*

I. Tres hominum sunt classes, quarum duæ peccata peccatis cumulant, tertia illas superat, iramque Dei ac perditionem provocat: 21.

II. Prima est libidinosorum, cogitatione et desiderio, aliisque ad hæc sequentibus, se fœdantium; 22.

III. Altera fornicariorum, cupiditati carnis indulgentium, quoscumque etiam deformes sollicitantium, nec ante expletam libidinem quiescentium; 23, 24.

IV. Tertia adulterorum,

1°. Vitam suam periculo exponentium; 25.

2°. Quod non videantur ab hominibus, se immunes existimantium; 26.

3°. Deum vindicem, omniaque etiam abditissima observantem, nec cogitantium nec timentium; 27-29.

4°. Tandem detectorum, et pœnam publicam ac dedecus apud omnes incurrentium. 30, 31.

V. Ad tertiam classem pertinens, adulterarum, quarum

1°. Conditio est eadem, quæ adulterorum; 32.

2°. Culpa triplex, scilicet contra Deum, contra maritum, contra proles legitimas; 33.

3°. Pœna tum mortis in ipsas, tum exclusionis ab hæreditate et sterilitatis in spurios, tum ignominiæ ac dedecoris in utrosque. 34-36.

* Ex his intelligent omnes, nihil esse melius timore Dei, nihil suavius observatione legis divinæ, nihil gloriosius, nihilque ad longævitatem utilius servitio Domini. 37, 38.

§ XIX. TRIA BONA, TRIA MALA, DECEM JUCUNDA, MULIER NEQUAM, MULIER PROBA, PUELLA PETULANS.

I°. *Tria, sapientibus, Deo, et homini probata, sunt concordia fratrum, amor proximorum et consensio conjugum.* Cap. XXV, v. 1, 2.

II°. *Tria, exosa et sapienti molesta, sunt pauper superbus, dives mendax et senex fatuus.* 3, 4.

I. Posterioris defectus oritur ex institutione juventutis neglecta; 5.

II. Opposita eidem indicia sapientiæ, scilicet maturum judicium, prudens consilium, solers meditatio et frequens experientia

1°. Exornant canitiem; 6.

2°. Expoliunt veteranas rugas; 7.

3°. Coronant senectutem. 8.

III°. *Decem sunt jucunda, quorum priora novem sine exceptione Siracides æstimat; decimum autem etiam commendat.* 9.

I. Novenarium hunc numerum faciunt

1°. Pater prolium egregiarum; 10.

2°. Superstes hostium suorum subversioni 10.

3°. Maritus uxoris prudentis; 11.

4°. Immunis a lapsu linguæ; 11.

5°. Exemptus a servitio indignis præstando; 11.
6°. Utens amico sincero; 12.
7°. Nactus auditores dociles et obsequentes; 12.
8°. Assecutus insignem rerum divinarum cognitionem; 13.
9°. Instructus scientia negotiorum agendorum. 13.

II. Decimum est timens ac timor Dei, qui
1°. Prioribus ac omnibus præcellit; 13, 14.
2°. Cum nullo ob præcellentiam suam conferri debet; 15.
3°. Initium est amoris divini, et, ubi fides accesserit, fundamentum donorum reliquorum. 16.

IV°. *Mulierem nequam esse malum pessimum, ostenditur*

I. Per comparationem
1°. Cum tristitia cordis, quæ sicut plagas omnes dolore superat, sic mulier nequam nequitias vincit; 17-19.
2°. Cum contumelia et vindicta ab odientibus et inimicis illata, quæ sicut eamdem passis est intolerabilis, sic et malitia mulieris; 20, 21.
3°. Cum veneno serpentis et consortio leonis ac draconis, quorum tamen illud minus noxium, et hoc magis optabile, quam ira et societas mulieris malæ. 22, 23.

II. Per hypotyposin
1°. Mulieris vultu immutato, facie instar ursi obscura et truci, ore squalido et cilicii adinstar rugoso, malitiam suam prodentis; 24.
2°. Mariti ad hæc gementis, et tacite tantum suspirantis; 25.
3°. Malitiæ in muliere maximæ, et peccatori in pœnam optandæ; 26.
4°. Molestiæ ab hujusmodi marito in tali conjugio tolerandæ. 27.

III. Per recensionem damnorum a muliere tum inferendorum tum illatorum: nempe mulier
1°. Iracunda et impudens affert magnam domui ignominiam; 29.
2°. Adepta dominatum, adversatur viro, ejus animum dejicit, faciem contristat, cor sauciat, manus et genua debilitat, omneque solatium tollit; 30-32.
3°. Prima initium peccandi et necessitatem moriendi dedit. 33.

IV. Per monita adjecta:
1°. Mulieris species non est attendenda, nec ob hanc illa est concupiscenda; 28.
2°. Uxor domi, ut aqua in vase, est retinenda; 34.
3°. Eadem, ut prohibeatur probrum, sub potestate est continenda; 35.
4°. Si affectu abusa fuerit, est dimittenda. 36.

V°. *Mulier proba*

I. Vitam mariti reddit beatam, longævam, jucundam et pace completam; *cap.* XXVI, *v.* 1, 2.

II. Tanquam merces hæreditaria, a Deo datur marito pro bene factis; 3.

III. Pauperum æque ac divitum conjugum sortem facit tranquillam et lætam. 4.

VI°. *Mulieris nequam variæ classes :*

I. Mulier zelotypa

1°. Abhorrenda est ac timenda præ tribus malis gravissimis, 5, 8. scilicet præ

1. Proditione civitatis, 6.
2. Seditione populi, 6.
3. Actione capitali injusta; 7.

2°. Flagellat assidue maritum suis conviliis, et diffamat publice; 9.

3°. Instar jugalis bovis impatientis, jugum commune concutit, et scorpionis instar venenum ejicit. 10.

II. Mulier vinosa et iracunda contumeliam ac turpitudinem suam celare non potest. 11.

III. Mulier impudica ex oculis et palpebris elatis dignoscitur. 12.

VII°. *Puella petulans*

I. Custodienda est a parentibus, ne dedat se libidini; 13.

II. Cohibenda item ab omni inverecundo aspectu, ne ex indulgentia fiat audentior ad peccandum; 14.

III. Relicta sibi, cum obvio quoque etiam vilissimo scortabitur; lassanda quidem, non satianda. 15.

VIII°. *Mulieris probæ virtutes et commoda :*

I. Uxor sedula delectat et ditat maritum; 16.

II. Disciplinæ studiosa, prudens et modesta donum Dei est, superans omne pretium; 17, 18.

III. Sancta moribus, et custos pudicitiæ est gratia Dei maxima, nec satis pro merito æstimanda; 19, 20.

IV. Instructa donis sexui propriis,

1°. Ut sol mundum, sic pulchritudine domum exornat; 21.

2°. Ut lucerna templum sanctum, sic maturitate familiam illustrat; 22.

3°. Ut basis argentea columnam auream, sic decora gravitate rem domesticam sustentat; 23.

4°. Ut fundamentum petræ innixum stabilitatem, sic corde mandatis Dei affixo sanctitatem conservat. 24.

§ XX. TRES HOMINES MISERABILES, DUÆ CONDITIONES VITÆ DIFFICILES, TRES ANIMORUM INDICES, DEFECTUS AMICITIÆ DETESTABILES.

I°. *Hominum miserabilium*

I. Gemini priores merentur commiserationem, et sunt miles sine stipendio, ac vir sapiens sine honore; *cap.* XXVI, *v.* 25, 26.

II. Posterior commovet indignationem, et paratam a Deo incurrit pœnam, estque justus declinans in peccatum. 25, 27.

II°. *Conditionum vitæ difficilium et periculo peccandi expositarum altera est negotiatio seu mercatura, altera professio cauponaria:* 28. quia

I. Universim avaritia et cupiditas ditescendi inducit peccatum, et avertit animum a Deo; *cap.* XXVII, *v.* 1.

II. Speciatim ementes et vendentes lucrum collidit, peccatum excipit, et casus præcipitat; 2, 3.

III. Utrimque autem, eliso Dei timore, familiam exitium sequitur. 4.

III°. *Certi animorum indices:*

I. Ut cribri concussione farina a furfure, sic rationum examine consilia bona a malis secernuntur; 5.

II. Ut fornax vasa figuli, sic angustiarum tentatio animum hominis explorat; 6.

III. Ut cultura arboris ex fructu, sic affectio cordis ex sermone, non autem ante sermonem, noscitur. 7, 8.

IV°. *Disparatæ justi et improbi rationes:*

I. Justitia studio acquiritur, acquisita honorem coram Deo conciliat, contra hostes tuetur, securitatem in die judicii præstat; 9.

II. Virtus amatori suo, ut similis simili, jungitur; vitium sectatori suo, ut leo prædæ, insidiatur; 10, 11.

III. Sapiens solis adinstar luce constanti fulget; stultus ut luna per vices mutatur; 12.

IV. Cum imprudentibus raro, cum prudentibus assidue conversandum; 13.

V. Improborum narratio est onerosa, **risus ac joci sunt scelerati**, juramenta blasphema ac impia sunt horrenda et auditu intolerabilia, jurgia et maledicta sanguinem spirant et aures lædunt. 14-16.

V°. *Proditor arcanorum amici*

I. Perdit et fidem amico datam, et dilectionem proximo debitam, et spem ullius cum alio amicitiæ reliquam; 17, 18.

II. Perdit amicum proditum, æque ac mortuum, irrecuperabiliter; 19, 20.

III. Perdit eumdem, æque ac avem manu emissam aut capream laqueo elapsam, irrevocabiliter; 21, 22.

IV. Perdit amicitiam, secreti revelatione, magis, quam convitio, et irreconciliabiliter. 23, 24.

VI°. *Hypocritæ et perfidi amici*

I. Character est tegere vultu odium, blandiri et admirari omnia coram, seorsum autem ridere, despicere et sinistre interpretari; 25, 26.

II. Scelus autem est maximum, hominibus Deoque exosum; 27.

III. Pœna denique est, ut malum paratum opprimat auctorem, sicut lapis in projicientem relapsus aut statuentem offendens, vel fovea fodientem absorbens, aut laqueus ponentem capiens. 28-30.

* Eadem aut similis pœna imminet

1°. Superbis, alios despicientibus ac deprimentibus; 31.

2°. Lætantibus de casu justorum; 32.

3°. Deditis iræ ac furori, atque hinc vindictæ divinæ obnoxiis. 33.

§ XXI. DE ULCISCENDI ET LITIGANDI LIBIDINE AC VITIIS LINGUÆ.

I°. *Motiva ad frænandam utramque libidinem inculcantur sequentia*:

I. Deus vindictam sumenti vel veniam danti vindictam vel veniam reddit; *cap.* XXVIII, *v.* 1, 2.

II. Homo homini non indulgens incassum indulgentiam ac misericordiam a Deo precatur; 3, 4.

III. Indignum est, homuncionem sibi simili negare veniam, et eamdem tamen exspectare a summo Deo; 5.

IV. Pœna mortis et inferni a Deo definita est in foventes hujusmodi inimicitiam. 6, 7.

V. Timor Deo debitus exigit, et lex ab eodem lata præcipit omnis injuriæ dissimulationem; 8, 9.

VI. Vitantur peccata plurima, alias ex ira, litibus et contentionibus nasci solita; 10. qualia sunt

1°. Discordia et rixæ inter amicos et antea pacificos; 11.

2°. Furor et violentia a potentioribus usurpata; 12.

3°. Præcipites impetus vel ad inferendam vim, vel ad comminationes mortis jactandas; 13.

4°. Reciproca facilitas jam ad animi æstum jam ad malaciam ex aliorum incitatione. 13.

II°. *Noxæ et damna linguæ vitiosæ,*

I. Speciatim susurronum, bilinguium et detractorum; quibus maledicitur

1°. Ob pacem per illos turbatam, et gentium dispersionem factam; 15, 16.

2°. Ob urbes per eosdem destructas, regna eversa, exercitus profligatos, et nationes integras excisas; 17, 18.

3°. Ob mulieres optimas hinc domo et thalamo ejectas, ac rebus propria industria comparatis privatas; 19.

4°. Ob requiem animi et fidem amicitiæ ab omnibus exclusam. 20.

II. Universim quorumcumque malevolorum et nequam; quorum vis noxia exaggeratur

1°. Ultra flagellorum plagas, et cædes multorum in bello factas; 21, 22.

2°. Ultra servitutem, jugo ferreo et vinculis æreis injectis exasperatam; 23, 24.

3°. Ultra mortem ipsam et sepulturæ horrorem. 25.

III°. *Documenta præmissis correspondentia:*

I. Justis per linguas maledicas vexatis promittitur et vexationis cessatio et honoris conservatio; 26.

II. Impiis prædicitur infamia per maledicentiam inferenda, et eos immaniter læsura; 27.

III. Omnibus dantur monita, quæ jubent

1°. Continere ac custodire tum aures ab auscultandis sermonibus pravis, tum linguam a proferendis minus decentibus; 28.

2°. Adhibere staterem verbis, et frænum ori; 29.

3°. Cavere omnem linguæ lapsum, insidiantibus exoptatum, labentibus perniciosum ac lethalem. 30.

§ XXII. DE MUTUO, FIDEJUSSIONE ET HOSPITATIONE APUD ALIOS.

I°. *Mutui meritum, periculum, incitamentum.*

I. Mutui meritum est,

1°. Quod illud liberaliter dans faciat misericordiam, impleat Dei mandatum, et fratrem a necessitate eximat; *cap.* XXIX, *v.* 1, 2.

2°. Quod illud in tempore restituens servet promissionis fidem, et certum pro futura necessitate auxilium sibi præparet. 2, 3.

II. Mutui periculum est ex nequitia debitoris,

1°. Rem mutuo acceptam, sic tanquam inventam ac suam, æstimantis, et officium sibi præstitum contemnentis; 4.

2°. Sub acceptionis tempus verba optima et promissa dantis, sub redditionis terminum molestiam prodentis et moram postulantis; 5, 6.

3°. Recusantis etiam vel dimidiantis solutionem, siquidem præstare possit; fraudantis autem, ac inimicitiam, convitia et maledicta reddentis, si solvere non possit. 7-9.

* Atque hoc periculum, non autem charitatis defectus, cohibuit multos, ne darent, aut potius profunderent mutuum. 10.

III. Incitamenta, ad mutuum liberaliter remittendum vel eleemosynam dandam pauperi petenti, 11. sunt

1°. Mandatum Dei et indigentia proximi; 12.

2°. Fratris et amici pretium majus, quam pecuniæ inutiliter perituræ; 13.

3°. Utilitas major ex thesauro ad Dei voluntatem expenso, quam ex possessione retenta; 14.

4°. Oratio pro salute dantis a paupere stipem accipiente effusa, et, præ scuto et armis, contra inimicos præsidium allatura. 15-18.

II°. *Collectanea de fidejussionibus.*

I. Pro amico spondere viri probi, non spondere impudentis est. 19, 23.

II. Is, pro quo sponsio facta est,

1°. Memor sit sponsoris, tanquam insignis benefactoris; 20.

2°. Non frustretur aut damno afficiat sponsorem; quod improbi et ingrati hominis foret. 21, 22.

III. Sponsiones temeræ ac imprudentes

1°. Tum perdiderunt jam felices, exhauserunt divites et fecerunt exules; 24, 25.

2°. Tum permissæ sunt a Deo in ultionem scelerum et vexationem cupidorum lucri. 26.

IV. Officium sponsoris nonnisi pro viribus et caute suscipiendum. 27.

III°. *Observationes circa hospitationem apud alios.*

I. Pro vita humana sufficit frugalis victus et potus, cum veste et domo ad decentiam necessariis; 28.

II. Satius etiam est vivere domi tenuiter et parvo, quam foris splendide et magno, cum sic exprobratio discursationis declinetur; 29, 30.

III. Hospitantis apud alios incommoda sunt, quod is debeat

1°. Agere timide, et silere ad multa; 31.

2°. Antidorum reddere quasi ex debito, et jussus amaris verbis præstare servitia domestica; 32, 33.

3°. Si hospes honoratior supervenerit, domo excedere. 34.

* Hujusmodi autem improperia, ab hospitatore et fœneratore fieri solita, viro honesto ac prudenti molesta omnino accidunt. 35.

§ XXIII. INSTITUTIONES AD VITAM FAMILIAREM PERTINENTES.

I°. *Circa liberorum educationem*

I. Præmittuntur fructus assiduæ et curatæ liberorum educationis, hujusmodi sunt

1°. Liberorum prosperitas in senectute, et immunitas a mendicitate; *cap.* XXX, *v.* 1.

2°. Parentum laus et honor; 2.

3°. Inimicorum mœror invidus, et amicorum exsultatio; 3.

4°. Perpetuitas tum parentum, viventium in filiis atque hinc jucunde ac honorifice morientium, tum familiæ contra inimicos munitæ et amicis gratæ. 4-6.

II. Notantur characteres

1°. Tum patris soliciti pro salute liberorum; 7.

2°. Tum filii neglecti, ad equi indomiti morem, in præceps ruentis. 8.

III. Dantur regulæ agendi cum liberis:

1°. Pater graviter ac severe agat cum iisdem, ut eorum audaciam et improbitatem prævertat; 9, 10.

2°. Non permittat juveni facultatem agendi quod lubet, nec dissimulet ejus errata; 11.

3°. Reprimat filii adhuc pueri ferociam et petulantiam correptionibus, ne postea refractarius det dolendi causam; 12.

4°. Instituat eumdem verbo et exemplo, ne illius dedecus patri sit offendiculo. 13.

II°. *Circa sanitatem corporis et animi.*

I. Pretium sanitatis cognoscitur

1°. Ex conditione æstimabiliore pauperis sani, quam divitis ægritudine afflicti; 14.

2°. Ex præcellentia habitudinis bonæ ac corporis validi supra aurum, argentum et censum, etiam immensum; 15, 16.

3°. Ex morte optabiliore præ vita ægra et languore continuo; 17.

4°. Ex miseria ægri divitis, quem cibi appositi æque parum juvant, ac epulæ ad sepulcra vel coram idolis collocatæ; 18-20.

5°. Ex gemitu ejusdem impotentis ad vescendum, simili cum eo quem spado in virginis complexu edit. 21.

II. Media sanitatis conservandæ sunt

1°. Fuga et devitatio tristitiæ, invidiæ ac iracundiæ; 22, 24-26.

2°. Lætitia cordis, conscientia sanctitatis, et continentia a pravis concupiscentiis; 23, 24.

3°. Jucundus animus ac benevolus, et mensa liberalis. 27.

III°. *Circa studium et possessionem divitiarum.*

I. Hoc studium oportet esse moderatum; quia

1°. Sollicitudo ditescendi conficit tabe corpus, arcetque somnum adinstar infirmitatis gravis; *cap.* XXXI, *v.* 1, 2.

2°. Eadem divitem de opibus jam partis in somno conturbat, pauperem autem, ut genium suum necessariis fraudet, cogit, et nihilominus egentem relinquit; 3, 4.

3°. Cupiditas auri injustitiam, et affectatio corruptibilium corruptionem refert; 5.

4°. Plures auri gratia jam prolapsi sunt et perierunt; 6.

5°. Avaritia est idolorum servitus, et sectatores suos perdit. 7

II. Possessio divitiarum

1°. Siquidem sit parata sine peccato, acquisita sine injuria, et continuata sine adhæsione, admirationem meretur et similis est miraculo; 8, 9.

2°. Si possessorem auro tentatum, nec tamen facultate malum faciendi abusum, atque sic perfectum probaverit, gloriam illi æternam afferet, bona illius in Domino stabiliet, ejusque liberalitatem omnibus sanctis celebrandam proponet. 10, 11.

IV°. *Circa decentiam mensæ, seu præcepta convivalia.*

I. Nec aviditatem nimiam, nec ciborum multorum appetentiam ostendas, ob infamiam inde tibi, et invidiam convivatori excitandam; 12-15.

II. Non prior extendas manum ad cibos aut petas potum, ob eamdem rationem; 16-21.

III. Nec nimio te cibo ingurgites, nec irruendo in catinum collidaris cum hospite, intelligens scilicet ex tua ipsius mentem proximi eamdem; 17, 18.

IV. Utere ferculis frugaliter, ne tanquam vorax habearis odio; 19.

V. Modestiæ et cavendæ offensæ causa desiste primus, nec esto nimius in comedendo; 20.

VI. Cœna sobria et parca conciliat somnum facilem, temperiem bonam et quietem; intemperans autem vigilias, humorum turbationem, et ventris tormina; 22-24.

VII. Gravior repletio aut motu concoquenda, aut vomitu ejicienda est, ne corpori noceat. 25.

* Præmissa attentionis postulatione, 26.

1°. Suadetur exercitatio corporis pro sanitate conservanda; 27.

2°. Commendatur liberalitas in annona egentibus distribuenda, cum promissione laudis ab his reddendæ; 28.

3°. Dissuadetur tenacitas et parcimonia opposita, a civibus vituperanda et pro signo avaritiæ accipienda. 29.

V°. *Circa usum vini et compotationem.*

I. Cum potatoribus non est certandum scyphis : multos enim vinum perdidit ; 30.

II. Ut ferrum ignitum aquæ immersum duritiem, sic cor superbum vino madens ferociam prodit ; 31.

III. Vinum sobrie sumptum æquabilem et commodam hominis vitam facit; 32.

IV. Vino carere aut non uti, imminutio vitæ ac mors quædam est; 33, 34.

V. Vinum, ad hominis lætitiam creatum, moderate sump um cordi alacritatem, animo gaudium et corpori sanitatem confert; 35-37.

VI. Ex vino immoderate hausto irritationes, iræ, amaritudines ac ruinæ oriuntur; ex ebrietate etiam audacia, imprudentia, offensæ, debilitas virium, rixæ item et vulnera sequuntur ; 38-40.

VII. In convivio ac inter pocula socius nec arguendus, nec ob lætitiam suam contemnendus, nec probro afficiendus, nec propinationibus urgendus est. 41, 42.

VI°. *Circa symposiorum celebrationem.*

I. Symposiarcha rite electus

1°. Præ nullo se efferat, sed omnibus se æquabilem exhibeat ; *cap.* XXXII, *v.* 1.

2°. Curam convivarum singulorum habeat, et nonnisi omnibus recte constitutis ac perspectis mensæ accumbat ; 2.

3°. His peractis, lætari cum sociis, et coronam cum collatis symbolis exspectare licebit. 3.

II. Convivarum senior

1°. Primum loquendi locum habeat ; 4.

2°. Sermonis initium exquisitum et sapiens faciat, quin tamen musicam diu suspendat ; 5.

3°. Ubi vero jam nemo auscultat, non profundat ulterius verba, nec importune philosophetur. 6.

III. Musica, symposiis interponi solita,

1°. Convivium reddit lætius, ut carbunculus vel smaragdus annulum aureum præstat illustriorem ; 7, 8.

2°. Auscultetur in silentio : hæc enim attentio et modestia conciliat gratiam reliquorum. 9.

IV. Adolescens conviva

1°. Non loquatur, etiam dum sua interest, nisi raro, et jussus, et paucis ; 10, 11.

2°. Non ostentet scientiam, si quam habet, sed audiendi et discendi avidum se ostendat ; 12.

3°. Inter proceres agere quasi cum paribus, et inter senes dicere loquacius non præsumat; 13.

4°. Reverentiam, quæ illis hac modestia exhibetur, sequitur gratia, ut fulguris coruscationem tonitru. 14.

V. Convivio finito,

1°. Convivarum nullus moretur diu, sed prompte repetat domum; et hic quidem inter suos recreet se pro libitu, honeste tamen ac sine crimine; 15, 16.

2°. Quilibet pro epulo cæterisque Dei donis ac beneficiis gratias rependat Deo. 17.

VII°. *Circa principia agendorum.*

I. Primum eorum est timor Dei, qui

1°. Instruit intellectum, et excitat voluntatem ad inquirendam et exequendam legem Dei; 18.

2°. Replet ita comparatos benedictione ac donis divinis, quibus hypocritæ spoliantur tanquam violatores legis; 19.

3°. Docet tum cognoscere tum exercere omnia justitiæ officia, etiam ad exemplum et instructionem aliorum; 20.

4°. Corripit errantem et convincit de culpa; quorum prius devitare, posterius concinnata excusatione dissimulare studet. 21.

II. Alterum est deliberatio et consilium:

1°. Hoc vir prudens nunquam prætermittit; imprudens autem et superbus negligit, atque, pro sola sua libidine agens, ex eventu arguitur insaniæ; 22, 23.

2°. Sine eo nihil agendum, ne facti pœniteat. 24.

III. Tertium est cautela,

1°. Tum ne quis aggrediatur aliquid minus considerate, temere ac supra vires; 25.

2°. Tum ne quis nimium fidat aliis, etiam filiis ac domesticis. 26.

IV. Postremum est prudens conscientiæ dictamen, cui correspondens est opus conforme legi, placitum Deo et plenum merito. 27, 28.

VIII°. *Circa eventus studiorum.*

I. Sapiens et timens Deum, atque hinc amans ejusdem mandata, eaque fideliter observans

1°. Vel a malis liber est, vel in eorum occursu adjuvatur a Deo; *cap.* XXXIII, *v.* 1.

2°. Inter medios eorum quasi fluctus navigat securus; 2.

3°. Promissum a Deo præmium consequitur. 3.

II. Doctor sententiam rogatus,

1°. Siquidem meditationem præmiserit, orationem adjunxerit, et mentem ad veritatem dicendam obfirmaverit, certo ac tuto respondebit; 4.

2°. Si vero improbus fuerit, instar rotæ versatilis mutabit, et mutari poterit; 5.

3°. Si demum proprio commodo studuerit, blandietur amico, non hujus sed sui causa; ut equus admissarius, non equitis, sed equæ visæ gratia hinnit. 6.

IX°. *Circa sortem variorum distinctam, divinæ dispositioni subditam.*

I. Quod dies et anni, quamvis secundum solis cursum sint æquales, habeantur tamen inæquales solemnitate et sanctitate, oritur ex dispositione Dei, festos dies horasque eorum initiales constituentis. 7-10.

II. Quod homines ex eodem luto formati diversæ conditionis sint, alii quidem prosperitate et honore donati, atque ad populum sanctum delecti, alii autem ab hoc segregati, in sua vilitate relicti vel aliorsum ejecti, rursus Deo præsciente factum est. 10-12.

III. Ut lutum in manu figuli aliud fit vas in honorem, aliud in contumeliam; sic homo est in manu auctoris sui, omnia recto justoque judicio facientis. 13, 14.

IV. Sicut aliud est bonum, aliud malum, et aliud vita, aliud mors; sic alii sunt justi, alii peccatores : omnia tamen ex Dei providentia et dispositione. 15.

* Interjectio Siracidis

1°. Notantis, se quidem post multos scriptores sacros quasi spicilegum sapientiæ accessisse ad scribendum; Deo tamen benedicente factum quasi vindemiatorem copiosum; 16, 17.

2°. Monentis, hunc suum laborem non ad suam tantum, sed ad omnium disciplinæ studiosorum utilitatem esse susceptum; 18.

3°. Postulantis præcipue, ut a populis omnibus, eorumque ac Ecclesiæ rectoribus audiatur. 19.

X°. *Circa regimen domesticum.*

I. Paterfamilias,

1°. Quamdiu superstes adhuc spirat, domesticorum nulli potestatem sui suarumve rerum det, neque ab hoc consilio per quemcumque dimoveri se sinat : cum præstet liberos patri, quam hunc facti pœnitentem illis supplicare; 20-22.

2°. Studeat excellere in omnibus vitæ negotiis, nihil faciat indecens aut probrosum, instante morte disponat de sua hæreditate. 23, 24.

II. Herus et famulorum dominus

1°. Observet universim, servos proprie dictos esse habendos ut asinos: scilicet alendos quidem, compescendos autem, et labori addicendos; 25.

2°. Si servum operis occupet, quietum, si otiari permittat, molestum experietur; 26.

3°. Frangat servilis ingenii duritiem assiduitate laboris, puniat malitiæ excessum severitate pœnarum, prohibeat nascentia ex otio mala impositione continuata operarum; 27-29.

4°. Caveat in his tamen omnibus, ne, sive imponendo labores sive puniendo delicta, excedat modum et agat sine judicio; 30.

5°. Servum vero fidelem æstimet eumque habeat; tum quia ad vitæ usus non tantum utilis sed summe necessarius est, tum quia, ob acceptam injuriam forte profugus, damnum non facile resarciendum relinquit. 31-33.

§ XXIV. DE FUTURORUM COGNITIONE ET DIRECTIONE, DE SACRIFICIIS DEO DISPLICENTIBUS ET PLACENTIBUS.

I°. *Præcognitio futurorum*

I. Captata ex somniis

1°. Vana est et mendax; *cap.* XXXIV, *v.* 1.

2°. Est similis umbræ, vento, spectro aut simulacro illudenti; 2, 3.

3°. Ludit suos observatores. 4.

II. Data a divinatoribus, auguribus et oniroscopis erronea est, mendax ac malefica, cruciatque credentem perturbationibus. 5, 6.

III. Immissa a Deo non ludit, nec errare facit, nec perdit, ut præcedentes. 7.

IV. Collecta ex sacris litteris harumque fidis interpretibus vera est, plana, plenaque sapientia. 8.

II°. *Directio futurorum*

I. Humanitus facilitatur

1°. Experientia, ex qua multa, sine qua pauca discere, meditari et eloqui sapienter licet; 9, 10.

2°. Tentatione ac deceptione, ex qua circumspectio colligitur, et prudentia acuitur; 10, 11.

3°. Peregrinatione; in qua Siracides, cum frequenti vitæ periculo divinitus tamen dissipato, multa vidit, didicit ac retulit. 12, 13.

II. Divinitus perficitur

1°. Per spem in Deo repositam, ab eodem benevole susceptam et benedictione cumulatam; 14, 15.

2°. Per timorem Dei, intrepidum inter pericula, et certum de beatitudine; 16, 17.

3°. Per fiduciam innixam soli Deo, tanquam attento suorum observatori, potenti protectori, contra temporum injurias tutatori, in offensis ac casibus auxiliatori, mæstitiæ et ignorantiæ dissipatori, sanctitatis, vitæ ac benedictionis largitori. 18-20.

III°. *Displicent Deo*

I. Oblata ex rebus iniquæ partis, quæ sunt quasi irrisiones Dei, solos in veritate et justitia sibi servientes acceptantis; 21, 22.

II. Dona impiorum quantumvis plurima, quibus nec placatur Deus, nec obtinetur venia; 23.

III. Sacrificia ex direptis pauperum bonis parata, utpote quæ sunt

1°. Quasi victima filii occisi in conspectu patris; 24.
2°. Quasi spolium ex paupere, hinc fame enecto; 25, 26.
3°. Quasi sanguis ex proximi corpore per mercedis fraudationem detractus. 27.

IV. Vota et jejunia peccatorum, per vices pœnitentium et relabentium, nec audiri merentur, nec quidquam proficiunt; 31.

1°. Sicut incassum laborant, quorum unus ædificat, alter destruit; 28.
2°. Sicut audiendi non sunt, qui jam precantur jam execrantur Deum; 29.
3°. Sicut inutiliter lavatur, qui propter cadaveris contactum se abluit, mox illud iterum tangit. 30.

IV°. *Placent Deo*

I. Sacrificia mystica; cujusmodi sunt

1°. Observatio legis, quæ multiplicem oblationem in se complectitur; *cap.* XXXV, *v.* 1.
2°. Studium mandatorum Dei et fuga peccatorum, quæ habent rationem sacrificii pacifici; 2.
3°. Recessus ab injustitia et deprecatio pro peccatis, quæ sunt sacrificium propitiatorium; 3, 5.
4°. Largitio eleemosynæ, quæ similis est minchæ et sacrificio laudis. 4.

II. Sacrificia proprie dicta; hæc enim

1°. Sunt imperata accessuris ad templum, ab iisque facienda; 6, 7.
2°. Oblata a justo impinguant altare, fundunt gratum Deo odorem, relinquunt sui apud eumdem memoriam; 8, 9.
3°. Datæ animo bono, hilari vultu et cum gaudio primitiæ et decimæ reddunt Deo gloriam; 10, 11.
4°. Reddita secundum acceptorum mensuram et virium facultatem munera recipiunt a Deo septenariam retributionem. 12, 13.

V°. *Displicent ulterius Deo*

I. Munera mutila aut vitio laborantia; 14.

II. Dona etiam magnifica et a potentioribus allata, sed vi aut fraude pauperibus extorta; quia Deus

1°. Est justissimus judex, non acceptor personarum; 15, 16.
2°. Non despicit preces pauperum, supplicationes pupillorum et gemitus viduarum; 16, 17.

3°. Harum etiam clamores et lacrymas accusatrices illorum, qui eas expresserunt, ad cœlum delatas audit cum indignatione versus oppressores. 18, 19.

VI°. *Placent præterea Deo*

I. Cultus Dei hilaris ac promptus, ideoque cœlum penetraturus; 20.

II. Precatio hominis coram Deo se abjicientis, nec quiescentis, donec nubes pervadat, Deo propinquet, ab eoque respiciatur; 21.

III. Supplicatio justorum oppressorum, quam Deus non diu morabitur, sed, pronuntians sententiam,

1°. Conteret immisericordes persecutores, vindictam sumet de gentibus, superborum cœtibus et iniquis regibus, et reddet cuique filiorum Adæ secundum merita operum et arrogantium cogitationum; 22-24.

2°. Hac autem ultione populi sui absoluta, eumdem pro sua miseratione exhilarabit; 25.

3°. Opportuno tandem tempore tribulatis gratiorem illustrioremque misericordiam reddet. 26.

§ XXV. ORATIO SIRACIDIS ET INSTRUCTIO VARIA.

I°. *Oratio pro populo sancto, inter gentes disperso,* qua Siracides

I. Postulat a Deo

1°. Misericordiam pro populo; *cap.* XXXVI, *v.* 1.

2°. Timorem et pœnam pro gentibus, ut hæ potentiam Dei agnoscant; 2, 3.

3°. Manifestationem divinarum perfectionum pro utrisque: sanctitatis scilicet pro populo, magnitudinis autem pro gentibus. 4, 5.

II. Precatur,

1°. Renovari miracula, et edi facta gloriosa ac fortia; 6, 7.

2°. Effundi indignationem et iram adversus hostes, eosque confringi ac everti; 8, 9.

3°. Accelerari liberationem, imponi finem malis, ut admiranda Dei opera celebrari possint. 10.

III. Exoptat

1°. Imprecando hostibus forsan elapsis insequentem Dei nemesin, et nocere pergentibus exitium; 11.

2°. Instando, ut conterantur capita principum atheorum; 12.

3°. Supplicando, ut congregetur populus electus, agnoscatur unus Deus, et fiat Ecclesia rursus hæreditas Dei. 13.

IV. Implorat miserationes

1°. Pro populo Israelis, tanquam primogeniti; 14.

2°. Pro Hierosolyma, civitate sancta et habitaculo Dei; 15.

3°. Pro monte Sion, oraculis celebri, et populo gloria Dei replendo. 16.

V. **Obsecrat,**

1°. Confirmari novo pacto tum primam populi electionem, tum prophetarum prædictiones; 17.

2°. Reddi exspectantibus mercedem, ad comprobandam vatum veracitatem; 18.

3°. Exaudiri preces servorum Dei secundum benedictionem Aaronis, et dirigi eosdem per viam justitiæ, ut omnes Deum agnoscant esse omnipotentem et omniscium. 18, 19.

II°. *Instructio de faciendo delectu*

I. In cibis et verbis :

1°. Cibus quilibet famelicum satiat; est tamen alter altero melior, et noxius etiam a sano palato discernitur; 20, 21.

2°. Prudens similiter distinguit mendacia a veris, et resistit prioribus, quibus perversus aliis molestus accidit. 21, 22.

II. In nuptiis et conjugio :

1°. Puella nubilis quemlibet sponsum facile recipit; quod virum non decet : cum sponsa una sit præstantior altera ; 23.

2°. Speciosa quidem uxor maritum exhilarat, et cupiditatem omni alio desiderio acriorem excitat; sed si blando ac prudenti sermone mitigare molestias, et persuadere misericordiam noverit, maritum etiam reddit fortunatissimum; 24, 25.

3°. Uxor bona est familiæ basis, adjutorium simile viro, columna quietis et quasi sepes rei domesticæ; qua absente ac dissipatis facultatibus, vir eget, fit extorris, vagus ac velut latro pernoctans, ubicunque eum nox deprehenderit. 26-28.

III. In sodalibus et amicis :

1°. Istorum quilibet se talem jactat, sed multi sunt tantum nominetenus, et cum gravissima molestia fiunt inimici; *cap.* XXXVII, *v.* 1, 2.

2°. Damnanda est nequissima malitia et fraudulentia multorum, qui vel amicum in lætis frequentant, in tristibus autem deserunt, vel contra hostes etiam tuentur, non tamen amicitiæ sed mensæ ac ventris proprii causa ; 3-5.

3°. Memoria amici pristini deponenda nunquam, etiam dum ditior factus fueris. 6.

IV. In consiliariis et intimis :

1°. Consilium non est ineundum cum æmulis ac invidis, utpote daturis quidem consilium, sed in suum commodum; 7, 8.

2°. Ante consultationem exploranda est conditio consiliarii, annon ex necessitate quadam sibi studeat, ne forte is offendiculum ponat, et ex tuo damno eventurum sibi emolumentum exspectet; 9-11.

3°. Stultum est petere consilium de re aliqua, a qua consiliarius vel animo vel usu vel commodo est aversus : hujus generis duodecim species hic offeruntur; 12-14.

4°. Consulendi sunt viri sancti, timentes Deum, indole etiam ac animo nobiscum conjuncti; 15, 16.

5°. Quilibet etiam secum ineat consilium; quod sane fidelissimum est ac interdum verius, quam datum ab aliis, rerum etiam attentissimis; 17, 18.

6°. Præprimis tamen invocandus est Deus, tanquam consiliarius summus et director rerum omnium; 19.

7°. Opus nullum suscipiendum est sine consilio, quod non fulciatur veritate et firmis rationibus; 20.

8°. Consilium pravum immutat cor: cujus effectus sunt opus bonum et malum, vita et mors; horum autem index et dominatrix est lingua; 21.

9°. Consiliariorum duorum uterque bene consulit aliis, sibi tamen alter est inutilis, alter autem utilis. 21, 22.

V. In sapientiæ candidatis:

1°. Sophista, et sermonibus tantum sapientiam ostentans, omnibus est odio et caret gratia, quippe privatus omni sapientia; 23, 24.

2°. Vere sapiens et sibi sapit et proximum erudit, indeque laudem et fructum solidum refert; 25-27.

3°. Vita cujuslibet circumscripta est certis paucisque diebus; sapientis autem et sancti tum vita est sine dierum numero, tum gloria et fama æterna. 28, 29.

III°. *Instructio de curando corpore.*

I. Moderanda est concupiscentia

1°. Tum examinando, quid prosit, tum cavendo, quod nocet; quia nec omnia expediunt, nec omnia delectant; 30, 31.

2°. Tum cohibendo aviditatem in epulis et effusionem gulæ ad omnes cibos; quia inde morbi et humorum acrimonia oriuntur; 32, 33.

3°. Tum abstinendo a crapula, ex qua multi jam perierunt, et studendo sobrietati, quæ prorogat vitam. 34.

II. Utendum medico et medicina:

1°. Medico quidem, utpote quem Deus, a quo omnis medela est, ad eam procurandam instituit, potentes remunerantur, scientia extollit et magnis etiam venerabilem reddit: unde et debitus illi honor propter necessitatem habendus est; *cap.* XXXVIII, *v.* 1-3.

2°. Medecina autem, quia Deus eam creavit, olimque jam per lignum amaræ aquæ dulcedinem impertivit; 4, 5.

3°. Utrisque Deus utitur, ut sua potentia et agnoscatur et honoretur; 6.

4°. Neutra tamen sive sua arte sive sua virtute sufficiunt ad sanitatem reddendam sine Deo, a quo et salus est et virtus. 7, 8.

III. Facienda ab ægro:

1°. Æger non negligat se ipsum, sed oret Deum, abstineat a peccato faciendo, emundet se a facto, et offerat sacrificium pro sua salute; 9-11.

2°. Accersat et retineat medicum, quia is pro sanitate curanda institutus est a Deo, ac necessarius; 11, 12.

3°. Ubi sub medici manu versatur, vel sacerdotes vel medicum etiam orare Deum oportet, ut pharmaca lenimen dolorum et sanitatem pro status ratione afferant; 13, 14.

4°. Cæterum cogitet, peccata esse causam morborum et occasionem molestiæ per medicos inferendæ. 15.

IV. Exhibenda defuncto :

1°. Mors excipiatur lacrymis et ingenti ploratu ; cadaver tegatur decenter pro more ; sepultura non negligatur ; 16.

2°. Luctus uno vel altero die trahatur secundum defuncti meritum, ad evitandos aliorum cavillos et criminationes ; 17, 18.

3°. Temperanda tamen est tristitia, quin et deponenda ; utpote quæ accelerat mortem, vim animi opprimit, corporis robur frangit, et continuata facit hominem exspoliato similem ; 19-21.

4°. Indulgens luctui, memor hujus periculi et fati etiam irrevocabilis, advertat hæc nihil prodesse mortuo, nocere autem sibi ; 21, 22.

5°. Audiat mortuum sibi velut acclamantem : Heri mihi, hodie tibi ; 23.

6°. Faciat denique, ut memoria jam requiescentis quiescat etiam apud se ; amicum vero moriturientem consolari studeat. 24.

IV°. *Instructio de discernendo scientiarum et mechanicarum artium instituto ac usu.*

I. Scientiæ comparantur in opportunitate otii et secessu a negotiis exterioribus. 25.

II. Artes mechanicæ occupantur corporis exercitio ; ut patet

1°. In agricola, innutrito operi rustico, ad versandos sulcos valido, de bobus stimulandis et vaccis saginandis tantum loqui solito ; 26, 27.

2°. In sculptore et pictore, diu noctuque labori intentis ad varianda opera et exprimendas imagines, rerum naturam exhibentes ; 28.

3°. In fabro ferrario, ad incudem stante, fornacis æstum patiente, aures ad mallei sonitum et oculos ad exemplar intendente, mentemque ad opus perficiendum applicante ; 29-31.

4°. In figulo, mente sollicitudinem, pedibus rotam, manibus lutum versante, totumque corpus et animum ad opus consummandum convertente, atque ad fornacem mundandam vigilante. 32-34.

III. Artificum hujusmodi omnium confidentia est in manibus propriis, studium ad suam artem, et utilitas pro civitate, quæ sine his nec oritur nec habitatur. 35, 36, 39.

IV. Non tamen ab his, sed a scientiarum peritia administratur respublica, conflatur senatus, occupantur tribunalia, noscuntur leges, explanatur jus et disciplina, proferuntur axiomata. 37, 38.

V. Quanquam nec inter illos desunt, qui animum ad legem Dei adjiciant, eamque exquirant. 39.

§ XXVI. DE DIVINIS PERFECTIONIBUS, VITÆ HUMANÆ ÆRUMNIS, REBUS POTIORIBUS ET PRÆELIGENDIS, MENDICITATE CAVENDA.

I°. *De divinis perfectionibus.*

I. Exordium fit per transitionem, qua Siracides

1°. Se cœlesti impulsu entheum ac superna luce repletum sentit ac loquitur; *cap.* XXXIX, *v.* 16.

2°. Nomine sapientiæ, per os suum loquentis, excitat electos Dei, sub allegorica florum appellatione, tum ad attentionem, tum ad augmentum virtutum, diffusionem boni exempli et celebrationem laudis divinæ; 17-20.

3°. Proponit thema de omnibus Dei operibus tanquam optimis. 21.

II. Sequitur expositio divinarum perfectionum :

1°. Omnipotentia jubente, sub mundi exordium aqua terram operuit; mox separata in alveos et receptacula abiit; nunc acquiescunt omnia, repugnat nihil. 22, 23.

2°. Omniscientiæ patent tum hominum opera, tum quæcumque alia; futura et præterita sunt præsentia; novum quidpiam aut mirum nihil est. 24-25.

3°. Providentia usum et finem rerum, hominibus absconditum, successu manifestat; beneficentiam in omnes abundantem offert; sed et gentibus, Deum despicientibus, vindictam quasi cataclysmum immittet : unde piis æqua ac sancta, impiis iniqua apparet. 26-29.

4°. Justitia gubernatrix paravit præmium pro bonis, pœnam pro malis; creavit necessaria vitæ pro utrisque ; quibus dum illi utuntur in bonum, hi in malum, ad postremorum punitionem parati jam et armati sunt dæmones, elementa ac feræ, acceptoque Dei mandato, alacriter eamdem exequuntur. 30-37.

III. Finit Siracides

1°. Contestando, his veritatibus animum suum jam pridem confirmatum, et meditatione facta etiam excitatum esse, ad eas scripto relinquendas. 38.

2°. Concludendo, omnia Dei opera esse bona, nec ullum improbari posse; cum Deus et omnia opportuno tempore faciat, et eorum bonitatem demonstraturus sit. 39, 40.

3°. Invitando omnes ad laudes Dei secum celebrandas. 41.

II°. *De vitæ humanæ ærumnis.*

I. Onus miseriarum, grave et omnibus commune,

1°. incumbit hominibus per totam vitam a nativitate usque ad sepulturam; *cap.* XL, *v.* 1.

2°. Vexat animum curis, timoribus vanisque spebus; 2.

3°. Summos, medios et infimos cujusque status homines vehementibus et pravis affectibus perturbat; 3, 4.

4°. Somnum nocturnum vagis imaginibus exagitat, modicam et prope nullam quietem relinquit, somniantem velut victum et fugitivum terret; dum, discusso somno, is salvum se ac incolumem miratur; 5-7.

5°. Omnes denique in terram, ex qua orti sunt, redigit, ut fontes mari unde oriuntur, aquas redduut. 11.

II. Graviora etiam mala impios premunt : 8. his enim

1°. Sicut immissum est diluvium, sic etiam pestis, cædes, jurgia, bella, oppressiones, fames, vastitates et servitutes a Deo sunt destinatæ; 9, 10.

2°. Injuste parta, dum bona justorum permanent, peribunt; divitiæ penitus ac subito evanescent; munera, quæ recipientibus lætitiam attulerant, tunc amittentibus lethalem mœstitiam relinquent; 12-14.

3°. Superstes familia nec copiosa nec diuturna erit, sed, graminis instar cito nati et depasti, intercidet. 15, 16.

* Melior est conditio benefici et misericordis, quin et operarii suis contenti; quorum illa est florentissima, hujus autem jucunda. 17, 18.

III°. *De rebus potioribus et præeligendis.*

I. Copia liberorum et ædificatio urbis nomen reddunt celebre; uxor sine macula celebrius. 19.

II. Vinum et musica delectant multum; amor sapientiæ amplius. 20.

III. Tibia et psalterium suaviter concinunt; sermo suavis utrumque superat. 21.

IV. Venustas rerum et formositas corporis recreant visum; magis id præstat camporum viriditas. 22.

V. Occursus amici aut sodalis pro tempore opportunus delectat; delectabilior est viri et uxoris concors conjunctio. 23.

VI. In rebus arctis multum sperari potest a fratribus; plus a misericordia miseris præstita. 24.

VII. Stat firmiter, qui nititur auro et argento; firmius, qui sustentatur consilio probato. 25.

VIII. Divitiæ et corporis vires addunt animum; magis id præstat Dei timor, 26.

1°. Cui nihil deest, nec opus est petere auxilium aliunde; 27.

2°. Cui demum benedicit Dominus, et tribuit omne bonum. 28.

IV°. *De cavenda mendicitate, quæ est ex ignavia.* Hujusmodi vitæ conditio

I. Est morte deterior; 29.

II. Pendet ex alieno arbitrio; 30.

III. Devitatur a prudente ac probo quolibet; 31.

IV. Nonnisi ab imprudente ac impudente amatur, fame tamen sæpius hanc ignaviam graviter luituro. 32.

§ XXVII. MEMORIA MORTIS, FAMA NOMINIS, VARIETAS PUDORIS.

I°. *Memoria mortis*

I. Amara est homini divitias tranquille possidenti, quieta et prospera vita fruenti, corpore adhuc et stomacho bene valenti; *cap.* XLI, *v.* 1, 2.

II. Jucunda est homini egeno, viribus ac annis deficienti, sollicitudine rerum distracto, statum nec meliorem sperare nec præsentem ferre potenti; 3, 4.

III. Usurpanda est, ad mortis sententiam sine metu accipiendam; quia hæc

1°. A Deo in omnes homines, tam qui fuerunt, quam qui futuri sunt, est lata; 5.

2°. Secundum ejusdem voluntatem, post vitam etiam ad plura sæcula protractam, est superventura; 6.

3°. Non ad vitæ longævitatem, sed rationem est ferenda. 7.

II°. *Fama nominis*

I. Parentum impiorum est abominabilis; quia

1°. Filii tum eorum tum vicinorum scelera imitantur; 8.

2°. Dissipant hæreditatem, et familiam reddunt infamem; 9.

3°. Conqueruntur de derivata in se parentum infamia. 10.

II. Quorumcumque etiam impiorum est execrabilis; quia hi,

1°. Quantumvis multi, sive nascentes sive mortui, erunt maledicti; 11, 12.

2°. Sicut quæ ex terra sunt in terram convertuntur, sic ab execratione in perditionem transibunt; 13.

3°. Sicut alii propter corporis mortem lugentur, sic propter infamiam nominis despectui habebuntur. 14.

III. Præcipue est curanda; quia, præ thesauris ingentibus pretiosis et plurimis, hæc diutius, ultra vitam et in sæcula durabit. 15, 16.

III°. *Varietas pudoris.*

I. Siracides orditur hoc argumentum

1°. Adhortando ad audienda animo quieto, et conservanda ea quæ dicturus est; 17.

2°. Afferendo hujus a se faciendæ communicationis rationem; tum quia sapientia non communicata cum aliis æque nihil prodest, ac thesaurus latens et incognitus; tum quia homo abscondens suam stultitiam est melior homine celante suam sapientiam; 17, 18,

3°. Monendo auditores, ut pudeat eos patrare quæ prolaturus est; cum certo aliquis pudor sit malus, licet alius, ex fidei principiis ortus, sit bonus, quantumvis non omnibus probatus. 19, 20.

II. Recenset res, de quibus erubescendum : scilicet

1°. De fornicatione, ob reverentiam parentum; de mendacio, ob venerationem præsidum et potentum; 21.

2°. De delicto, propter judicem et principem; de iniqua actione, propter senatum et plebem; 22.

3°. De læsione socii et amici injusta; de furto domestico, per Dei legem prohibito; 23.

4°. De rustico ac incivili accubitu ad mensam; de fraude aut negligentia in rationibus expensi et accepti; 24.

5°. De responso salutantibus non dato; de aspectu ad meretricem converso, a cognato autem averso; 25.

6°. De aversione vultus a proximo quocumque; de portione alterius hæreditaria accepta nec restituta; 26.

7°. De curioso intuitu mulieris conjugatæ; de tentatione ancillæ illi servientis; de accessu ad prioris lectum; 27.

8°. De probris amico dictis; de exprobratione donorum eidem alias datorum; 28.

9°. De revelatione arcanorum auditorum : quæ omnia qui caverit, liber ab ignominia et gratus omnibus erit. *Cap.* XLII, *v.* 1.

III. Refert vicissim res, de quibus ob nullius personæ respectum est erubescendum : 1.

Scilicet non erubescas

1°. Custodire legem et fœdus Domini; exercere justitiam in condemnandis, minime absolvendis, impiis; 2.

2°. Gerere fideliter negotia sociorum et peregrinorum; dividere ex justo hæreditatem amicorum; 3.

3°. Servare æqualitatem ponderum et mensurarum; acquiescere sive parum sive multum lucri hinc proveniat; 4.

4°. Corripere fraudes in emptione venditione committi solitas; coercere disciplina liberos, castigare etiam usque ad sanguinem servos pessimos; 5.

5°. Tenere sub custodia mulierem pravam; 6.

6°. Habere res suas obseratas, ubi multa est familia; numerare vel appendere, ubi quidpiam est promendum; consignare litteris expensum et acceptum; 7.

7°. Reprehendere insipientem et fatuum; suscipere patrocinium senis, a juvenibus in judicio oppressi : hæc qui fecerit, vere sapiens est, atque ut talis probabitur ab omnibus. 8.

IV. Subjungit media ad prohibendum et a familia et a se pudorem malum. Hujusmodi sunt

1°. Vigil sollicitudo patris pro filia; ne innupta senescat, vel tandem nuptui data marito displiceat; ne ante conjugium vitietur; ne conjugata adulteretur, aut aliqua ex culpa sterilis fiat; 9, 10.

2°. Arcta custodia filiæ procacis; ne patrem ludibrio inimicorum, despectui civitatis et convitiis plebis ac populi exponat; 11.

3°. Continentia oculorum a curiosa pulchritudinis contemplatione, et abstinentia a conversatione cum feminis; ne, sicut ex vestimentis tinea, sic ex illa contemplatione aut conversatione concupiscentia nascatur; 12, 13.

4°. Axioma, quod minus esse malum statuit, negotium habere cum viro malefico, quam cum femina benefica, quæ te sensim in probrum et pudorem inducit. 14.

PARS III.

EXEMPLA SAPIENTIÆ A CELEBRIORIBUS VETERIS TESTAMENTI VIRIS EDITA, ET A SIRACIDE COMMENDATA.

—

§ I. SUB ÆTATEM PATRIARCHARUM.

I°. *Universim et prævie*

I. Proponitur consilium laudandi viros antiquorum sæculorum, illustres gloria, et testes magnificentiæ divinæ. *Cap.* XLIV, *v.* 1, 2.

II. Designatur eorum character, tum secundum officia præsidum, principum et prophetarum, tum secundum exercitia musices et sacrorum carminum, tum secundum documenta virtutum, prudentiæ præsertim, cultus religiosi et pacis domesticæ. 3–6.

III. Distinguuntur iidem, per facta suo tempore gloriosa, merita laudis, et famam apud posteros etiam viventem, ab illis quorum memoria nulla est, et nomen etiam cum posteris intercidit. 7-9.

IV. Celebrantur ob misericordiam et beneficentiam in vita; ob constantiam bonorum, sanctitatem hæredum, fidelem observantiam fœderis, perpetuitatem et gloriam seminis in posteritate; ob pacem corporum in sepulcro; ob famam posthumam et sapientiæ laudem in ore et memoria omnium. 10-15.

II°. *Speciatim ac præcipue celebrantur*

I. Henoch, placens Deo, translatus in hortum voluptatis, futurus posteris hortator et exemplar pœnitentiæ. 16.

II. Noe, justitia perfectus, iræ divinæ placator, diluvii tempore reliquiarum terræ servator, promissi divini, de diluvio nunquam iterando, acceptor et custos. 17-19.

III. Abraham, pater multarum gentium, gloriosior omnibus

1°. Ob legem servatam et pactum cum Deo initum; 20.

2°. Ob signaculum pacti in carne acceptum, et fidem in tentatione probatam; 21.

3°. Ob confirmatam jurejurando divino gloriam gentis suæ, immensum multiplicandæ, exaltandæ et dilatandæ. 22, 23.

IV. Isaac, propter Abrahamum similiter benedictus, et pacti confirmationem in Jacob consecutus. 24, 25.

V. Jacob a Deo donatus benedictione, hæreditate duodecim tribuum, et posteritate misericordiam afflictis exhibente, ideoque gratiam ab omnibus referente. 26, 27.

III°. *Supplementum ad hanc ætatem spectans,*

I. Henoch et Joseph non habuerunt sibi similes :

1°. Ille quidem, quia raptus est a terra; *cap.* XLIX, *v.* 16.

2°. Iste autem, quia in pueritia vir, princeps et rector fratrum, basis ac firmamentum suæ gentis fuerat; cujus etiam ossa in Chanaan translata probarunt, eum fuisse prophetam. 17, 18.

II. Sem, Seth et Adam : quorum primi gloriosi; postremus autem omnibus hominibus gloriosior secundum suam originem. 19.

§ II. SUB ÆTATEM JUDICUM.

I°. *Moyses, Deo hominibusque carus et patriarchis æqualis, memoratur cum laude ab omnibus,* cap. XLV, v. 1.

I. Ob terrorem inimicis incussum et plagas ad ejus imperium sublatas; 2.

II. Ob victorias de regibus relatas, legem populo promulgatam, et gloriam Dei conspectam; 3.

III. Ob sanctitatem, fidelitate et mansuetudine stabilitam, et electionis præcellentiam; 4.

IV. Ob familiarem cum Deo sermonem, ingressum in nubem datum, commissum populi in lege divina instituendi et fœderis cum eo pangendi munus ac negotium. 5, 6.

II°. *Aaron exaltatus, et Moysi fratri assimilatus,* 7.

I. Per sacerdotium gentis, æterno pacto ipsi confirmatum; 8.

II. Per vestimenta pontificalia, scilicet

1°. Baltheum, stolam gloriosam et apparatum auctoritate plenum; 9.

2°. Femorum et humerorum tegmina, cum tunica hyacinthina, ex qua pendebant tintinnabula et mala punica, ad incessum datura sonitum et monitionem; 10, 11.

3°. Rationale, filis variis perite textum, gemmisque pretiosis nomina tribuum inscripta referentibus illustre; 12, 13.

4°. Mitram, corona aurea tectam, inciso Dei nomine claram, opus excellentissimum et pulcherrimum, cui simile nunquam est visum, nec ab ullo hactenus usurpatum, nec usurpandum, nisi ab Aaronis filiis. 14-16.

III. Per prima illius sacrificia igne cœlesti consumpta, ac deinceps bis quotidie renovanda; 17.

IV. Per unctionem illi ac consecrationem a Moyse datam; 18.

V. Per datum eidem ejusque posteris sacerdotium officiumque laudandi Deum, bene precandi populo, offerendi sacrificia varii generis, legemque et judicia docendi et explanandi; 19-21.

VI. Per auctoritatem illius, miraculis stabilitam contra Core Dathan et Abiron, Aaronis æmulos, ira Dei et igne consumptos; 22-24.

VII. Per gloriam eidem auctam, datis, pro portione hæreditaria, primitiis frugum, ad victum sufficientibus, et variarum hostiarum oblationibus; 25, 26.

VIII. Per sortem quidem possessionis in terra non datam, sed, Deo se in hæreditatem offerente, abunde compensatam. 27.

III°. *Phinees Eleazari filius, Aaronis nepos.*

I. Imitatus avum in timore Dei, fortiter obnisus defectioni populari, placuit Deo, illumque Israeli placavit; 28, 29.

II. Consecutus ideo hæreditarium in sacris principatum, et sacerdotium æternum, sicut David in civilibus imperium et regnum perpetuum, uterque pro se suisque nepotibus. 30, 31.

* Finis stabilitæ utriusque dignitatis erat, ut per priorem sapientia, per posteriorem justitia vigeret, per neutram aboleretur prosperitas. 31.

IV°. *Josue et Caleb.*

I. Josue, filius Nun, belli dux et successor vaticiniorum Moysis, magnus ex nomine, maximus ex opere, quo præstitit salutem electis Dei, expugnavit adversantes hostes, et vindicavit Israeli hæreditatem. *Cap.* XLVI, *v.* 1, 2.

1°. Acquisivit is gloriam maximam protendendo manus, et ferrum vibrando: primus scilicet, qui contra hostes a Domino ad pœnam adductos ita pugnavit; 3, 4.

2°. Ira justa ac imperio solem stitit adeo, ut dies unus excresceret quasi in duos; 5.

3°. Insectatus hostes undique, precatus Dei potentiam, et exauditus, vidit eosdem per grandinis validissimæ lapides opprimi; 6.

4°. Effudit, velut cataractis ruptis, impetum belli in hostiles gentes, et adversantes in declivo urbis Bethoron perdidit, ut discerent gentes, contra Deum pugnari non posse. 7, 8.

II. Josue et Caleb simul :

1°. Josue obediens Deo, et Caleb Jephonæ filius, Moyse adhuc vivente, probarunt pietatem erga populum, resistendo hosti, impediendo popularem seditionem, et compescendo improbas querelas; 8, 9.

2°. Hi duo soli, ex universo Hebræorum militum numero, salvi e periculis, adierunt hæreditatem in terra lacte et melle manante. 10.

III. Caleb seorsim :

1°. Is, robustus et usque ad senectutem valens, possessionem hæreditatis cepit in monte Hebron; 11.

2°. Fuit documento omnibus, quod optimum sit obtemperare Deo. 12.

V°. *Judices singuli nominatim laudandi;* utpote qui

I. Corde perfecto et constanter Deo servierunt; 13.

II. Digni sunt, quorum

1°. Memoria celebretur, et sepulcrum floreat; 14.

2°. Fama perpetuo maneat, et gloria in posteris instauretur. 15.

VI°. *Samuel, dilectus Deo, et propheta Domini,*

I. Novum instituit imperium et unxit reges; 16.

II. Tanquam judex rexit populum, ex præscripto legis, probante Deo et favente Israeli; 17.

III. Fidelitate sua erga Deum et populum ostendit, se verum prophetam et illustratum a Deo; 17, 18.

IV. Premente undique hoste, precibus et agni immaculati oblatione conversus ad Deum, audiit magnum et repetitum tonitruorum fragorem, viditque principes Tyriorum et Philistæorum contritos; 19-21.

V. Ante mortem publice contestatus est, nihil unquam muneris a se fuisse acceptum, nec falsi in hoc a quopiam fuit accusatus; 22.

VI. Post mortem apparens prænunciavit Sauli interitum, impiæque gentis cladem. 23.

§ III. SUB ÆTATEM REGUM.

I°. *Nathan, propheta tempore Davidis exortus.* Cap. XLVII, v. 1.

II°. *David, selectus ex universo Israele, ut adeps a carne in sacrificio,* 2.

I. Adolescens adhuc, velut ludendo, interfecit leonem et ursum; 3.

II. Invocato Deo omnipotente, et virtute ab eodem ad populi gloriam accepta, juvenis etiamnum, ejecto funda lapide Goliathum stravit, et gentis suæ opprobrium abstulit; 4-6.

III. Hinc acclamatione, quasi decem millium occisorum victor, honoratus, et, ob devictos circum undique hostes confractasque penitus Philistæorum vires, rex salutatus; 7, 8.

IV. Non sibi tamen, sed Deo omnia tribuens, eumdem tanquam victoriæ largitorem laudavit et dilexit; 9, 10.

V. Constituit præterea e regione altaris cantores, composuit psalmorum modulos, addidit, dum viveret, diebus festis temporibusque solemnibus decus ac lætitiam musices, sanxitque, nomen Dei sanctum matutinis horis celebrari; 11, 12.

VI. Consecutus denique remissionem peccatorum, obtinuit stabilitatem potentiæ et promissionem regni, cum gloria ad nepotes deferendi. 13.

III°. *Salomon sapiens Davidis filius.*

I. Dissipata jam propter patrem omni inimicorum potentia, regnavit in pace, habuit subjectos sibi hostes, ut templum Domino et sanctuarium conderet; 14, 15.

II. Juvenis, jam vastissima sapientia donatus, implevit omnia ænigmatibus, canticis, proverbiis, parabolis ac interpretationibus; quibus per insulas et regiones, in admirationem raptas, celebrata est ejus fama, conciliatus amor, et nomen Domini universorum sub Dei Israelis appellatione divulgatum; 15-19.

III. Collegit divitias immensas, multiplicato auro et argento ad mensuram stanni et plumbi; 20.

IV. Postea mulierum amore victus, suoque corpore abusus, gloriam et familiam suam contaminavit: inde, concitata in suos posteros indignatione divina, et propria stultitia impellente, secuit bifariam regnum, ortumque rebelli ex Ephraim principatui dedit. 21-23.

V. Deus tamen, memor misericordiæ et pacti, non delevit penitus aut evulsit stirpitus posteritatem Davidis; sed de ejusdem stirpe conservavit perpetuam successionem in regno Juda. 24, 25.

IV°. *Roboam et Jeroboam.*

I. Defuncto Salomone, successit tum Roboam ejus filius, homo vecordissimus et mentis inops, qui responso duriore abalienavit a se populum; 26–28.

II. Tum Jeroboam filius Nabot, auctor idololatriæ et seductionis, qua Israelitæ in peccata plurima et omnis generis nequitiam inducti fuerunt; donec Deus, tum captivitate eorum et exilio, tum vindice sui honoris defensione, finem sceleribus imponeret. 29–31.

V°. *Elias, æstuans zelo sicut igne, et verbis sicut faculis*, cap. XLVIII, v. 1.

I. Clauso, ne plueret, cœlo, induxit famem, qua invidi et violatores legis plurimi perierunt; ter etiam ignem de cœlo deduxit. 2, 3.

II. Factis prodigiis gloriosus et præcellens omnibus, 4.

1°. Mortuum nomine Domini revocavit ad vitam e sepulcro; 5.

2°. Reges dejecit e solio in exitium, confracta facile eorum potentia; 6.

3°. In Sina correptionem lenem accepit, et in Horeb decretam impiis vindictam audiit; 7.

4°. Reges alios in idololatrarum pœnam et ultionem, prophetas item in successores unxit; 8.

5°. Raptus est turbine, curru et equis igneis; secundum Scripturam autem destinato tempore redibit, ad placandam iram Domini, reducendos ad proavorum sensa posterorum animos, atque ad tribus Jacob restituendas; 9, 10.

* Annotatio Siracidis, qua beatos dicit qui Eliam viderint et amicum habuerint, vel visuri et habituri sunt; de se autem et coævis asserit, ejusmodi sortem ac nomen post mortem non futurum 11, 12.

VI°. *Elisæus, spiritu Eliæ rapti repletus,*

I. Nec metu principum motus, nec potentia cujusquam flexus, nec verbo ullo superatus fuit. 13, 14.

II. Excitato per cadaver suum mortuo, prophetam se fuisse ostendit; vivens patravit miracula, et mortuus mirabilia. 14, 15.

III. Tanta cum faceret, profecit tamen nihil,

1°. Regno Israelis peccatis suis adhærente, usque ad exilium et dispersionem; 16.

2°. Regno Judæ persistente aliquandiu sub paucis principibus, præter pios aliquot, omnibus impiis. 17, 18.

VII°. *Ezechias et Isaias.*

I. Sub tempus obsessæ a Rabsace Hierosolymæ,

1°. Ezechias munivit urbem, et, perfossa rupe puteoque facto, induxit aquam; 19.

2°. Ad blasphemias feroces a Rabsace jactatas commotus summo dolore, populus, expansis ad cœlum manibus, misericordiam Dei imploravit; 20-22.

3°. Deus precibus motus, pristinorum peccatorum immemor, et interventu Isaiæ placatus, liberavit obsessos, et Angelo percussore immisso castra obsidentium dejecit. 22-24.

II. Sub tempus reliquum,

1°. Ezechias placuit Deo, et institit viæ, tum a Davide tritæ, tum ab Isaia propheta magno et fideli designatæ. 25.

2°. Isaias retro egit solem, addidit vitæ regis annos, prævidit mysteria temporibus postremis eventura, consolatus his est lugentes in Sion, prænunciavitque, priusquam acciderent, futura omnibus abscondita. 26-28.

VIII°. *Josias.*

I. Hujus memoria et fama, ut odor suavissimus naribus, mel dulcissimum palatui, et concentus epularis auribus, sic jucundissima omnibus accidit. *Cap.* XLIX, *v.* 1, 2.

II. Is, missus divinitus ad populi conversionem pœnitentia efficiendam, idola abstulit, et, directo ad Deum corde, pietatem tempore impiorum corroboravit. 3, 4.

III. Præter hunc, Davidem et Ezechiam, reliqui Judæ reges idololatria, transgressione legis, et contemptu timoris Dei peccaverunt : 5, 6.

* Ideoque regni et populi gloria translata est ad gentes, incensa Hierosolyma cum templo, et civibus exhausta. 7, 8.

IX°. *Jeremias, Ezechiel, Prophetæ minores.*

I. Prior excidium hoc prædixit, vexatus ideo plurimum; quamvis necdum natus jam consecratus fuerit propheta, ad evertendum et eradicandum, ad ædificandum et plantandum. 8, 9.

II. Alter visionem habuit gloriæ divinæ in curru Cherubim spectabilis, prædixitque tum mala impiis, tum veniam pœnitentibus. 10, 11.

III. Postremorum sepulcra et memoria sint gloriosa; quia corroboraverunt populum, eumque ac se fide et spe liberarunt. 12.

§ IV. SUB ÆTATEM DUCUM.

I°. *Zorobabel, Jesus, Nehemias.*

I. Nec Zorobabel, qui fuit quasi annulus in dextra Dei, nec Jesus filius Josedec satis laudari possunt; qui ambo ædificarunt templum Domini, ad æternam hujus gloriam paratum. 13, 14.

II. Stabit etiam diu memoria Nehemiæ, utpote per quem erecti sunt muri, stabiliti vectes et portæ, domusque urbis ædificatæ. 15.

II°. *Laus Simonis summi sacerdotis, cognomento prisci, filii Oniæ.*

I. Celebratur ex operibus, scilicet

1°. Reparatione et firmitate templo data; *cap.* L, *v.* 1.

2°. Porticibus ac ædificiis templum ambientibus fundatis, et ad majorem altitudinem elevatis; 2.

3°. Fontium receptaculis reparatis, et aquis per canales æneos abundantissime deductis; 3.

4°. Curis pro gente sua et ad ruinam ejus avertendam impensis; 4.

5°. Munimentis urbi adjectis, ostiis et atriis usque ad templi velum amplificatis, conversatione cum civibus decenti, sibique gloriosa. 5.

II. Illustratur ex comparationibus ejus gloriam exponentibus: confertur enim

1°. Cum stella matutina in medio nebulæ, luna statis diebus plena lucente, et sole refulgente; 6, 7.

2°. Cum arcu iridis, rosa sub tempus vernum, lilio ad rivulum, et surculo thurifero sub æstatem redolente; 8.

3°. Cum igne effulgente, et thure in ignibus ardente; 9.

4°. Cum vase aureo et pretiosis gemmis ornato; 10.

5°. Cum oliva fructibus abundante et cupresso altissime porrecta; 11.

6°. Cum his, inquam, confertur Simon, in accessu ad altare pontificiis vestibus ornatus; gloriam non tam ab illis accipiens, quam novam iisdem addens. 11, 12.

III. Amplificatur ex officii exercitio: dum Simon,

1°. Gloriose circumdatus a fratribus, atque ab iisdem, velut totidem cedrorum ac palmarum frondibus, coronatus, stans ad aram, a sacerdotibus partes victimarum accepit, Deoque magnifice sacrificavit; 13-15.

2°. Consummaturus sacrificium, extendit manum ad phialam plenam vino, quod effundens ad altaris basin supremo Domino libavit; 16, 17.

3°. Continuavit ministerium, sacerdotibus magno tubarum ductilium sonitu clangentibus, levitis carmina laudesque Deo concinentibus, populo omni in terram ad Deum adorandum prostrato, et precibus sacrificium usque ad finem comitante; 18-21.

4°. Demum descendens, elevatisque super universum cœtum manibus benedicens, iterato precabatur, ut omnes darent gloriam Deo, in eoque solo gloriarentur. 22, 23.

* Concluditur narratio

1. Adhortatione ad Deum adorandum et laudandum, qui benefacit omnibus, dedit et prorogavit vitam, misericordiamque hucusque impertit; 24.
2. Voto et precatione, ut Deus Israelitis det animi lætitiam, pacem semper duraturam, firmam in Dei misericordia confidentiam, ac tempore opportuno liberationem; 25, 26.
3. Imprecatione ac detestatione, qua scriptor aversatur gentes Idumæorum et Philistæorum, ac colluviem impiorum potius, quam gentem Samaritanorum. 27, 28.

EPILOGUS

SUBSCRIPTIONEM, ORATIONEM, EXEMPLUM ET ALLOCUTIONEM SIRACIDIS ADJICIENS.

I°. *In subscriptione auctor hujus libri*

I. Nominat se Jesum, filium Sirach, Hierosolymitanum, qui veterum sapientiam collegerit, posterisque proposuerit. 29.

II. Gratulatur his beatitudinem et sapientiam, qui data documenta observaverint et retinuerint. 30.

III. Promittit iisdem felicem in omnibus sortem, a divino lumine præfulgente detegendam. 31.

II°. *In oratione Siracides*

I. Proponit laudare et prædicare Deum, tanquam auctorem salutis, adjutorem et protectorem suum. *Cap.* LI, *v.* 1, 2.

II. Recenset beneficia sibi præstita; scilicet

1°. Liberationem corporis ab interitu, famæ a calumniis et mendaciis, causæ suæ ab adversariis; 3.

2°. Tutelam contra leones rugientes et ad devorandum paratos, contra insidias hostium, et tribulationes undequaque irruentes; 4, 5.

3°. Conservationem inter flammas et ignem, inter sepulcrum et carcerem, inter iniquos accusatores et alienatos judices. 6. 7.

III. Promittit, eamdem hanc Dei laudationem a se continuandam usque ad mortem, cui proximus jam fuerat. 8, 9.

IV. Enarrat quomodo, aucta hostium multitudine, deficiente autem omni humano auxilio, ipse, memor misericordiæ divinæ et opis, jam alias implorantibus datæ, 10-12.

1°. Preces supplices extulerit, Deumque familiæ suæ promotorem et mortis propulsatorem expertus fuerit; 13.

2°. Dominum Messiæ patrem invocaverit, ne, tribulatione premente et superbis dominantibus, sine auxilio destitueretur. 14.

V. Repetit propositum et promissum laudandi assidue et celebrandi etiam psalmis nomen Domini, ob salutem ab exilio et tempore malo concessam. 15-17.

III°. *In propositione exempli idem Siracides*

I. Dicit, se juvenem adhuc et ab errore immunem quæsivisse, petiisse a Deo, et efflagitasse in templi aditu sapientiam; 18, 19.

II. Subjungit, eadem in se efflorescente, lætatum cor suum, et viam adolescentiæ fuisse rectam; 19, 20.

III. Addit, se modico labore comparasse sibi et auxisse sapientiam; 21, 22.

IV. Promittit, pro data sapientia, gratum se Domino futurum, consilia ejusdem cum zelo et sine pudore sectaturum, fortiterque pro illius usu et exercitio certaturum; 23-25.

V. Memorat, in prævio hujusmodi certamine, ob detectam suam insipientiam, se luxisse; sed, directo ad sapientiam animo, eoque per sui cognitionem mundato, eamdem reperisse; 26, 27.

VI. Declarat, cum eadem sibi collatam animi constantiam, et, post difficultates quæ sub initium molestæ erant superatas, possessionem ejusdem sibi stabilitam; 28, 29.

VII. Prædicat, simul mercedis loco adjectam fuisse eloquentiam, qua ad laudandum Deum se usurum spondet. 30.

IV°. *In allocutione is ipse*

I. Invitat indoctos ad se et ad domum sapientiæ; 31.

II. Excitat morantes, ac, elisa excusatione et proposita ipsorum indigentia, urget; 32.

III. Adhortatur, sapientiam, quæ gratis prostat, comparent; collum jugo illius submittant, et promptam inventu disciplinam suscipiant; 33, 34.

IV. Monet, vel ex sui inspectione agnoscere, quam modico labore quam multam requiem ipse invenerit; 35.

V. Instat, comparari sapientiam præ auro et argento, lætari in misericordia Domini, nec omitti laudem Dei ex pudore; 36, 37.

VI. Impellit ad tempestivam operum præstationem, ne merces eorum intercidat. 38.

LIBRI HISTORICI

NOVI TESTAMENTI.

I.

HISTORIA DOMINICA,

EX EVANGELISTARUM SYNOPSI

DESCRIPTA.

Notæ numericæ, in hac historia dominica, singulis uniuscujusque paragraphi membris appositæ, indicant quot in eis evangeliorum versus exponantur : quinam autem sint hi versus, id est, ad quodnam evangelium et evangelii caput pertineant, schema exhibet ad imam paginæ oram affixum. Brevitatis ergo, Evangelistarum nomina hoc modo scribentur : ***Matthæus***, **Mt.**; ***Marcus***, **Mr.**; ***Lucas***, **L.**; ***Joannes***, **J.**.

HISTORIA DOMINICA,

EX EVANGELISTARUM SYNOPSI DESCRIPTA.

EPOCHA PRIMA.

VITA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI A SUO ORTU USQUE AD PRIMUM POST BAPTISMUM PASCHA.

SECTIO I.

PRÆCOGNITA ET PRÆAMBULA AD NATIVITATEM CHRISTI.

PRÆFATIO,

Directa ad Theophilum, exponit scriptionis

I. Occasionem, 1.
II. Modum et rationem, 2, 3.
III. Finem et scopum. 4 (1).

§ 1. CONSPECTUS DICENDORUM DE VERBO.

I°. *Proponitur Verbum ut æternum*
 I. Per suam existentiam; 1.
 II. Per suam originem et naturam. 1, 2.
II°. *Declaratur manifestatum*
 I. Ut causa omnium per creationem; 3.
 II. Ut objectum beatitudinis et fidei per revelationem patriarchis et legi factam; 4, 5.
 III. Ut Messias per Joannis testimonium; 6-8.
 IV. Ut auctor fidei; 9. quam tamen
  1°. Plures respuebant; 10, 11.
  2°. Pauci, filatione adoptiva a Deo donati, recipiebant. 12, 13.
III°. *Exhibetur caro factum, et agnitum conversatione ut homo, opere ut Deus.* 14 (2).

(1) Præf. 1-4 : L. I, 1-4.
(2) § I, 1-14 : J. I, 1-14.

§ II. ANNUNTIATIO ET CONCEPTIO JOANNIS.

I°. *Annuntiationis circumstantiæ*

I. Antecedentes; quæ præbent notitiam

1°. Tum temporis, 1.

2°. Tum parentum; qui fuerunt

1. De stirpe sacerdotali; 1.
2. Justi ambo et virtute eximii; 2.
3. Improles, steriles et senes; 3.

3°. Tum muneris sacri a patre Zacharia exerciti. 4-6.

II. Comitantes erant

1°. Apparitio Angeli, conjuncta cum turbatione ac timore Zachariæ; 7, 8.

2°. Allocutio Angeli, eximens metum, et fauste nuntians,

1. Preces, a Zacharia factas, esse exauditas, nasciturumque ipsi filium, Joannis nomine compellandum; 9.
2. Oriturum hinc gaudium multorum; 10.
3. Futurum vero filium coram Deo magnum, et ob sanctitatem personalem, et ob prædicationis fructum, et ob præcursoris officium; 11-13.

3°. Interlocutio Zachariæ, ex opposita sui et conjugis senectute, dubium de oraculo prodentis; 14.

4°. Responsio ab Angelo reddita

1. Confirmat dicti credibilitatem; 15.
2. Denuntiat pœnam, exprobrat incredulitatem, repetit prophetiam. 16.

III. Sequentes fuerant

1°. Admiratio populi ob insolitam sacerdotis in Sancto moram; 17.

2°. Ligamen linguæ, silentio et nutibus a Zacharia proditum, a populo in visionis illi factæ signum acceptum. 18.

II°. *Conceptionis eventus,*

I. Post Zachariæ reditum in domum, secutus; 19, 20.

II. Ab Elisabeth verecunde occultatus; 20.

III. Tanquam honorificentissimum Dei donum ab eadem agnitus. 21 (1).

§ III. ANNUNTIATIO ET INCARNATIO VERBI.

I°. *Notatio historica*

I. Partim de tempore, legante, legato, et loco in quem facta est legatio; 1.

II. Partim de conditione, familia et nomine Virginis, ad quam eadem fuit directa. 2.

(1) § II, 1-21 : L. I, 5-25.

II°. *Ingressus legationis*

I. Fit a Gabriele, salutante Virginem, eamque, ob gratiæ plenitudinem, Dei conjunctionem et fœcunditatis singularitatem, celebrante; 3.

II. Excipitur a Maria cum quadam animi turbatione et sollicita dicti consideratione. 4.

III°. *Propositio legationis stat in oratione*, qua Angelus

I. Detergit Virginis timorem, contestatus Deum illi favere; 5.

II. Aperit, filium ex ipsa nascendum, et nomine Jesu compellandum; 6.

III. Exponit hujus magnitudinem

1°. Ex divinitate originis; 7.

2°. Ex dignitate muneris; 7.

3°. Ex amplitudine et diuturnitate regiminis. 7, 8.

IV°. *Negotium legationis*

I. Suspenditur primum Virginis quæstione de modo incarnationis, salva sua virginitate, faciendæ; 9.

II. Promovetur mox Angeli responsione, qua

1°. Exponitur modus plane divinus, ex superventu Spiritus Sancti, ex obumbratione virtutis Altissimi, ex sanctitate partus et personalitate divina; 10.

2°. Confirmatur dictum, tum ab exemplo Elisabeth, tum a potentia Dei. 11, 12.

III. Conficitur tandem et absolvitur consensu Virginis, consummatione mysterii, et discessu Angeli. 13 (1).

§§ IV, V. GENEALOGIA CHRISTI

I°. *Secundum lineam paternam.*

I. Fit inscriptio genealogica, notatis duobus præcipuis stirpis capitibus. § IV, 1.

II. Præmittitur classis majorum prima, scilicet patriarcharum, ab Abrahamo usque ad Davidem; 2-5.

III. Additur altera regum, a Salomone ad Joakimum; 6-11.

IV. Subjicitur tertia ducum, a Jechonia ad Christum; 12-16.

V. Colligitur antecessorum numerus, et, pro classe qualibet, circumscribitur tesseradecade. 17 (2).

(1) § III, 1-13 : L. I, 26-38.
(2) § IV, 1-17 : Mt. I, 1-17.

II°. *Secundum lineam maternam* (1).

I. Discrepat hæc a priori tum universim ratione formæ, qua generationes non descendendo sed ascendendo enumerantur; tum ratione personarum, quarum hic aliæ, et numero etiam plures, inter Davidem et Christum recensentur; § V, 1-9.

II. Congruit autem utraque in classe patriarcharum, quorum quatuordecim et iidem, inverso tamen ordine, referuntur; 10-12.

III. Superat eadem alteram progressione, per viginti generationes ab Abrahamo ad Adamum usque ascendente, adjecta. 12-16 (2).

§ VI. VISITATIO ET CANTICUM MARIÆ.

I°. *In visitationis historia refertur*

I. Profectio, suscepta a Virgine cum festinatione; 1.

II. Appulsus in domo cognatæ, et salutatio; 2.

III. Effectus visitationis in Joanne et Elisabeth; 3.

IV. Elisabeth Virginem excipientis sermo

1°. Encomiasticus; 4.

2°. Contestans dignationem et gratiam factam; 5, 6.

3°. Gratulatorius. 7.

II°. *In cantico Virginis fit*

I. Relatio laudis et gaudii ad Deum, 8, 9.

1°. Ob gratiam suæ tenuitati factam, et ab omnibus celebrandam; 10.

2°. Ob dona sibi collata, potentiam et sanctitatem Dei prodentia; 11.

3°. Ob misericordiam divinam hinc omnibus Deum timentibus confirmatam. 12.

II. Contestatio moris divini, alias etiam usurpati,

1°. In depressione superborum et exaltatione humilium; 13, 14.

2°. In spoliatione divitum et ditatione egentium. 15.

(1) Dum Christi genealogiam secundum lineam maternam a Luca fuisse conscriptam, contendit auctor noster, magnam recentiorum interpretum partem sibi consentientem habet; imo et ex antiquioribus multos eamdem propugnasse sententiam, nunc, Hilario Pictaviensi teste, certissima res est: *Multi*, ait S. Doctor, in priori e duobus tractatibus a cardinali Maio editis, *volunt generationem quam enumerat Matthæus, deputari Joseph; et generationem quam enumerat Lucas, deputari Mariæ; ut, quia caput mulieris vir dicitur, viro etiam ejusdem generatio nuncupetur.* Nov. Patrum biblioth. t. I, p. 477, 478.

(2) § V, 1-16: L. III, 23-38.

III. Celebratio beneficii, per incarnationem populo judaico, secundum promissiones patribus factas, præstiti. 16, 17.

* Notatio temporis, quo beata Virgo apud Elisabeth commorata, et tum domum reversa. 18 (1).

§ VII. NATIVITAS JOANNIS CUM EJUSDEM ADJUNCTIS.

I°. *Nativitas hæc correspondet prædictioni angelicæ,*

I. Quoad prolis sexum, et exsultationem familiæ : 1, 2.

II. Quoad impositionem nominis, quod, die circumcisionis,

1°. Diversum suadetur a cognatis; 3.

2°. Rejicitur ab Elisabeth; 4.

3°. Cognatis instantibus et nutu judicium patris provocantibus, proprium a Zacharia scribitur et pronuntiatur : 5-7.

III. Quoad tempus impeditæ et redditæ patris loquelæ : 8.

IV. Quoad religiosum multorum gaudium : 9.

V. Quoad magnitudinem prolis futuram. 10.

II°. *Canticum Zachariæ propheticum,* 11.

I. Recensens, cum gratiarum actione, beneficia dominicæ incarnationis. Hæc sunt

1°. Adventus Messiæ, et redemptionis initium; 12.

2°. Regnum spirituale in Ecclesia excitandum; 13.

3°. Complementum antiquarum promissionum eventurum, 14, 17.

1. Partim per liberationem ab hostibus et servitute peccati; 15, 18.

2. Partim per innovationem fœderis, et collationem sanctitatis ac justitiæ permanentis. 16, 19.

II. Designans singulares Joannis characteres,

1°. Ex duplici dignitate prophetæ et præcursoris Messiæ; 20.

2°. Ex triplici functione

1. Prædicandi pœnitentiam, 21.

2. Demonstrandi Messiam, 22.

3. Instruendi rudes et dubios. 23.

* Reliqua Joannis historia usque ad prædicationis tempus unice notat incrementum ætatis, confortationem spiritus et commorationem in deserto. 24 (2).

(1) § VI, 1-18 : L. I, 39-56.
(2) § VII, 1-24 : L. I, 57-80.

SECTIO II.

HISTORIA CHRISTI NASCENTIS ET ADOLESCENTIS.

§ VIII. INSTRUCTIO DATA JOSEPHO DE NASCITURO CONJUGIS FILIO.

I°. *Transitio ad historiam nativitatis Christi.* 1.
II°. *Perplexio Josephi,*
  I. Nata ex graviditate conjugis manifestata; 1.
  II. Aucta ex consilio ad famam tuendam suscepto. 2.
III°. *Apparitio Angeli in somno,*
  I. Mandatum consilio contrarium ferentis, et data mysterii notitia suspicionem delentis; 3.
  II. Nomen nascituro imponendum designantis, et de futura per illum salute instruentis. 4.
IV°. *Observatio Evangelistæ* adnotantis, hæc omnia evenisse pro prophetiæ complemento. 5, 6.
V°. *Obedientia præstita a Josepho,*
  I. Mariam in conjugem accipiente; 7.
  II. Conjugem tamen intactam relinquente, filioque tandem nato nomen commendatum imponente. 8 (1).

§ IX. CIRCUMSTANTIÆ PARTUS VIRGINEI

I°. *Circumstantiæ præviæ :*
  I. Census in Judæa ab Augusto indictus; 1.
  II. Indictionis novitas, curator et scopus; 2, 3.
  III. Ejusdem observantia a Josepho etiam et Maria præstita, per susceptam in Bethlehem profectionem. 4, 5.
II°. *Circumstantiæ comites* indicant tum tempus et locum partus, tum recens nati in pannis involutionem, et in præsepio depositionem. 6, 7.
III°. *Circumstantiæ subsequæ :*
  I. Apparitio Angeli,
    1°. Pastoribus, sub noctem gregi invigilantibus, se exhibentis; 8, 9.
    2°. Gaudium magnum et Messiam natum nuntiantis; 10, 11.
    3°. Signum ejusdem diagnosticum edicentis; 12.

(1) § VIII, 1-8 ; Mt. I, 18-25.

4°. Fidem a choro Angelorum, Deo gloriam et hominibus pacem cantantium, accedente accipientis; 13, 14.
5°. Peracto officio ad cœlum revertentis. 15.

II. Religio pastorum,
1°. Ad locum designatum abeuntium; 15.
2°. Nuntii indicia et veritatem agnoscentium; 16, 17.
3°. Visionem suam, et rem illi correspondentem, præsentibus, inter quos Maria istorum memor, enarrantium; 18, 19.
4°. Historiam hanc omnem cum laude Dei ubique divulgantium. 20.

III. Circumcisio Christi octavo die facta cum impositione nominis Jesu. 21 (1).

§ X. DIVERSA MAGORUM ET HERODIS CIRCA CHRISTUM NATUM STUDIA.

I°. *Magorum*
I. Prompta et efficax salutis sollicitudo in adventu; 1.
II. Intrepida simplicitas in perquisitione; 2.
III. Felix docilitas in accepta informatione; 9, 10.
IV. Fides et magnificentia in adoratione; 11.
V. Victrix honoris obedientia in reditu. 12.

II°. *Herodis* (2)
I. Timida turbatio ex nuntio; 3.
II. Sacrilega in regem natum inquisitio; 4.
III. Invidiosa responsi, prophetia confirmati, susceptio; 5, 6.

(1) § IX, 1-21 : L. II, 1-21.

(2) Herodes scilicet cognomine Magnus, cui successit Archelaus; ut constat tum ex Matthæo (II, 22), tum ex omnium, nullo excepto, veterum scriptorum consensu. Cum igitur Herodes anno quarto ante æram vulgarem vita functus fuerit, Christi ortum in quintum saltem annum ante eamdem æram incidisse, necesse est. At, inquiunt, Christus triginta tantum et tres annos vixit, passusque est anno æræ vulgaris trigesimo tertio: quo igitur pacto, sub Herode, jam a quatuor annis mortuo, nasci potuit? Necessaria sane argumentatio, nisi in ea id tanquam certum supponeretur, quod vel falsum est, vel ambiguum. Nam Christi mortem adscribendam esse decimo quinto Tiberii Cæsaris anno, duobus Geminis consulibus (a. Æ. V. 29), antiquorum Patrum communis est sententia; quam P. Xaverius Patrizzi fuse nuper exposuit, et ab omni contradictione vindicavit (*De Evangeliis*, lib. III, dissert. 51 et 52). De tempore autem quo Christus vixit, quibusve limitibus ejus vita circumscribatur, tacent Scripturæ; et ita inter se dissentiunt tam veteres quam recentiores interpretes, ut, a primis Ecclesiæ sæculis ad nostrum usque, decem hujus quæstionis solutiones excogitatæ fuerint (Patrizzi, l. cit. dissert. 19). Certa ergo et inconcussa firmiter retineamus, dubia vero, si quæ sunt, ad priorum rationem revocemus: non enim viri prudentis foret oppositam inire viam, et quod incertum est in criterium historicæ veritatis assumere.

IV. Insidiosa in ortum stellæ et regis investigatio; 7.
V. Simulata humanitatis erga Magos, et religionis erga Messiam pollicitatio. 8 (1).

§ XI. CONSPIRANTIA CIRCA EUMDEM VIRTUTUM OFFICIA ET VOTA.

I°. *Virgineæ matris obedientia*, adimplens legem
I. Circa purificationem puerperæ; 1.
II. Circa præsentationem primogeniti; 1, 2.
III. Circa oblationem pro matre et infante. 3.
II°. *Simeonis senis*
I. Conditio vitæ,
1°. Notata virtutibus et donis; 4.
2°. Illustrata divinis promissis : 5.
II. Sors singularis
1°. Ex opportuno in templo occursu; 6.
2°. Ex læto infantis divini amplexu : 7.
III. Canticum,
1°. Mortem præ gaudio optantis ; 8.
2°. Lætitiæ et voti causam ex Messiæ conspectu assignantis : 9-11.
IV. Vaticinium, parentibus Christi hæc admirantibus, cum benedictione adjectum, 12.
1°. Pertinens ad diversam sortem ex Messia nato eventuram ; 13.
2°. Pertinens ad dolorem matri Messiæ obventurum. 14.
III° *Annæ prophetissæ*
I. Conditio generis, ætatis et status; 15.
II. Virtutes, statum viduitatis exornantes; 16.
III. Opportuna accessio et manifestatio Messiæ. 17.
IV°. *Familiæ sacræ secessus in Nazareth.* 18 (2).

§§ XII, XIII. MEMORABILIA VITÆ CHRISTI IN ÆTATE MINORE.

I°. *Fuga in Ægyptum*
I. Imperata ab Angelo, § XII, 1.
II. Confirmata motivo, 1.
III. Completa facto, 2.
IV. Soluta, reditu a propheta prædicto. 3.
II°. *Infanticidium*
I. Ab Herode jussum; 4.

(1) § X, 1-12 : Mt. II, 1-12.
(2) § XI, 1-18 : L. II, 22-39.

II. Crudeliter executioni datum; 4.
III. Vaticinio prænuntiatum. 5, 6.
III°. *Reditus ex Ægypto*
I. Indictus ab Angelo, Herodis mortem nuntiante; 7, 8.
II. Susceptus versus Judæam; 9.
III. Flexus, monente Angelo, in Galilæam; 10.
IV. Terminatus commoratione in Nazareth. 11 (1).
IV°. *Pueritia* notata
I. Ex parte Christi, quoad humanitatem, incremento corporis et animi; quoad divinitatem, charactere personali et communi : § XIII, 1.
II. Ex parte parentum, exercitio religionis legali. 2.
V°. *Adolescentiæ initium illustre*
I. Adventu Christi in Jerusalem et mora in templo, insciis parentibus; 3, 4.
II. Perquisitione cum dolore, et inventione cum gaudio parentum secuta; 5-9.
III. Facti utriusque ratione petita a matre, et data a Christo. 9-11.
VI°. *Adolescentia reliqua signata*
I. Submisso Christi obedientiæ studio, et attenta matris observatione; 12.
II. Manifestato donorum cœlestium cum annis profectu. 13 (2).

SECTIO III.

PRÆPARATIO ET INITIA VITÆ PUBLICÆ CHRISTI.

§§ XIV, XV, XVI. JOANNIS BAPTISTÆ INITIA.

I°. *Missio divina*,
I. Cum præcursoria ad Christi prædicationem præparatione; § XIV, 1.
II. Cum distincta et accurata temporis adnotatione. 2, 3.
II°. *Prædicatio cœpta*,
I. Cum designatione loci; 3-6.
II. Cum propositione thematis universalis. 4, 5, 7.

(1) § XII, 1-11 : Mt. II, 13-23.
(2) § XIII, 1-13 ; L. II, 40-52.

III°. *Auctoritas probata*,

I. Ex vaticinii prænuntio; 8-13.

II. Ex sanctitatis testimonio. 14, 15 (1).

IV°. *Celebritas perspecta*,

I. Ex concionis frequentia; § XV, 1, 2.

II. Ex prædicationis apud auditores efficacia. 2, 3.

V°. *Severitas erga Pharisæos et Sadducæos exhibita*,

I. Exprobratione malæ dispositionis; 4, 5.

II. Injunctione conversionis; 6, 7.

III. Refutatione vanæ confidentiæ; 7, 8.

IV. Comminatione impœnitentiæ. 9, 10.

VI°. *Monitio data consultantibus*

I. Plebeiis, de exercendis misericordiæ operibus; 11, 12.

II. Pnblicanis, de cohibenda avaritia; 13, 14.

III. Militibus, de vitandis injuriis. 15 (2).

VII°. *Modestia demonstrata*,

I. Eximendo conceptam de se tanquam Messia opinionem; § XVI, 1, 2.

II. Declarando discrimen

1° Inter suum et Christi baptismum; 2-4.

2° Inter suam et Christi personam. 2, 3, 5-7.

VIII°. *Adhortationes aliæ generatim tantum indicantur.* 8.

§§ XVI, XVII. PRÆVIA AD CHRISTI MAGISTERIUM ET PRÆDICATIONEM.

I°. *Baptismus*

I. A Christo postulatus; § XVI, 9.

II. A Joanne primum negatus, postea datus; 10-12.

(1) § XIV,	1 :	Mr. i, 1.		
	2, 3 :	. . . .	L. iii, 1, 2.	
	3-6 :	— 4;	— 2, 3;	Mt. iii, 1.
	3, 5, 7 :	— 4;	— 3;	— 2.
	8-13 :	— 2, 3;	— 4-6;	— 3.
	14, 15 :	— 6	. . . . . .	— 4.

(2) § XV,	1, 2 :	Mt. iii, 5;	Mr. i, 5.	
	2, 3 :	— 6;	— 5.	
	4, 5 :	— 7	. . . . .	L. iii, 7.
	6, 7 :	— 8	. . . . .	— 8.
	7, 8 :	— 9	. . . . .	— 8.
	9, 10 :	— 10	. . . . .	— 9.
	11-15 :	. . . . .	. . . . .	— 10-14.

III. A Deo illustratus
- 1°. Cœlo aperto ; 13-15.
- 2°. Descensu Spiritus Sancti sub columbæ specie ; 14-16.
- 3°. Testimonio Patris, Christum Dei Filium declarantis. 16-18.
- * Notatio ætatis Christi sub hoc tempus. 19 (1).

II°. *Exercitatio præparatoria Christi*,
- I. Per discessum ab occasione laudis et consortio humano ; § XVII, 1.
- II. Per secessum in solitudinem ; 2-4.
- III. Per jejunium quadragesimale. 4, 5.

III° *Tentatio diabolica :*
- I. Primæ
  - 1°. Occasio captata ex fame ; 4, 5.
  - 2°. Propositio facta de mutandis lapidibus in panem ; 6, 7.
  - 3°. Rejectio desumpta ex Dei providentia. 8, 9.
- II. Secundæ
  - 1°. Inductio facta per delationem Christi super templi pinnaculum ; 10, 11.
  - 2°. Oblatio per datum consilium se mittendi deorsum, ex præsumptione divinæ providentiæ ; 11-14.
  - 3°. Refutatio per oppositam de Deo non tentando Scripturam. 15, 16.
- III. Tertiæ
  - 1°. Præparatio per speciem mundanæ ambitionis propositam ; 17, 18.
  - 2°. Sollicitatio ad dæmonolatriam sub promissione mercedis ; 19-21.
  - 3°. Propulsatio cum detectione dæmonis et contestatione cultus soli Deo debiti. 22, 23.

IV°. *Victoria declarata*
- I. Ex tentatoris fuga et intermissa ad tempus tentatione ; 24, 25.
- II. Ex Angelorum accessu et ministerio. 24 (2).

(1) § XVI,

1, 2 :	L. III,	15, 16				
2, 4 :	—	16 ;	Mt. III,	11 ;	Mr. I,	8.
2, 3, 5, 7 :	—	16, 17 ;	—	11, 12 ;	—	7.
8 :	—	18.				
9-12 :	. . .	. . .	—	13-15 ;	—	9.
13-15 :	—	21 ;	—	16 ;	—	10.
14-16 :	—	22 ;	—	16 ;	—	10.
16-18 :	—	22 ;	—	17 ;	—	11.
19 :	—	23.				

(2) § XVII,

1 :	Mr. I,	12.				
2-4 :	—	13 ;	Mt. IV,	1 ;	L. IV,	1, 2.
4, 5 :	. . .	. . .	—	2 ;	—	2.
6, 7 :	. . .	. . .	—	3 ;	—	3
8, 9 :	. . .	. . .	—	4 ;	—	4.
10-11 :	. . .	. . .	—	5 ;	—	9.
11-14 :	. . .	. . .	—	6 ;	—	9-11.

§ XVIII, XIX. TESTIMONIA JOANNIS DE CHRISTO POST BAPTISMUM.

I°. *Testimonia de Christo absente :*

I. Primum ad populum, exponens Christi excellentiam
1°. Ex existentiæ æternitate ; § XVIII, 1.
2°. Ex donorum origine et causalitate ; 2, 3.
3°. Ex divinitatis consubstantialitate. 4.

II. Secundum ad magistratum, 5. vindicans Christi auctoritatem,
1°. Negando, se esse
1. Tum Messiam, 6.
2. Tum Eliam aut prophetam : 7.
2°. Asserendo
1. De se nudum præcursoris ministerium; 8, 9.
2. De suo baptismo inefficax præparationis symbolum ; 10-12.
3. De Christo summam præcellentiam. 12, 13.
* Notatio loci. 14.

II°. *Testimonia de Christo præsente :*

I. Primum ad concionem explicatius,
1°. Demonstrando redemptorem mundi; 15.
2°. Repetendo dicta de summa Christi præcellentia; 16.
3°. Confirmando suum de Christo testimonium,
1. Tanquam immune ab affectu et temeritate; 17.
2. Tanquam collectum ex eventu, ad revelatam prædictionem secuto; 18-20.
4°. Declarando Christum filium Dei. 20 (1).

II. Secundum ad discipulos brevius, indicando redemptorem mundi. § XIX, 1, 2.

§§ XIX, XX, XXI. PRIMITIÆ VITÆ PUBLICÆ A CHRISTO COEPTÆ.

I°. *Primus sectatorum ad Christum accessus.*

I. Duo ex discipulis Joannis
1°. Colloquium cum Christo quærunt; § XIX, 3.
2°. Invitantur ad illud a Christo et admittuntur ; 4, 5.
3°. Eorum unus nomine Andreas notatur. 6.

15, 16 :	Mt. IV, 7;	L. IV, 12.
17, 18 :	— 8;	— 5.
19-21 :	— 9;	— 6, 7.
22, 23 :	— 10;	— 8.
24, 25 :	— 11;	— 13.

(1) § XVIII, 1-20 : J. I, 15-34.

II. Simon Andreæ frater

1°. Edocetur ab hoc de Messia, hoc est, Christo invento; 7.

2°. Adducitur ad Christum, et ab hoc nomen Cephæ seu Petri accipit. 8.

III. Philippus, cujus patria simul adnotatur, vocatur a Christo ad sequelam. 9, 10.

IV. Nathanael

1°. A Philippo edocetur de Jesu tanquam Messia; 11.

2°. Dubitans adducitur ad Christum; 12.

3°. Laudatur a Christo; 13.

4°. Ex revelatione secreti facta convincitur de dignitate Christi; 14, 15.

5°. Pluribus adhuc signis, confirmandus docetur. 16, 17 (1).

II°. *Primum Christi miraculum.*

I. Nuptiæ denotatæ

1°. A loco, § XX, 1.

2°. A convivis. 2.

II. Miraculi hic editi antecedentia :

1°. Necessitas quædam miraculi a Maria filio proposita; 3.

2°. Repulsa a Christo matri apparenter data; 4.

3°. Observantia ab illo mandandorum ab hac ministris commendata. 5.

III. Illius concomitantia :

1°. Hydriarum præsentium destinatio, numerus et capacitas; 6.

2°. Earumdem aquis repletio imperata et facta; 7.

3°. Aqua in vinum commutata, et ad gustandum prolata. 8.

IV. Subsequentia : scilicet vini

1°. Veritas experimento cognita; 9.

2°. Generositas parœmiali dicto declarata; 9, 10.

3°. Novitas miraculosa a fine et effectu celebrata. 11 (2).

III°. *Primus magisterii publici aditus.*

I. Translatio domicilii a Nazareth in Capharnaum a Jesu facta,

1°. Cum designatione familiæ, situs et durationis; § XXI, 1, 2.

2°. Cum complemento prophetiæ. 3-5.

II. Prædicationis Christi initium, argumentum et motivum. 6-8.

III. Vocatio primariorum discipulorum,

1°. Altera quidem Petri et Andreæ; 9-14.

2°. Prima autem Jacobi et Joannis. 15-18 (3).

(1) § XIX, 1-17 : J. I, 35-51.

(2) § XX, 1-11 : J. II, 1-11.

(3) § XXI, 1, 2 : Mt. IV, 13; J. II, 12.
3-5 : — 14-16.
6-8 : — 17 . . . . Mr. I, 14, 15.
9-14 : — 18-20 . . . — 16-18.
15-18 : — 21, 22 . . . — 19, 20.

EPOCHA SECUNDA.

VITA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI A PRIMO POST BAPTISMUM PASCHATE USQUE AD SECUNDUM.

—

SECTIO I.

EXPEDITIO CHRISTI SACRA PER UNIVERSAM PALÆSTINAM.

§ I. AUCTORITAS CHRISTI MAGISTRALIS,

I°. *Initiata Hierosolymis reformatione venerationis templo debitæ :* hujus actionis

I. Tempus erat pascha Judæorum ; 1.

II. Locus, atrium immundorum ; occasio, mercatura ibidem exercita ; 2.

III. Effectus, ejectio negotiatorum per comminationem flagelli, et exprobrationem sacrilegæ profanationis; 3, 4.

IV. Allegatio juris ex prophetæ oraculo. 5.

II°. *Confirmata prædictione resurrectionis :* hujus prædictionis

I. Occasio datur per postulationem signi; 6.

II. Propositio fit per responsum sensus ambigui; 7.

III. Acceptatio sinistra proditur a contradicentibus; 8.

IV. Interpretatio vera additur per Evangelistam, et intelligitur ex eventu. 9, 10.

III° *Illustrata varietate*

I. Tum signorum, fidem multis persuadentium ; 11.

II. Tum œconomiæ Christi, se cuilibet non credentis, 12, 13 (1).

§ II. CONGRESSUS CHRISTI CUM NICODEMO IBIDEM DOCTRINALIS.

I°. *Nicodemi ad Christum accessus.* 1, 2.

II°. *Colloquium mirifico præambulo apertum.* 2.

III°. *Instructiones a colloquente Christo datæ :*

I. Punctum primum, baptismi necessitas

(1) § I, 1-13 : J. II, 13-25.

1°. Proposita sub typo regenerationis; 3.
2°. Impugnata per carnalem sententiæ acceptationem; 4.
3°. Explicata apertius, declaratis per comparationem.
1. Tum nativitatis hujus termino, 5.
2. Tum adjunctis actionis. 6-8.

II. Punctum secundum, dispositio ad fidem
1°. Per dubitantis applicationem; 9, 10.
2°. Per testantis auctoritatem; 11.
3°. Per methodi facilitatem; 12.
4°. Per instituentis certam et claram scientiam. 13.

III. Punctum tertium, fidei utilitas declarata
1°. Per figuram de fructu passionis Christi; 14, 15.
2°. Per finem incarnationis et medium salutis; 16.
3°. Per privilegium de certitudine beatitudinis. 17, 18.

IV. Punctum quartum, fidei necessitas demonstrata
1°. Quasi a priori, ob peccatum originale ex defectu fidei non deletum; 19.
2°. Quasi a posteriori, ob peccata actualia ab infideli vel fidem repudiante commissa. 20, 21 (1).

§ III. BAPTISMUS CHRISTI, EX METROPOLI IN JUDÆÆ AGRUM DIGRESSI,

I°. *Collatus diu et multis* : 1.
II°. *Notatus a contemporaneo Joannis baptismate in Ænnon, et vigente adhuc Joannis libertate* : 2, 3.
III°. *Delatus ad Joannem a discipulis, et in quæstionem vocatus* : 4, 5.
IV°. *Vindicatus a Joanne,*
I. Probata Christi auctoritate ex missione et munere; 6, 7.
II. Exposita Christi excellentia præ Joannis conditione; 8, 9.
III. Collata utriusque origine, et hinc eminentia Christi; 10.
IV. Demonstrata testimonii a Christo dati authentica,
1°. Ex testis scientia, veracitate et divinitate; 11-14.
2°. Ex credentis utilitate, non credentis damno et perditione. 15 (2).

§ IV. FRUCTUS A CHRISTO IN SAMARIÆ TRANSITU COLLECTUS.

I°. *Transitus Christi per Samariam.*
I. Causa discessus ex Judæa; 1, 2.
II. Directio itineris in Galilæam; 3.
III. Ratio ingressus in Samariam et appulsus ad Sichar; 4, 5.
IV. Mora ad fontem capta, cum hujus causa ac tempore. 6.

(1) § II, 1-21 : J. III, 1-21.
(2) § III, 1-15 : J. III, 22-36.

II°. *Colloquium Christi cum muliere Samaritana.*

I. Occasio colloquii

1°. Captata, digressis discipulis, a Christo postulante potum aquæ; 7, 8.

2°. Data a muliere petitionem hanc cavillante. 9.

II. Dialogus primus de aqua viva,

1°. A Christo ostentata; 10.

2°. A muliere sinistre et cum sarcasmo intellecta; 11, 12.

3°. A Christo ob duplicem differentiam naturali aquæ prælata; 13, 14.

4°. A muliere æstimari cœpta et desiderata. 15.

III. Dialogus secundus de sermocinantis utriusque conditione:

1°. Occasio eam revelandi quæsita a Christo, maritum advocari jubente; oblata a muliere, maritum sibi esse negante; 16, 17.

2°. Adulterina mulieris conditio detecta; 17, 18.

3°. Dos Christi prophetica agnita. 19.

IV. Dialogus tertius de vero Dei cultu,

1°. Ratione loci:

1. Circa hunc locum mulier proponit controversiam, inter Judæos et Samaritanos vigentem; 20.

2. Christus hanc litem pro futuro inutilem declarat, pro præsenti autem Judæis favet. 21, 22.

2°. Ratione conditionum essentialium:

1. Hæ sunt spiritus et veritas; secundum prius, corporeo et sensibili, secundum posterius, tum umbris et figuris Judæorum tum superstitioni aut idololatriæ Samaritanorum oppositæ; 23.

2. Eædem Deo qui colendus est proportionatæ sunt ac debitæ. 24.

3°. Ratione institutionis novæ:

1. Hanc fatetur mulier faciendam per Messiam venturum; 25.

2. Hunc se esse Christus declarat. 26.

III°. *Eventus intervenientes et frequentes.*

I. Interruptio colloquii, facta

1°. Per adventum discipulorum, ob sermocinantem cum muliere magistrum tacite mirantium; 27.

2°. Per discessum mulieris, indicia de Messia invento ad concives deferentis. 28, 29.

II. Sermo Christi ad discipulos habitus, quo

1°. Christus, occasione cibi oblati sed repudiati, suum salutis animarum studium præcipuum declarat; 31-34.

2°. Discipuli, desumpto a messis propinquæ parabola argumento, ad operam conversioni Samaritanorum impendendam excitantur, proposita

1. Præsenti opportunitate; 35.

2. Mercedis amplitudine; 36.

3. Operis jam parati facilitate. 37, 38.

III. Colloquii cum Samaritana sequelæ :

1°. Occursus Samaritanorum et fides in Christum ; 30, 39.
2°. Invitatio et commoratio Christi in Samaria per biduum ; 40.
3°. Fides Samaritanorum quoad numerum auctior, quoad motivum præstantior. 41, 42 (1).

§§ V, VI, VII. REDITUS CHRISTI ET EXCURSIO IN GALILÆAM.

I°. *Adventus et actio Christi in Cana.*

I. Itineris ratio exposita :

1°. Profectio in Galilæam ; § V, 1.
2°. Declinatio a Nazareth ; 2.
3°. Exceptio honorifica a Galilæis ; 3.
4°. Ingressus in Cana. 4.

II. Sanatio filii reguli ,

1°. Postulata a patre ; 4, 5.
2°. Suspensa a Christo ob fidem petentis adhuc imperfectam ; 6.
3°. Annuntiata a Christo, cum fide patris crescente ; 7, 8.
4°. Confirmata a servis, cum miraculi agnitione et fidei perfectione ; 9-11.
5°. Consignata temporis nota. 12 (2).

II°. *Opera Christi regressi in Capharnaum.*

I. Ratio docendi

1°. Exercita in synagogis diebus sabbati ; § VI, 1, 2.
2°. Distincta a communi docendi more. 3, 4.

II. Potestas in dæmones

1°. Propalata a dæmoniaco ; 5-8.
2°. Exerta a Christo, imperato dæmonibus silentio et exitu e corpore ; 9, 10.
3°. Comprobata violento, innoxio tamen, discessu ; 10, 11.
4°. Æstimata a spectatoribus ; 12, 13.
5°. Divulgata per Galilæam. 14, 15.

III. Vis sanatrix

1°. Implorata a discipulis Christi et ab amicis ægrotæ ; 16-19.
2°. Exhibita instantanea et perfecta curatione febris in socru Petri. 20-22.

IV. Utraque potestas et vis

1°. Sollicitata a frequenti populo, utramque miserorum classem adducente ; 23-26.
2°. Impensa a Christo cum exoptato effectu ; 25-28.

(1) § IV, 1-42 : J. IV, 1-42.
(2) § V, 1-12 : J. IV, 43-54.

3°. Collata cum Isaiæ vaticinio; 29.

4°. Non permissa evulgari a dæmone. 27, 28 (1).

III°. *Peragratio Galilææ*

I. Inchoata,

1°. Tacito Christi ex Capharnaum discessu; § VII, 1, 2.

2°. Significato a discipulis subsecutis Capharnaitarum desiderio; 3, 4.

3°. Indicto suis in omnem regionem excurrendi mandato; 5.

4°. Persuaso Capharnaitis, reditum postulantibus, missionis suæ officio; 2, 6.

II. Confecta

1°. Prædicato Evangelio et patratis miraculis; 7-9.

2°. Sparsa nominis celebritate, et beneficiorum ad exteros amplitudine; 10.

3°. Concurrente omni late vicinia. 11 (2).

SECTIO II.

SERMO CHRISTI IN MONTE, UNIVERSAM ETHICAM CHRISTIANAM COMPENDIO COMPLEXUS.

§ VIII. ETHICÆ CHRISTIANÆ FINIS ET PRINCIPIA.

I°. *Præmittitur occasio, locus, auditorium et magistri comparatio ad sermonem.* 1-3.

II°. *Finis ethicæ, seu beatitudo*

I. Declaratur multiplici symbolo, et enumeratis mediis ad illam proportionatis; cujusmodi sunt

(1) § VI,	1, 2 :	Mr. I, 21;	L. IV, 31.	
	3, 4 :	— 22;	— 32.	
	5-8 :	— 23, 24;	— 33, 34.	
	9, 10 :	— 25;	— 35.	
	10, 11 :	— 26;	— 35.	
	12, 13 :	— 27;	— 36.	
	14, 15 :	— 28;	— 37.	
	16-19 :	— 29, 30;	— 38	Mt. VIII, 14.
	20-22 :	— 31;	— 39;	— 15.
	23-26 :	— 32, 33;	— 40;	— 16.
	25-28 :	— 34;	— 40, 41;	— 16.
	29 :	. . . . . .	. . . . . .	— 17.
	27, 28 :	— 34;	— 41.	

(2) § VII,	1, 2 :	Mr. I, 35;	L. IV, 42.	
	3, 4 :	— 36, 37.		
	5 :	— 38.		
	2, 6 :	. . . . . .	— 42, 43.	
	7-9 :	— 39;	— 44.	Mt. IV, 23.
	10, 11 :	. . . . . .	. . . . . .	— 24, 25.

1°. Paupertas spiritus et mansuetudo; 3-5.
2°. Compunctio animi et desiderium justitiæ; 6-8.
3°. Misericordia et munditia cordis; 9, 10.
4°. Studium pacis et persecutionis tolerantia, 11, 12. hujus postremæ exponitur
   1. Materia multiplex, 13, 14.
   2. Conditio necessaria, 13, 14.
   3. Merces geminata. 15, 16.

II. Illustratur ex opposita infelicitate, impendente
1°. Amatoribus divitiarum; 17.
2°. Indulgentibus carni, et vane lætantibus; 18.
3°. Captantibus humanam laudem. 19.

III°. *Principia generalia.*

I. Pro pastoribus sunt ministerii partes geminæ : scilicet
1°. Doctrina sana; 20.
2°. Exemplum bonum et efficax. 21-23.

II. Pro omnibus fidelibus unicum est principium, observantia legis exacta. Hanc
1°. Legislator ad apicem urget; 24, 25.
2°. Interpres fidelis ex doctrina et exemplo demonstrat; 26 (1).
3°. Subditus obediens perfecte explet. § IX, 1.

§ IX. LEGIS PRÆCEPTA A SCRIBARUM INTERPRETAMENTIS VINDICATA.

I°. *Circa vitæ justitiam.*

Lex de homicidio
1°. Proposita hactenus cum sola relatione ad ipsum opus; 2.
2°. Exposita nunc cum respectu ad occasionem etiam vel affectum, scilicet iram, contemptum, contumeliam; 3.
3°. Declarata ulterius per obligationem maturandæ reconciliationis. 4-7.

II°. *Circa morum integritatem.*

I. Lex de mœchia
1°. Accepta cum sola relatione ad opus externum; 8.
2°. Accipienda etiam relate ad concupiscentiam et desiderium; 9.
3°. Facilitanda per devitationem occasionum. 10, 11.

(1) § VIII,	1, 2 :	Mt. v,	1, 2;	L. vi,	20.
	3-5 :	—	3, 4;	—	20.
	6-8 :	—	5, 6;	—	21.
	9-12 :	—	7-10.		
	13, 14 :	—	11;	—	22.
	15, 16 :	—	12;	—	23.
	17-19 :	. . .	. . .	—	24-26.
	20-26 :	—	13-19.		

II. Lex de matrimonii stabilitate

1°. Producta secundum disciplinæ relaxationem ; 12.
2°. Reducta ad primævam institutionem. 13.

III. Lex de juramento

1°. Usurpata cum solo ad veritatem respectu ; 14.
2°. Dimetienda ex pluribus conditionibus, aut omittenda. 15-18.

III°. *Circa conversationis probitatem.*

I. Lex talionis

1°. Simpliciter relata ; 19.
2°. Emendata triplici documento ; 20-23.
3°. Illustrata axiomate sacro. 24-26.

II. Lex charitatis erga proximum

1°. Restricta prius ad populares et amicos ; 27.
2°. Extensa jam ad omnes, etiam inimicos; 28-30.
3°. Confirmata rationibus desumptis
   1. Ab exemplo Dei erga omnes benefici ; 31.
   2 A christianorum debito, excellendi quoad perfectionem supra publicanos peccatores et ethnicos ; 32-36.
   3. A præmii magnitudine ; 37.
   4. A conformitate cum divinis perfectionibus. 37-39 (1).

§ X. OFFICIORUM OPERA A PHARISÆORUM DEFECTIBUS PURGATA.

I°. *Opera ex se bona.*

I. Circa hæc universim sumpta datur documentum generale pro recta intentione. 1. Specialim vero

II. Circa eleemosynam,

1°. Interdictum ne fiat ex jactatione; 2.
2°. Sanctio pœnalis in delinquentes; 2.
3°. Præceptum designans modum in eleemosyna servandum; 3.
4°. Adjectio promittens præmium. 4.

III. Circa orationem,

1°. Interdictum et sanctio ; 5.
2°. Præceptum et adjectio ; 6.
3°. Cautela de orationis exercitio ; 7, 8,

(1) § IX,

1-19 :	Mt. v,	20-38.			
20-23 :	—	39-41 ;	L. vi,	29.	
24-26 :	—	42 ;	—	30, 31.	
27 :	—	43.			
28-30 :	—	44 ;	—	27, 28.	
31 :	—	45.			
32-36 :	—	46, 47 ;	—	32-34.	
37 :	. . . . .		—	35.	
37-39 :	—	48 ;	—	35, 36.	

4°. Formula precandi, præter exordium et clausulam, continens petitiones
  1. Quatuor, postulantes bona animæ et corporis; 9-11.
  2. Tres, deprecantes mala præsentia et futura : 12, 13.
5°. Monitio iterata ad veniam a precantibus dandam quoque aliis. 14, 15.

IV. Circa jejunium,
1°. Interdictum et sanctio ; 16.
2°. Præceptum; 17.
3°. Adjectio. 18.

II°. *Opera de se indifferentia,* spectata

I. Secundum objectum, quod
1°. Non statuendum in terrenis, tanquam perituris; 19.
2°. Sed collocandum in cœlestibus, tanquam perennaturis; 20.
3°. Utrisque scilicet totum ad se affectum rapientibus. 21.

II. Secundum intentionem, quæ
1°. Si bona est, opus perficit; 22.
2°. Si mala, illud vitiat; 23.
3°. Neutra studium pietatis et divitiarum simul conjungere potest. 24.

III. Secundum studium, quod circa vitæ necessitatem oportet esse
1°. Tum moderatum, 25, 30, 31.
2°. Tum immune
  1. A diffidentia in Dei providentiam, quæ potest et vult victum ac vestitum suppeditare ; 26, 28, 29.
  2. A præsumptione de suis viribus, tanquam inefficacibus ; 27.
  3. Ab incredulitate gentilium. 32.

IV. Secundum ordinem, quo
1°. Præponenda sunt negotia spiritualia corporalibus; 33.
2°. Curanda sunt hodierna, omissis adhuc crastinis. 34 (1).

§ XI. DOCUMENTA AD PROCURANDAM SALUTEM

I°. *Cautelæ pro cura salutis alienæ.*

I. Circa charitatis debitum :
1°. De factis aliorum dubiis nec judicandum temere, nec damnandum maligne; in certis etiam indulgendum ; 1.
2°. In necessitatibus proximo liberaliter succurrendum ; 2.
3°. Pro utroque ratio datur, quia redduntur a Deo vices etiam cum excessu. 2-4.

II. Circa docendi munus :
1°. Hoc non est adeundum nisi a rerum tractandarum gnaro ac perito ; 5, 6.
2°. Nec correctio a quopiam danda, nisi ab immuni ab iisdem defectibus. 7-11.

(1) § X, 1-34 : Mt. VI, 1-34.

III. Circa ministerium sacrum :

Sacra non sunt communicanda, nisi cum rite dispositis. 12.

II°. *Observationes pro cura salutis propriæ.*

I. Præmittenda

1° Oratio ; cujus efficacia demonstratur ex moribus tum hominum tum Dei : 13-17.

2°. Exercitatio justitiæ et charitatis erga proximum ; cujus æstimatio conciliatur ex amplitudine efficaciæ. 18.

II. Fugienda

1°. Vitæ ratio laxa, cum pravo multitudinis exemplo ; 19, 20.

2°. Sequela pseudo-prophetarum, seu doctrina falsorum doctorum : 21. discernuntur hujusmodi

1. Non ex verbis, sed ex operibus ; 22-28.

2. Non ex initiis, sed ex fine. 29.

III. Præstanda

1°. Conjunctio operum cum fide ; quia

1. Professio sacra , sine legis observantia, non salvat ; 30, 31.

2. Functio ecclesiastica, vitiis fœdata , damnat ; 32, 33.

2°. Constantia in utroque inter adversa, probata per comparationem et oppositum. 34-40.

* Finit doctrina hactenus data , cum audientium admiratione et dicentis auctoritate. 41, 42 (1).

§§ XII, XIII. EVENTUS POST DESCENSUM DE MONTE SECUTI.

I°. *Eventus immediati :*

I. Occursus leprosi, Christo descendenti obvius ; § XII, 1-4.

II. Sanitas collata a Christo, recepta a leproso. 5-8.

III. Mandatum sanato datum

1°. De celando facto ; 9-12.

2°. De implendo legis præscripto. 9, 11, 12.

IV. Consectaria ad factum :

1°. Sanatus pie inobediens miraculum divulgat ; 13.

(1) § XI,

1-2 :	L. vi,	37, 38.			
2-4 :	—	38.	Mt. vii,	1, 2.	
5, 6 :	—	39, 40.			
7-11 :	—	41, 42 ;	—	3-5.	
12-21 :	. . . .		—	6-15.	
22-28 :	—	43-45 ;	—	16-18, 20.	
29 :	. . . .		—	19.	
30, 31 :	—	46 ;	—	21.	
32, 33 :	. . . .		—	22, 23.	
34-40 :	—	47-49 ;	—	24-27.	
41, 42 :	. . . .		—	28, 29.	

2°. Populus fama excitus ad Christum confluit; 13, 14.
3°. Christus secedit et orat. 13, 15 (1).

II°. *Eventus mediati :*

I. Descensus et reditus Christi in Capharnaum ; § XIII, 1.
II. Centurionis pro servo sollicitudo et legatio ad Christum; 2,3.
III. Legationis postulatio prima, conjuncta cum motivo; 4, 5.
IV. Christi pronitas et promptitudo. 6.
V. Legationis secundæ deprecatio, accessum Christi sistens. 6, 7.
VI. Centurionis præsentis humilitas et fides. 8-13.
VII. Christi responsio
1°. Edicens excellentem centurionis fidem; 14, 15.
2°. Prædicens gentilium electionem præ Judæis; 16, 17.
3°. Addicens et efficiens servi sanitatem. 18, 19 (2).

SECTIO III.

EXCURSIO CHRISTI EX CAPHARNAUM BREVIOR, SED FACTIS AUCTIOR.

§ XIV. NOTABILIA SUB COMMORATIONEM CHRISTI IN CAPHARNAUM.

I°. *Prædicatio ex navicula Petri.*

I. Hujus occasio, concursus populi urgentis; 1.
II. Fit conscensio navis; 2, 3.
III. Prædicatio exinde habita. 3.

II°. *Piscatio miraculosa.*

I. Mandatum Christi ad piscationem faciendam; 4.
II. Excusatio primum, tum obedientia Petri; 5.
III. Captura piscium copiosa. 6. 7.

(1) § XII,	1-4 :	Mt. VIII, 1, 2;	Mr. I, 40;	L. V, 12.
	5-8 :	— 3;	— 41, 42;	— 13.
	9-12 :	— 4;	— 43, 44;	— 14.
	9, 11, 12 :	— 4;	— 44;	— 14.
	13 :	. . . .	— 45.	
	13, 14 :	. . . .	— 45;	— 15.
	13, 15 :	. . . .	— 45;	— 16.

(2) § XIII,	1-7 :	L. VIII, 1-7.	
	8-13 :	— 8;	Mt. VIII, 5-9.
	14, 15 :	— 9;	— 10.
	16, 17 :	. . . . . .	— 11, 12.
	18, 19 :	— 10;	— 13.

III°. *Vocatio ad apostolatum.*

I. Petri ad miraculum timor reverentialis et stupor; 8, 9.

II. Similis sociorum affectus; 9, 10.

III. Vocatio Christi, sequela Petri et aliorum. 10, 11 (1).

§§ XV, XVI. DIGRESSIO CHRISTI IN REGIONEM GERASENORUM.

I°. *Documenta a Christo, trajectum apparante, sectatoribus data :* § XV, 1, 2.

I. Lucri studium, attenta Christi paupertate, omittendum; 3-6.

II. Affectus naturæ animarum curæ postponendus; 7-10.

III. Terrena negotia a spirituali officio removenda. 11, 12.

II°. *Itineris sors varia.*

I. Transfretatio suscepta et continuata; 13-15.

II. Tempestas orta et aucta; 16-18.

III. Discipulorum timor et subsidii sollicitatio; 19-21.

IV. Christi auctoritas in discipulorum correptione et tempestatis sedatione; 21-25.

V. Nautarum et navigantium admiratio de miraculo. 24-26 (2).

III°. *Appulsus Christi in regione Gerasenorum.* § XVI, 1, 2.

IV°. *Exceptio ejusdem ibidem*

I. A dæmonibus; qui

1°. Torquent obsessos ferociter; 3-10.

2°. Rogant immunitatem dolose; 9, 11, 12.

3°. Urgentur a Christo fortiter; 13-18.

4°. Deprecantur in porcos transitum enixe; 19-23.

5°. Obtinent et usurpant licentiam prompte. 21, 24-26.

II. A Gerasenis; qui

1°. Percipiunt factum ægerrime; 27-33.

2°. Repellunt Christum inurbanissime. 34-36.

(1) § XIV, 1-11 : L. v, 1-11.

(2) § XV,

1, 2 :	Mt. VIII,	18;	Mr. IV,	35.		
3-6 :	—	19, 20;	. . . .		L. IX,	57, 58.
7-10 :	—	21, 22;	. . . .		—	59, 60.
11, 12 :	. . . .	. . . .	. . . .		—	61, 62.
13-15 :	—	23;	—	36;	VIII,	22.
16-18 :	—	24;	—	37;	—	23.
19-21 :	—	25;	—	38;	—	24.
21-25 :	—	26;	—	39, 40;	—	24, 25.
24-26 :	—	27;	—	40;	—	25.

III. A dæmoniaco liberato; qui
1°. Petit a Christo admitti in comitem; 37, 38.
2°. Jubetur manere in patria; 38-40.
3°. Divulgat miraculum ubique. 40, 41 (1).

§ XVII. EJUSDEM IN CAPHARNAUM REGRESSI

I°. *Prædicatio*,

I. A populo undique accurrente exspectata; 1-5.
II. A Pharisæis et legis doctoribus frequentata, ac miraculis confirmata. 6.

II°. *Miseratio paralytico exhibita*, 7-11.

I. Ob fidem illum bajulantium; 11-13.
II. Per donatam illi peccatorum veniam. 11-13.

III°. *Potestas dimittendi peccata*,

I. Maligne vocata in dubium; 14-17.
II. Verbis et ratiocinio vindicata; 18-23.
III. Facto et miraculo confirmata; 24-30.
IV. Stupore populi et elogio contestata. 26, 31, 32 (2).

(1) § XVI,

1, 2 :	Mr. v,	1;	L. VIII,	26.		
3-10 :	—	2-6;	—	27, 28;	Mt. VIII,	28.
9, 11, 12 :	—	7;	—	28;	—	29.
13-18 :	—	8-10;	—	29-31.		
19-23 ;	—	11,12;	—	32;	—	30, 31.
21, 24-26 :	—	13;	—	32, 33;	—	32.
27-33 :	—	14-16;	—	34-36;	—	33.
34-36 :	—	17;	—	37;	—	34.
37, 38 :	—	18;	—	38.		
38-40 :	—	19;	—	38, 39.		
40, 41 :	—	20;	—	39.		

(2) § XVII,

1-5 ;	Mr. v,	21;	L. VIII,	40;	Mt. IX,	1.
	—	II, 1, 2.				
6 :	. . . .		—	v, 17.		
7-11 :	—	3, 4;	—	18, 19;	—	2.
11-13 :	—	5;	—	20;	—	2.
14-17 :	—	6, 7;	—	21;	—	3.
18-23 :	—	8, 9;	—	22, 23;	—	4, 5.
24-30 :	—	10-12;	—	24, 25;	—	6, 7.
26, 31, 32 :	—	12;	—	26;	—	8.

§§ XVIII, XIX, XX. SINGULARIA QUÆDAM A CHRISTO FACTA, INTRA ET PROPE CAPHARNAUM.

I°. *Vocatio Matthæi,*
- I. Parata ex vocantis transitu; § XVIII, 1-4.
- II. Facta cum prompto vocati obsequio; 1, 3-5.
- III. Celebrata magno et frequenti convivio. 6-8.

II°. *Conversatio Christi cum publicanis,*
- I. Sugillata hic a pharisæis; 9-11.
- II. Rite exposita a Christo; 12-15.
- III. Vindicata ulterius ex prophetiæ oraculo. 16.

III°. *OEconomia discipulorum Christi*
- I. Traducta a malevolis, tanquam opposita discipulorum Joannis exemplo : 17-19.
- II. Propugnata a Christo,
  - 1°. Tanquam opportuna tempori ; 20-24.
  - 2°. Tanquam congrua status generi ; 25-27.
  - 3°. Tanquam accommoda personarum conditioni. 28-32 (1).

IV°. *Jairi supplicatio* : Christum ad mare agentem Jairus
- I. Accedit et adorat; § XIX, 1-4.
- II. Pro filiæ sanitate rogat; 3-6.
- III. Comitem itineris, cum sequaci turba, obtinet. 7, 8.

V°. *Hæmorrhoissæ sanatio* : exponitur
- I. Morbus mulieris inveteratus, sumptuosus et incurabilis ; 9-12.
- II. Sanitas ex contactu vestium Christi clanculario, sed a fide vivido, obtenta : 12-17.
- III. Perquisitio in tangentem facta, humano tantum more, et pro manifestatione beneficii elicienda : 18-22.
- IV. Mulieris confessio, sinceram morbi et sanationis suæ historiam prodens : 23, 24.

(1) § XVIII, 1-4 :	Mt. IX,	9 ;	Mr. II,	13, 14 ;	L. V,	27.
1, 3-5 :	—	9 ;	—	14 ;	—	27, 28.
6-8 :	—	10 ;	—	15 ;	—	29.
9-11 :	—	11 ;	—	16 ;	—	30.
12-15 :	—	12 ;	—	17 ;	—	31, 32.
16 :	—	13.				
17-19 :	—	14 ;	—	18 ;	—	33.
20-24 :	—	15 ;	—	19, 20 ;	—	34, 35.
25-27 :	—	16 ;	—	21 ;	—	36.
28-32 :	—	17 ;	—	22 ;	—	37-39

V. Approbatio tum actioni tum beneficio a Christo data. 25–27.

VI°. *Filiæ Jairi resuscitatio.*

I. Mors filiæ nuntiata : 28, 29.

II. Fides Jairi animata : 30, 31.

III. Dispositio ad miraculi patrandi tum fidem tum secretum conciliandum facta : 32-41.

IV. Resuscitatio effecta, et indiciis vitæ redditæ confirmata : 41–46.

V. Fama miraculi contra Christi præceptum divulgata. 43, 47, 48 (1).

VII°. *Illuminatio duorum cæcorum*, qui

I. Ex fide in Christum sanitatem instanter petunt : § XX, 1.

II. De fide examinati probantur : 2.

III. Ob fidem sanantur : 3, 4.

IV. Fidei beneficium, dissimulato Christi monito, divulgant. 4, 5.

VIII°. *Sanatio muti*, conjuncta

I. Cum ejectione dæmonis, loquelam prius impedientis; 6, 7.

II. Cum admiratione populi, potentiam Christi maximam prædicantis; 7.

III. Cum malitia Pharisæorum, miracula pacto diabolico adscribentium. 8.

(1) § XIX,	1-4 :	Mr. v, 21, 22;	L. viii, 41;	Mt. ix, 18.
	5-6 :	— 23;	— 41, 42;	— 18.
	7-8 :	— 24;	. . . .	— 19.
	9-12 :	— 25, 26;	— 43;	— 20.
	13–17 :	— 27-29;	— 44;	— 20, 21.
	18–22 :	— 30-32;	— 45, 46.	
	23, 24 :	— 33;	— 47.	
	25-27 :	— 34;	— 48;	— 22.
	28, 29 :	— 35;	— 49.	
	30, 31 :	— 36;	— 50.	
	32-41 :	— 37-40;	— 51–53;	— 23-25.
	41-46 :	— 41-43:	— 54, 55;	— 25.
	43, 47, 48 :	— 43;	— 56;	— 26.

§§ XX, XXI. RELIQUA, SUB ID TEMPUS, TUM CHRISTI ACTIO TUM JOANNIS PASSIO.

I°. *Christus circumforanea prædicatione*

- I. Docet in synagogis, et sanat infirmos omnis generis : § XX, 9.
- II. Condolet, sicut gregi sine pastore, plebi sine doctore derelictæ : 10.
- III. Excitat discipulos suos tum ad opus salutis aggrediendum, tum ad orandum, ut Deus operarios mittat ad idem opus peragendum. 11, 12 (1).

II°. *Joannes Baptista datur in carcerem,*

- I. Incrementum capiente Herodis scelere ; § XXI, 1-3.
- II. Causam dante Herodiadis libidine ; 1, 2.
- III. Occasionem præbente Joannis reprehensione. 4-6.

III°. *Idem detentus in carcere*

- I. Petitur ab Herodiade insidiis et odio; 7.
- II. Colitur ab Herode reverentia ac in multis obsequio ; 8.
- III. Sustentatur a populo æstimatione et studio. 9 (2).

(1) § XX,	1-12 :	Mt. IX, 27-38.		
(2) § XXI,	1-3 :	Mr. VI, 17;	Mt. XIV, 3;	L. III. 20.
	1-2 :	— 17;	— 3.	
	4-6 :	— 18;	— 4;	— 19.
	7, 8 :	— 19, 20.		
	9 :	. : : : : :	— 5.	

EPOCHA TERTIA.

VITA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI A SECUNDO POST BAPTISMUM PASCHATE USQUE AD TERTIUM.

—

SECTIO I.

HISTORIA CHRISTI A CAPTIVITATE JOANNIS USQUE AD EJUS AD CHRISTUM LEGATIONEM.

§ I. PASCHATIS SECUNDI CELEBRATIO NOTABILIS MIRACULO ET APOLOGIA.

I°. *Miraculum sanati languoris inveterati.*

I. Circumstantiæ :

1°. Tempus, paschale festum ; 1.
2°. Locus, piscina probatica ab ægrotis omnis generis cincta ; 2, 3.
3°. Adjuncta, motus aquæ et sanatio morbi, interveniente virtute angelica ; 4.
4°. Persona, languidus per annos jam triginta et octo afflictus. 5.

II. Actio

1°. Oblata a Christo; 6.
2°. Acceptata a languido ; 7.
3°. Edita imperio et probata signo. 8, 9.

III. Consectaria :

1°. Sanati opus sabbatinum improbatum, et excusatum; 10, 11.
2°. Sanantis persona investigata, reperta, detecta ; 12-15.
3°. Sanitatis collatæ ratio odii causa. 16.

II°. *Sermo Christi apologeticus*

I. Pro miraculo : hujus operationem in sabbato factam, probat fuisse licitam,

1°. Ab exemplo Dei quotidie adhuc operantis; 17, 18.
2°. Ab identitate operationis suæ cum operatione Dei; 19.
3°. Ab unitate potentiæ operatricis, præsertim in suscitatione et judicio mortuorum conspicuæ. 20-23.

* Hæc utraque potentia declaratur amplius,

1. In suscitatione animarum per justificationem, cum liberatione a damnatione ; 24.

2. In suscitatione corporum per vivificationem temporariam cum libertate discretionis; 25-27.
3. In suscitatione hominum per resurrectionem universalem cum judicio finali, ab omni iniquitate libero. 28-30.

II. Pro missionis suæ divinitate : hæc demonstratur ex testimonio

1°. Christi proprio, sed dissimulato; 31.
2°. Joannis a Judæis acceptato, sed tanquam humano interim seposito; 32-35.
3°. Operum a se patratorum; 36.
4°. Vocis divinæ; 37, 38.
5°. Scripturæ sacræ. 39.

III. Pro justa Judæorum derelictione, ob eorum incredulitatem : hujus exponuntur

1°. Realitas et prætextus; 40, 41.
2°. Causæ genuinæ; scilicet
1. Defectus sinceritatis erga Deum; 42.
2. Cæcitas mentis et durities; 43.
3. Ambitio et vanæ gloriæ studium. 44.
3°. Malitia summa, ob fidem etiam Moysi denegatam, 45-47 (1).

§ II. CONCERTATIONES CHRISTI CUM THAUMATOMACHIS SABBATINIS.

I°. *Concertatio prima.*

I. Propositio casus spicarum in sabbato confrictarum, cum notatione loci et temporis : 1-4.

II. Accusatio facti a Pharisæis opposita : 5-7.

III. Defensio a Christo suscepta

1°. Ex motivo necessitatis, ab exemplo Davidis sumptæ; 8-13.
2°. Ex legali sacerdotum exceptione; 14, 15.
3°. Ex præcellentia charitatis præ religione; 16.
4°. Ex delectu faciendo inter præcepta opposita concurrentia; 17.
5°. Ex auctoritate legislatoris in legem. 18-20.

II°. *Concertatio secunda.*

I. Occasio disputationis de homine manum aridam habente, cum indicatione loci et temporis : 21-24.

II. Quæstio a Pharisæis de curatione sabbatina proposita : 22, 25, 26.

III. Resolutio a Christo data,

1°. Facta, circa casum propositum, sapienti quæstionis conversione; 27-30.

(1) § I, 1-47 : J. v, 1-47.

2°. Deducto ex similitudine ratiocinio; 31, 32.
3°. Peracta sine operis interventu sanatione; 33-35.
4°. Injecto Pharisæis pudore, et secuta conspiratione. 36-38 (1).

§ III. GENERALIS IDEA VITÆ CHRISTI ACTIVÆ,

I°. *Consignata ab Evangelistis*,
 I. Per profectiones varias; 1, 2.
 II. Per comitatum populi undequaque concurrentis; 2-4.
 III. Per sanationem ægrotorum omnis generis; 1, 5.
 IV. Per liberationem dæmoniacorum; 6, 7.
 V. Per impositum utrisque silentium. 7, 8.
II°. *Prænuntiata ab Isaia*, 9.
 I. Quoad electionis dignitatem; 10.
 II. Quoad muneris amplitudinem; 10.
 III. Quoad sermonis mansuetudinem; 11.
 IV. Quoad actionis lenitatem; 12.
 V. Quoad fructus largitatem. 13 (2).

§§ IV, V. APOSTOLORUM INSTITUTIO, INSTRUCTIO, EXPEDITIO.

I°. *Institutio* fit,
 I. Præmissa oratione; § IV, 1.
 II. Facta vocatione et electione; 2, 3.

(1) § II,

1-4 :	Mt. IV, 12; XII, 1.	Mr. II, 23;	L. VI, 1.
5-7 :	— 2;	— 24;	— 2.
8-13 :	— 3, 4;	— 25, 26;	— 3, 4.
14-16 :	— 5-7.		
17 :	. . . .	— 27.	
18-20 :	— 8;	— 28;	— 5.
21-24 :	— 9, 10;	III, 1;	— 6.
22, 25, 26 :	— 10.	— 2;	— 7.
27-30 :	. . . .	— 3, 4;	— 8, 9.
31, 32 :	— 11, 12.		
33-35 :	— 13;	— 5;	— 10.
36-38 :	— 14;	— 6;	— 11.

(2) § III,

1, 2 :	Mr. XII, 15;	Mt. III, 7.
2-4 :	. . . .	— 7-9.
1, 5 :	— 15;	— 10.
6, 7 :	. . . . . .	— 11, 12.
7, 8 :	— 16;	— 12.
9-13 :	— 17-21.	

III. Designato munere et collata potestate; 4-7.

IV. Relata numeri et ordinis recensione; 2, 8-17.

V. Imperata excursione et gemina muneris exercitatione. 18-20.

II°. *Instructio* datur

I. Pro missionis exercitio,

1°. Quoad commeatum viæ; 21-25.

2°. Quoad directionem itineris; 20, 26.

3°. Quoad actionem itinerantium; 27, 28.

4°. Quoad delectum hospitii; 29-31.

5°. Quoad salutationem excipientium; 32, 33.

6°. Quoad derelictionem refragantium. 34-37 (1).

II. Pro persecutionum experimento; in quo serpentis prudentia et columbæ simplicitas est exerenda : § V, 1.

1°. Prudentiæ autem officium est

1. Non confidere hominum quorumcumque amicitiæ, facile in persecutionem vertendæ; 2, 3.
2. Non turbari sollicitudine etiam pro casu judicialis vexationis; 4, 5.
3. Non cadere animo aut deficere in malis etiam gravissimis; 6, 7.
4. Fuga declinare persecutiones diu durantes. 8.

2°. Simplicitatis est submittere se divinæ providentiæ adversa permittenti,

1. Ob Christi exemplum similia perpessi; 9, 10.
2. Ob vanitatem calumniarum, tempore omnia manifestante dissolvendarum; 11, 12.
3. Ob timorem Dei, præ illo hominum, habendum; 13.
4. Ob curam Dei, ad minima attendentis, et pro merito eadem compensantis. 14-18.

III. Pro vitæ documento,

1°. Ex parte judicii, quo non de pace sed de pugna a Deo hic nobis constituta cogitandum; 9-21.

2°. Ex parte affectus, quo Deus etiam conjunctissimis est præferendus; 22.

3°. Ex parte actionis, qua crux est ferenda, et anima salvanda; 23, 24.

(1) § IV,	1 :	L. vi, 12.		
	2, 3 :	— 13;	Mr. iii, 13.	
	4-7 :	ix, 1;	— 14, 15;	Mt. x, 1.
	2, 8-17 :	vi, 13-16;	— 16-19;	— 2-4.
	18-20 :	ix, 2;	vi, 7;	— 5.
	21-25 :	— 3;	— 8, 9;	— 9, 10.
	20, 26 :	. . . . . .	. . . . . .	— 5, 6.
	27, 28 :	. . . . . .	. . . . . .	— 7, 8.
	29-31 :	— 4;	— 10;	— 11.
	32, 33 :	. . . . . .	. . . . . .	— 12, 13.
	34-37 :	— 5;	— 11;	— 14, 15.

4°. Ex parte meriti, quo omnis actio bona, etiam minima, certa gaudebit mercede. 25-27.

III°. *Expeditio* suscipitur,

I. Descendentibus Christo et apostolis de monte, magnaque turba comitante : 28.

II. Illo quidem ad montis pedem manente, et virtutem suam in omnes exerente : 28-30.

III. Istis autem per castella digressis, pœnitentiam prædicantibus, dæmones profligantibus, ægrosque oleo ungentibus et sanantibus. 31-33 (1).

§ VI. RESUSCITATIO FILII VIDUÆ IN NAIM.

I°. *Occasio*

I. Remota, Christi locum campestrem relinquentis et ad civitates pergentis profectio; 1.

II. Proprior, iter versus civitatem Naim, discipulis turbaque copiosa comitantibus, susceptum; 2.

III. Proxima, conductus funebris Christo appropinquanti occurrens. 3.

II°. *Factum* :

I. Christus misericordia motus jubet, matrem funus sequentem cohibere fletum; 4.

II. Subsistentibus ad jussa lecticariis, tangit loculum, et adolescenti mortuo, ut surgat, imperat; 5.

III. Eumdem jam residentem et in verba erumpentem reddit matri suæ. 6.

III°. *Consectaria* :

I. Commotio populi, laudantis Deum, et agnoscentis præsentiam Messiæ; 7.

II. Fama miraculi undequaque sparsa. 8 (2).

(1) § V, 1-27 : Mt. x, 16-42.
28-30 : . . . . . L. vi, 17-19.
31-33 : . . . . . — ix, 6; Mr. vi, 12, 13.

(2) § VI, 1 : Mt. xi, 1.
2-8 : . . . . L. vii, 11-17.

§ VII. NOTITIÆ EDITÆ SUB JOANNIS LEGATIONEM AD CHRISTUM.

I°. *Messiæ præsentia probata.*

I. Discipuli de fama Christi ad Joannem referunt. 1.

II. Joannes per discipulos missos Christum, ut se Messiam declaret, sollicitat. 2-5.

III. Christus, dissimulando apertam declarationem,

1°. Facit miracula; 6.

2°. Ex miraculis Messiam noscendum insinuat; 7-11.

II°. *Joannis elogium a Christo sub discipulorum decessum pronuntiatum, et desumptum*

I. Ex virtutibus, maxime

1°. Constantia sanctitatis, 12, 13.

2°. Austeritate vitæ: 14, 15.

II. Ex prærogativis, scilicet, quod Joannes sit

1°. Major prophetis; 16, 17.

2°. Legatus Messiæ prævius; 18, 19.

3°. Maximus inter natos mulierum; 20, 21.

4°. Index cœli jam aperti; 22, 23.

5°. Eliæ figura et præcursor Messiæ. 24, 25.

III°. *Judiciorum variatio*

I. De utriusque ratione agendi:

1°. Publicani baptisma Joannis et prædicationem Christi probant ac suscipiunt; 26.

2°. Pharisæi et legis periti utrumque sugillant et contemnunt. 27.

II. De utriusque conditione vivendi:

1°. Displicuisse illam malis

1. Proponitur in puerorum ludo; 28-31.

2. Exponitur in Pharisæorum vituperio; 32-35.

2°. Placuisse bonis indicatur effectu. 35, 36.

IV°. *Incredulorum reprobatio*

I. Indicitur

1°. Per exprobrationem impœnitentiæ; 37.

2°. Per objurgationem ejusdem, comparatæ cum aliorum conversione conditionate futura. 38-40.

II. Exponitur

1°. Per prædictionem dejectionis ex alto in abyssum; 40, 41.

2°. Per comminationem severioris in hos, quam in alios, judicii exercendi. 42-44 (1).

(1) § VII, 1 : L. VII, 18.
2-5 : — 19, 20; Mt. XI, 2, 3.
6 : — 21.
7-11 : — 22, 23; — 4-6.

SECTIO II.

HISTORIA CHRISTI A LEGATIONE JOANNIS USQUE AD HUJUS MORTEM.

§ VIII. MULIER PECCATRIX.

I°. *Pœnitentia ab hac muliere*
- I. Captata in convivio publico ; 1, 2.
- II. Exercita cum multiplici resipiscentiæ documento. 3.

II°. *Defensio ejusdem contra temerarium judicium.*
- I. Pharisæi judicium multipliciter temerum : 4.
- II. Defensio mulieris
  - 1°. A Christo suscepta ; 5.
  - 2°. Sub parabolæ symbolo introducta ; 6-8.
  - 3°. Sub oppositarum actionum comparatione ad scopum prolata. 9-11.

III°. *Reconciliatio peccatricis cum Deo*
- I. Declarata, cum parabolæ applicatione ; 12.
- II. Elargita, cum præsentium admiratione ; 13, 14.
- III. Confirmata, cum causæ declaratione. 15 (1).

§§ IX, X. MIRACULOSA DÆMONIACI LIBERATIO VINDICATA.

I°. *Miraculum adnotatum*
- I. Prævio populi importuni accursu ; § IX, 1.
- II. Comite morbi gemini depulsu ; 2, 3.

§ VII, 12, 13 :	L. VII, 24 ;	Mt. XI, 7.
14, 15 :	— 25 ;	— 8.
16, 17 :	— 26 ;	— 9.
18, 19 :	— 27 ;	— 10.
20, 21 :	— 28 ;	— 11.
22-25 :	. . . .	— 12-15.
26, 27 :	— 29, 30.	
28-31 :	— 31, 32 ;	— 16, 17.
32-35 :	— 33, 34 ;	— 18, 19.
35, 36 :	— 35 ;	— 19.
37 :	. . . .	— 20.
38-40 :	X, 13 ;	— 21, 23.
40, 41 :	— 15 ;	— 23.
42-44 :	— 14 ;	— 22, 24.

(1) § VIII, 1-15 : L. VII, 36-50.

III. Subsequo diversa sentientium judicio, scilicet

1°. Turbarum, Messiam hinc agnoscentium; 3, 4.

2°. Pharisæorum, operam dæmonis hic intervenientem calumniantium; 5-7.

3°. Aliorum, suspenso in præsens judicio, aliud miraculum postulantium. 8.

II°. *Vindiciæ calumniatoribus oppositæ*, 9.

I. Argumentatione desumpta

1°. Ex supposito dæmonum quodam regno in homines, per animarum et corporum possessionem, et conspiratione ad illud servandum : hoc vero, si vera foret calumnia, stare non posse, probatur ex axiomate politico, de regno per mutuas imperantium et subditorum pugnas destruendo; 10-16.

2°. Ex paritate virtutis divinæ expellendi dæmones exorcistis Hebræis attributæ; 17-20.

3°. Ex victoria de dæmone relata; cujus probatio habetur ex spoliatione ejusdem Christo penitus libera. 21-24.

II. Objurgatione facta

1°. De accessu Pharisæorum ad partes dæmonis; 25, 26.

2°. De gravitate et irremissibilitate blasphemiæ, virtutem Spiritus Sancti per se operantem dæmoni attribuentis; 27-31.

3°. De injustitia Pharisæorum, de sua persona ac operibus judicantium sinistre ac contra naturale principium; 32.

4°. De maligno eorum animo, ex verbis cognoscendo; 33, 34.

5°. De obtrectationis malitia, severe judicanda. 35, 36 (1).

III°. *Replicæ contra declinatoriam exceptionem.*

I. Prima ratione miraculi novi :

1°. Postulatum miraculi de cœlo edendi negatur; § X, 1-3.

2°. Aliud per resurrectionem Christi, tanquam antitypum Jonæ, statuitur; 2-5.

3°. Ex oppositione Judæorum cum Ninivitis et regina Sabæ, illorum impœnitentia et incredulitas exaggeratur. 6-9.

(1)

§ IX, 1 :	. . .	. . .	. . .	. . .	Mr. III,	20.
2, 3 :	Mt. XII,	22;	L. XI,	14.		
3-4 :	—	23;	—	14.		
5-7 :	—	24;	—	15;	—	22.
8 :	. . .	. . .	—	16.		
9 :	. . .	. . .	. . .	. . .	—	23.
10-16 :	—	25, 26;	—	17, 18;	—	24-26.
17-20 :	—	27, 28;	—	19, 20.		
21-24 :	—	29;	—	21, 22;	—	27.
25, 26 :	—	30;	—	23.		
27-31 :	—	31, 32;	. . .	. . .	—	28-30.
32-36 :	—	33-37.				

II. Altera ratione miraculi prioris :

1°. Proponitur regressus dæmonis, cum majori numero et nocumento, in corpus prius possessum ; 10-15.

2°. Applicatur ad jugum dæmonum durius, Judæos postea oppressurum. 15 (1).

§ XI. CUSTODIA VERBI ET EXECUTIO VOLUNTATIS DIVINÆ COMMENDATA.

I°. *Pro commendanda custodia*

I. Occasionem dat mulieris exclamatio de felicitate Deiparæ : 1.

II. Declarationem dat Christus, prædicando felices verbi auditores et custodes. 2.

II°. *Pro commendanda executione*

I. Occasionem dat cura et adventus consanguineorum Christi, ob sparsam de ejus infirmitate famam : 3-9.

II. Declarationem dat Christus, pronuntiando factores voluntatis divinæ præ consanguineis sibi proximos. 10-16 (2).

§ XII. SERMONUM CHRISTI PARABOLICORUM INITIUM.

I°. *Prædicatio Christi iterata*,

I. Ob populi concursum assumpta ; 1-4.

II. Ex navigio ad stantes in littore auditores directa ; 3, 4.

III. Parabolarum forma adornata. 4-6.

II°. *Parabola de semine sparso, sed diversimode cadente*, scilicet

I. Secus viam, et conculcato vel ab avibus ablato : 6-10.

II. Super petram, et postea exarescente : 11-15.

III. Inter spinas, et inde suppresso : 16-18.

IV. In terram bonam, et copiose ac varie frugifero. 19-21.

* Commendatur consideratio doctrinæ per parabolam propositæ. 21-23.

(1) § X, 1-3 : Mt. XII, 38, 39; L. XI, 29.
2-5 : — 39, 40; — 29, 30.
6-9 : — 41, 42; — 32, 31.
10-15 : — 43-45; — 33-35.
15 : — 45.

(2) § XI, 1, 2 : L. XI, 27, 28.
3-9 : VIII, 19, 20; Mr. III, 21, 31, 32; Mt. XII, 46, 47.
10-16 : — 21; — 33-35; — 48-50.

III°. *Locutionis parabolicæ causa*

I. Postulata ab Apostolis ; 24-26.

II. Reddita a Christo docente, id fieri ob diversam auditorum conditionem, atque Apostolis quidem tanquam intelligentibus proportionatam ; 27-29.

III. Iterata ab eodem explicante, hanc discretionem fieri quidem Judæis in pœnam, exspectari tamen ex hac emendationem ; 29-32.

IV. Confirmata pro utrisque :

1°. Pro Judæis quidem ex prophetia Isaiæ, excæcationem et obdurationem illorum pro causa malorum afferentis ; 33, 34.

2°. Pro Apostolis autem ex fidei merito, præsentia objecti amplificato ; quæ felicitas antiquis fidelibus negata sit. 35, 36.

IV°. *Expositio parabolæ Apostolis a Christo data.* 37, 38. Hac declaratur

I. Semen, verbum Dei ; 39.

II. Seminator, prædicator ; 40.

III. Semen secus viam, apud induratos in malo ; 41-43.

IV. Semen supra petram, apud leves et inconstantes ; 44-48.

V. Semen inter spinas, apud implicitos curis vel illecebris ; 49-52.

VI. Semen in terra bona, apud bene affectos erga verbum Dei. 53-55.

V°. *Adjectio moniti Apostolis dati,*

I. Ne auditam parabolæ doctrinam apud se duntaxat retineant, et sic velut abscondant ; sed cum aliis prædicando communicent : 56-60.

II. Ut dicta rite intelligant et opere exsequantur : 61-63.

III. Ut, fideli usu, ad accipienda dona adhuc ampliora se dignos faciant. 63-67 (1).

(1) § XII,

1-4 :	Mt. XII, 1, 2;	Mr. IV, 1;	L. VIII, 4.
4-6 :	— 3;	— 2;	— 4.
5, 7-10 :	— 3, 4;	— 3, 4;	— 5.
11-15 :	— 5, 6;	— 5, 6.	— 6.
16-18 :	— 7;	— 7;	— 7.
19-21 :	— 8;	— 8;	— 8.
21-23 :	— 9;	— 9;	— 8.
24-26 :	— 10;	— 10;	— 9.
27-29 :	— 11;	— 11;	— 10.
29-32 :	— 12, 13;	— 12;	— 10.
33-36 :	— 14-17.		

§ XIII. CONTINUATIO SERMONUM PARABOLICORUM.

I°. *Parabola de zizaniis.*

- I. Superseminatio zizaniorum sparso semini bono adjecta : 1, 2.
- II. Eadem agnita, et ad patremfamilias delata : 3, 4.
- III. Tolerata ad usque tempus messis : 5, 6.
- IV. Separanda tempore messis. 7.

II°. *Parabola de semine ultro germinante*, quod

- I. Seminatum, seminante etiam dormiente et inscio, crescit ; 8, 9.
- II. . Agro conferente, per gradus auctum maturescit ad falcem. 10, 11.

III°. *Parabola de grano sinapis seminato.*

- I. Hoc per se et ante sationem est mole exiguum : 12-14.
- II. Per incrementum autem majus fit omnibus oleribus. 15-18.

IV°. *Parabola de fermento cum farinæ massa commixto et panem elevante.* 19-21.

V°. *Adjectio*

- I. De usurpatione parabolarum a Christo : 22, 23.
- II. De prædictione hujus usus : 24.
- III. De expositione parabolarum data generatim. 25.

VI°. *Expositio parabolæ de zizaniis,*

- I. Postulata ab Apostolis ; 26.
- II. Data a Christo docente, indicari
  - 1°. Sub seminatore Christum, sub agro mundum, sub semine bono justos, sub zizaniis peccatores ; 27, 28.
  - 2°. Sub inimico diabolum, sub messe consummationem sæculi, sub messoribus Angelos ; 29.

§ XII; 37, 38 :	Mt. xii, 18 ;	Mr. iv, 13.		
39, 40 :	. . . .	— 14 ;	L. viii, 11.	
41-43 :	— 19 ;	— 15 ;	— 12.	
44-48 :	— 20, 21 ;	— 16, 17 ;	— 13.	
49-52 :	— 22 ;	— 18, 19 ;	— 14.	
53-55 :	— 23 ;	— 20 ;	— 15.	
56-60 :	. . . .	— 21, 22 ;	— 16, 17,	xi, 33.
61-63 :	. . . .	— 23 ;	— 18.	— 35.
63-67 :	. . . .	— 24, 25 ;	— 18.	— 34, 36.

3°. Sub separatione zizanii a tritico et utriusque destinatione, justorum et peccatorum extrema fata, horum in damnatione, illorum in gloria. 30-33.

VII°. *Parabolæ de thesauro et margarita, ab emptore comparatis profusione omnium bonorum.* 34-36.

VIII°. *Parabola de piscatione,*

I. Proposita per sagenam in mare missam, et varii generis pisces trahentem, cum delectu captorum : 37, 38.

II. Exposita per separationem malorum a justis, priorumque damnationem sub finem mundi. 39, 40.

IX°. *Admonitio Apostolis data*

I. Ad dicta intelligenda; 41.

II. Ad intellecta aliis prædicanda. 42 (1).

§ XIV. PERICULUM CHRISTI IN NAZARETH.

I°. *Periculum honoris.*

I. Prævia :

1°. Christus transit in Nazareth urbem patriam; 1-6.

2°. Ingressus synagogam, oblato sibi et revoluto Isaiæ libro, incidit in caput ejus sexagesimum primum; 5-8.

3°. Legit prædictionem de Messiæ tum spiritu et unctione, tum officio et operatione. 9, 10.

II. Comitantia :

1°. Christus, complicato et reddito libro, omnium attentionem excitat; 11.

2°. Prophetiam in se completam declarat. 12.

III. Sequentia :

1°. Christus auditur primum cum approbatione et admiratione; 13, 6, 8.

2°. Mox subjicitur invidiosæ quæstioni de doctrinæ suæ et operum origine ; 6-8.

3°. Denique spernitur ob fabrilem professionem, parentum humilitatem et cognatorum tenuitatem. 13-16.

(1) § XIII,

1-7 :	Mt. XIII, 24-30.		
8-11 :	. . . . . .	Mr. IV, 26-29.	
12-14 :	— 31;	— 30;	L. XIII, 18.
15-18 :	— 32;	— 31, 32;	— 19.
19-21 :	— 33.	. . . .	— 20, 21.
22, 23 :	— 34;	— 33.	
24 :	— 35.		
25 :	. . . . . .	— 34.	
26-42 :	— 36-52.		

II° *Periculum vitæ.*

I. Occasio :

1°. Christus, tum figuratis tum apertis verbis, proponit rationem Nazarethanorum postulantium, ut ipse missionem suam miraculis probet in patria ; 17.

2°. Reponit hoc non convenire, probatque

1. Tum ex moribus hominum, familiares suos, quantumvis eximios, plerumque spernentium ; 18-20.

2. Tum ex usu Dei, extraneis potius quam domesticis, per Eliam et Elisæum, beneficia elargiti. 21-23.

II. Factum :

1°. Nazarethani, hinc ira furentes, Christum, ex urbe ejectum et ad montis sui apicem deductum, præcipitare conantur ; 24, 25.

2°. Christus immunis transit, et, paucis sanatis, incredulos sua præsentia privans, alio concionaturus abit. 26-29 (1).

§ XV. DIGRESSIO CHRISTI, MORS JOANNIS.

I°. *Digressio Christi*

I. Suscepta in Galilææ regionem ; 1.

II. Comitata a mulieribus, beneficio affectis et sumptus suppeditantibus. 2, 3.

II°. *Mors Joannis,* ejusque

I. Occasiones :

1°. Convivium natale Herodis celebratum ; 4.

2°. Complacentia Herodis in saltu, et jurata ejusdem filiæ Herodiadis saltatrici data optio petendi quodcumque placuerit ; 5-8.

3°. Consultatio filiæ, et consilium matris de postulando Joannis capite. 9-11.

II. Circumstantiæ :

1°. Falsa jurisjurandi religio, et metus Herodis displicendi suis ; 12, 13.

(1) § XIV,	1-6 :	L. IV, 14-16;	Mt. XIII, 53, 54;	Mr. VI, 1.
	3, 5, 7, 8 :	— 16, 17;	— 54;	— 2.
	9-12 :	— 18-21.		
	13, 5, 8 :	— 22;	— 54;	— 2.
	5, 8 :	. . . .	54;	— 2.
	13-16 :	— 22;	— 55, 56;	— 3.
	17 :	— 23.		
	18-20 :	— 24;	— 57;	— 4.
	21-23 :	— 25-27.		
	24, 25 :	— 28, 29.		
	26-29 :	— 30;	— 58;	— 5, 6.

2°. Caput occisi Joannis allatum in disco et datum saltatrici, ab hac autem matri; 14-17.

3°. Sepultura cadaveri data, et nuntium Christo allatum a discipulis Joannis. 18, 19 (1).

SECTIO III.

HISTORIA CHRISTI A MORTE JOANNIS USQUE AD PASCHA SUBSEQUENS.

§ XVI. HERODIS INQUIES, CHRISTI SECESSUS ET MIRACULUM.

I°. ***Herodis inquies***

I. Excitata per famam de Christi nomine et factis : 1-3.

II. Agitata per variantes opiniones variorum,

1°. Pharisæorum quidem, Christum pro Joanne redivivo habentium; 4, 5.

2°. Sadducæorum autem Eliam putantium ; aliorum etiam illum vel novum prophetam existimantium : 4, 5.

III. Cupida videndi Jesum coram : 6.

IV. Inclinata demum in Pharisæorum opinionem. 7, 8, 2.

II°. ***Christi secessus in desertum.*** Notatur illius

I. Causa, suspicio Herodis vulgata : 9.

II. Comitatus, societas Apostolorum reducum, absque induciis assumpta : 10-12.

III. Modus, transfretatio maris Galilææ; 9, 13, 14.

IV. Adjuncta, populi sequentis properata præcursio terrestris : 9, 15-17.

V. Terminus et tempus, ille quidem mons conscensus; hoc vero pascha propinquum. 18-19.

III°. ***Miraculum multiplicati commeatus.***

I. Necessitas illius urgens,

1°. Ob populi multitudinem et virium languorem; 20-22.

2°. Ob loci distantiam et diei declinationem; 23, 26.

(1) § XV,

1-3 :	L. VIII, 1-3.			
4 :	Mr. VI, 21.			
5-8 :	—	22, 23;	Mt. XIV, 6, 7.	
9-11 :	—	24, 25;	—	8.
12, 13 :	—	26;	—	9.
14-17 :	—	27, 28;	—	10, 11.
18, 19 :	—	29;	—	12.

3°. Ob sumptus in cibum comparandum impendendos; 27, 22, 28, 29.
4°. Ob alimoniæ præsentis exilitatem. 30-34.

II. Apparatus ad illud factus,
1°. Allatis, ad Christi quæstionem et mandatum, quinque panibus et duobus piscibus; 35, 36.
2°. Imperato populi super fœnum accubitu; 37-40.
3°. Facto inter discumbentes contuberniorum ordine. 41, 42.

III. Miraculosa panum et piscium multiplicatio,
1°. Edita per Christi actionem, preces et benedictionem; 37, 43-45.
2°. Probata per ministrationem Apostolorum et saturationem omnium; 37, 43-48.
3°. Exaggerata per abundantiam superstitum fragmentorum et numerum manducantium, 46, 48-53 (1).

§ XVII. REDITUS CHRISTI, PORTENTA IN ITINERE, APPULSUS ET OPERA.

I°. *Reditus Christi*

I. Decretus, ob populi studium adoptandi Christum in regem, hac ratione declinandum : 1, 2.

II. Ordinatus, ablegatis ad portum maritimum discipulis, Christo autem in montem ad precandum digresso : 3-7.

III. Susceptus, conscenso a discipulis navigio. 5, 6.

II°. *Portenta itineris maritimi :*

I. Circa navigationem impeditam

(1) § XVI,

1-3 :	Mt. XIV, 1;	Mr. VI, 14;	L. IX, 7.	
4, 5 :	. . . . .	— 15;	— 8.	
6 :	. . . . .	. . . . .	— 9.	
7, 8, 2 :	— 2;	— 16, 14.		
9 :	— 13.			
10-12 :	. . . . .	— 30, 31;	— 10.	
9, 13, 14 :	— 13;	— 32	. . . . .	J. VI, 1.
9, 15-17 :	— 13;	— 33;	— 11;	— 2.
18, 19 :	. . . . .	. . . . .	. . . . .	— 3, 4.
20-22 :	— 14;	— 34	. . . . .	— 5.
23-26 :	— 15;	— 35, 36;	— 12.	
27, 22, 28, 29 :	. . . . .	37	. . . . .	— 5-7.
30-34 :	— 16, 17.	. . . . .	— 13;	— 8, 9.
35-36 :	— 18;	— 38.		
37-40 :	— 19;	— 39;	— 14;	— 10.
41, 42 :	. . . . .	— 40;	— 15.	
37, 43-45 :	— 19;	— 41;	— 16;	— 11.
37, 43-48 :	— 19, 20;	— 41, 42;	— 16, 17;	— 11.
46, 48-53 :	— 20, 21;	— 43, 44;	— 17;	— 12, 13.

1°. Mari turbato;
2°. Vento magno et contrario : 10-12.

II. Circa Christum,
1°. Ambulantem supra mare; 12-13.
2°. Habitum pro phantasmate; 14-16.
3°. Confortantem alloquio discipulos : 17-19.

III. Circa Petrum,
1°. Offerentem se ad accessum supra undas; 20.
2°. Ambulantem ex Christi jussu supra easdem; 21.
3°. Territum vento, cœptum mergi, et inclamantem auxilium; 22.
4°. Servatum a Christo et reprehensum de fide modica : 23.

IV. Circa navigantes,
1°. Christo recepto et tempestate ab illo pacata, promotos in cursu; 24-26.
2°. Veneratos Christum tanquam filium Dei; 27.
3°. Attonitos ex defectu intelligentiæ. 26-28.

III° *Appulsus in terra Genesareth.* 29, 30. Christus ibidem
I. Sub egressum e navi agnoscitur : 31, 32.
II. Sub progressum a languentibus cingitur : 33.
III. Sub digressum sanitatem undique elargitur, 34, 35 (1).

§ XVIII. SERMO CHRISTI DE EUCHARISTIA INSTITUENDA.

I°. *Occasio sermonis.* Populus, miraculosa refectione pastus, Christum
I. Advertit discessisse : 1, 2.
II. Insequitur trans mare : 3.
III. Invenit et interrogat de discessu : 4.
IV. Edocetur de cibo, non materiali, sed spirituali quærendo. 5, 6.

(1) § XVII,

1, 2 :	J. vi, 14, 15.		
3-7 :	. . . . .	Mt. xiv, 22, 23;	Mr. vi, 45-47.
3, 8, 9 :	— 16, 17;	— 22.	
10-12 :	— 18;	— 24;	— 48.
12, 13 :	. . . . .	— 25;	— 48.
14-16 :	— 19;	— 26;	— 49.
17-19 :	— 20;	— 27;	— 50.
20-23 :	. . . . .	— 28-31.	
24-26 :	— 21;	— 32;	— 51.
27 :	. . . . .	— 33.	
26, 28 :	. . . . .	. . . . .	— 51, 52.
29, 30 :	. . . . .	— 34;	— 53.
31, 32 :	. . . . .	— 35;	— 54.
31, 33 :	. . . . .	— 35;	— 55.
34, 35 :	. . . . .	— 36;	— 56.

II°. *Instructio data de conditionibus incitamentis et cautelis circa eucharistiam.*

I. Conditiones :

1°. Prima, fides in Christum generalis; 7, 8.

2°. Secunda, æstimatio incarnationis præ beneficiis antiquitus concessis; 9-12.

3°. Tertia, fides de Christo, tanquam cibo, specialis. 13, 14.

II. Incitamenta :

1°. Primum, benignitas Dei vocantis; 15, 16.

2°. Secundum, fidelitas Christi auxiliantis; 17.

3°. Tertium, liberalitas ejusdem præmiantis. 18, 19.

III. Cautelæ :

1°. Prima, ne spernatur mysterium, quod capi non potest; 20-22.

2°. Secunda, ne præsumatur de viribus propriis, nec resistatur gratiæ; 23-24.

3°. Tertia, ne tentetur Deus, sed credatur Christo. 25, 26.

III°. *Assertio de eucharistiæ mysterio,* edita

I. Per expositionem; qua proponitur

1°. Christus tanquam panis vitæ; 27.

2°. Hic panis tanquam præstantior manna; 27.

3°. Caro Christi tanquam cibus manducandus : 28-30.

II. Per declarationem; qua

1°. Fertur præceptum de sumptione corporis et sanguinis Christi; 33.

2°. Promittitur sumenti felicitas æterna; 34.

3°. Tribuitur carni et sanguini Christi proprietas cibi et potus; 35.

4°. Exprimitur unio sumentis cum sumpto, et vita spiritualis, tanquam effectus sumptionis; 36, 37.

5°. Repetitur præstantia eucharistiæ supra manna. 38.

* Notatur Capharnaum tanquam locus habiti sermonis. 39.

IV°. *Habitudo auditorum.*

I. Discipuli, dictis offensi et increduli, 40.

1°. Reprehenduntur a Christo,

1. Tanquam importune victi a difficultate, comparative exigua; 41, 42.

2. Tanquam perperam judicantes de mysterio, scilicet secundum sensus, non autem secundum rationem divinitus institutam; 43.

3. Tanquam propria culpa increduli, et hinc a Deo relicti : 44, 45.

2°. Deserunt Christum, nec sequuntur amplius. 46.

II. Apostoli, in fide stabiles,

1°. Provocantur a Christo, ad declarandam, vel recessu vel perseverantia, suam mentem; 47.

2°. Contestantur, Petro interprete, suam dictis fidem, et in sequela constantiam; 48, 49.

3°. Indicantur in electione constantes, uno Juda excepto. 50, 51 (1).

(1) § XVIII, 1-51 : J. VI, 22-72.

EPOCHA QUARTA.

VITA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI A TERTIO POST BAPTISMUM PASCHATE USQUE AD TRIUMPHALEM INGRESSUM IN JERUSALEM.

—

SECTIO I.

HISTORIA CHRISTI A PASCHATE USQUE IN MENSEM SEPTEMBREM.

§ I. DISPUTATIO CHRISTI CUM PHARISÆIS DE IMMUNDITIA.

I°. *Adjuncta controversiæ :*

I. Locus, in Judæa Jordani finitima : 1, 2.

II. Causa, insidiosa Judæorum curiositas circa actiones et doctrinam Christi : 3, 4.

III. Occasio

1°. Ex parte discipulorum, neglectus lotionis ante corporis refectionem; 5.

2°. Ex parte Judæorum, mos lotionis ex traditione humana observatus. 6, 7.

II°. *Objectio Judæorum, accusantium discipulos de violatione traditionis, per manducationem manibus immundis nec lotis factam.* 8, 9.

III°. *Responsum Christi*

I. Per retorsionem; qua

1°. Objicit violari a Judæis mandata Dei, prætextu traditionum humanarum; 10, 11.

2°. Demonstrat id exemplo traditionis impiæ circa honorem parentibus debitum, sed frustratum; 12-18.

3°. Coarguit hypocrisis et violatæ legis in hac et aliis observationibus. 19-24.

II. Per propositionem theseos; qua

1°. Statuit, nihil quod in os intrat, sed id quod ex ore exit, animam per se coinquinare; 25-28.

2°. Advertit, dictum hoc rite intelligendum. 29.

III. Per vindicationem retorsionis; qua discipulis, Pharisæos mollius tractari volentibus, respondet, 30.

1°. Ab illis nihil esse timendum; 31.

2°. Illorum curam esse omittendam. 32.

IV. Per declarationem theseos; qua

1°. Reprehendit discipulorum ignorantiam aut sensum crassiorem; 33-36.

2°. Docet, cibos nihil ex se habere mali, nec attingere animam aut maculare; 36-38.

3°. Exponit, prava tum dicta tum facta, utpote ex animo orta, hominem proprie immundum reddere. 39-45 (1).

§ II. PEREGRINANTIS CHRISTI BENEFACTA SINGULARIA.

I°. *Christus ad extimos Galilææ terminos digressus et latere volens*, 1, 2.

I. Rogatus a Chananæa liberationem filiæ a dæmonio, preces silentio dissimulat: 3-6.

II. Deprecationem Apostolorum pro ea interpositam declinat: 4, 7.

III. Mulierem preces cominus repetentem duriori parœmia rejicit: 8-10.

IV. Eamdem, repulsa in motivum conversa, instantem miratur, et præstito filiæ beneficio, exaudit. 11-15.

II°. *Idem per Decapolim ad orientale maris Galilæi latus progressus*, 16.

I. Oblatum sibi surdum et mutum seorsim ducit, digito et saliva tangit, oculis et gemitu elevatis, datoque imperio sanat: 17-20.

II. Miraculi spectatores silere jubet: 21.

III. Laude celebratur ab omnibus. 21, 22.

III°. *Secedens tandem in montem*, 23.

I. Cingitur a plurimis, vario morborum genere afflictis: 24.

(1) § I,

1, 2 :	Mt. xix, 1, 2.	
3, 4 :	xv, 1;	Mr. vii, 1.
5 :	. . . . .	— 2.
6, 7 :	. . . . .	— 3, 4.
8, 9 :	— 2;	— 5.
10, 11 :	— 3;	— 9.
12-18 :	— 4-6;	— 10-13.
19-24 :	— 7-9;	— 6-8.
25-28 :	— 10, 11;	— 14, 15.
29 :	. . . . .	— 16.
30-32 :	— 12-14.	
33-36 :	— 15, 16;	— 17, 18.
36-38 :	— 17;	— 18, 19.
39-45 :	— 18-20;	— 20-23.

II. Sanat eosdem, et nominis celebritatem ab omnibus refert. 25 (1).

§ III. REPETITUM MIRACULUM, ITER POSTULATUM.

I°. *Miraculum multiplicati alimenti*

I. Provocatum,

1°. Ob commeatum tridui mora jam consumptum; 1-3.

2°. Ob vires ad alimentum alibi conquirendum, non sufficientes: 1-4.

II. Præparatum,

1°. Facta interrogatione et responsione de panum et piscium numero; 5-8.

2°. Dato multitudini imperio ad discumbendum : 9, 10.

III. Editum,

1°. Septem panibus a Christo benedictis, et per discipulos multitudini ad satietatem appositis; 11-13.

2°. Paucis piscibus similiter distributis : 14.

IV. Comprobatum

1°. Per septem sportas fragmentis plenas relatas; 12, 13.

2°. Per numerum quatuor millium virorum satiatorum. 15, 16.

II°. *Iter navale trans mare Galilæum, et appulsus ad partem occiduo-septentrionalem.* 17, 18.

III°. *Postulatum de signo Messiæ prænuntio desuper dando,*

I. Propositum a Judæis tentantibus : 19, 20.

II. Partim rejectum a Christo tanquam superfluum, ob certa Messiæ jam præsentis indicia : 21-24.

III. Partim admissum, sed substituto signo, mortem Messiæ secuturo. 23 (2).

(1) § II,	1, 2 :	Mt. xv, 21;	Mr. vii, 24.
	3-6 :	— 22, 23;	— 25, 26.
	4, 7 :	— 23, 24.	
	8-10 :	— 25, 26;	— 27.
	11-15 :	— 27, 28;	— 28-30.
	16-22 :	. . . .	— 31-37.
	23-25 :	— 29-31.	

(2) § III,	1-3 :	Mt. xv, 32;	Mr. viii, 1, 2.
	1, 4 :	— 32;	— 3.
	5-8 :	— 33, 34;	— 4, 5.
	9, 10 :	— 35;	— 6.
	10-13 :	— 36, 37;	— 6, 8.
	14 :	. . . .	— 7.
	12, 13 :	— 37;	— 8.
	15, 16 :	— 38;	— 9.

§ IV. DEFECTUS INTELLIGENTIÆ IN DISCIPULIS, ET OCULORUM IN CÆCO SANATUS A CHRISTO.

I°. *Defectus intelligentiæ*

I. Proditus,

1°. Data occasione assumpti in iter maritimum unius panis; 1-3.

2°. Facta monitione de cavendo Pharisæorum, Sadducæorum et Herodianorum fermento; 4, 5.

3°. Accepta hac sententia de cibo materiali : 6, 7.

II. Sanatus,

1°. Reprehensione modicæ fidei et sinistræ intelligentiæ; 8, 9.

2°. Repræsentatione divinæ providentiæ, in gemina jam panum multiplicatione demonstratæ; 10-13.

3°. Interpretatione moniti prioris, ad doctrinam pertinentis, data et accepta. 16, 17.

II°. *Defectus oculorum*

I. Expositus Christo prope Bethsaidam : 18.

II. Sanatus miraculo, propemodum dissimulato,

1°. Per secretam et variam mediorum adhibitionem; 19.

2°. Per redditam gradatim visionem ; 20, 21.

3°. Per impositam silentii observationem. 22. (1).

§ V. CONFESSIO DIVINITATIS CHRISTI, PRÆDICTIO PASSIONIS EJUSDEM, COMMENDATIO MORTIFICATIONIS.

I°. *Confessio divinitatis*,

I. Notato tempore et loco, per quæstionem sollicitata : 1-3.

II. A variis vulgi opinamentis vitiata : 4-6.

III. Petro divinitus illustrato edita : 7-10.

IV. A Christo, promisso eidem Ecclesiæ primatu, præmiata : 11-13.

§ III,	17, 18 :	— 39;	— 10.
	19, 20 :	xvi, 1;	— 11.
	21-24 :	— 2-4;	— 12.
	23 :	— 4.	
(1) § IV,	1-3 :	Mt. xvi, 5;	Mr. viii, 13, 14.
	4, 5 :	— 6;	— 15.
	6, 7 :	— 7;	— 16.
	8, 9 :	— 8;	— 17.
	10-15 :	— 9, 10;	— 18-21.
	16, 17 :	— 11, 12.	
	18-22 :	. . . .	— 22-26.

V. Evulgari ad alios prohibita. 14-16.

II°. *Prædictio passionis*, quam

I. Christus sibi instantem declarat : 17-19.

II. Petrus dissuadet, ideo severe correptus. 20-23.

III°. *Commendatio mortificationis*,

I. Tanquam propriæ sectatoribus Christi : 24-26.

II. Tanquam necessariæ ad salutem; 27-29.

III. Tanquam præferendæ omni lucro; 30-33.

IV. Tanquam valituræ in extremo judicio. 34-36.

* Adjectio de visione Christi transfigurati, quibusdam concedenda. 37-39 (1).

§ VI. HISTORIA TRANSFIGURATIONIS DOMINICÆ.

I°. *Historia spectaculi.*

I. Adjuncta extrinseca, scilicet tempus, spectatores et locus : 1-3.

II. Spectaculum ipsum, seu immutatio speciei per splendorem vultus et candorem vestium : 4-6.

III. Adjuncta intrinseca, nempe apparitio Moysis et Eliæ gloriosa, et collocutio de Christi passione. 7-10.

II° *Historia visionis.* In ea

I. Spectatores Apostoli,

1°. Excusso somno, spectaculum vident; 11.

2°. De sua sorte lætantur; 12-14.

3°. Pro beneficii continuatione consilium proponunt. 12-14.

II. Director Deus

1°. Nube lucida visos obumbrat; 15-17.

2°. Christum filium dilectum et audiendum declarat; 15, 16, 18.

3°. Apostolos metu reverentiali complet. 19, 20, 17.

(1) § V,	1-3 :	Mt. XVI, 13;	Mr. VIII, 27;	L. IX, 18.
	4-6 :	— 14;	— 28;	— 19.
	7-10 :	— 15, 16;	— 29;	— 20.
	11-13 :	— 17-19.		
	14-16 :	— 20;	— 30;	— 21.
	17-19 :	— 21;	— 31;	— 22.
	20-23 :	— 22, 23;	— 32, 33.	
	24-26 :	— 24;	— 34;	— 23.
	27-29 :	— 25;	— 35;	— 24.
	30-33 :	— 26;	— 36, 37;	— 25.
	34-36 :	— 27;	— 38;	— 26.
	37-39 :	— 28;	— 39;	— 27.

III. Actor Christus

1°. Timentes erigit ; 21.
2°. Solus jam residuus de monte deducit ; 22-24.
3°. Silentium de visione servandum præcipit. 25, 26, 24.

III°. *Historia reflexionis.* In hac.

I. Inquisitio fit a discipulis, servata silentii lege,

1°. De resurrectione mortui inter se consultantibus ; 27. (1).
2°. De Eliæ adventu Christum interrogantibus. 28, 29.

II. Resolutio datur a Christo,

1°. Confirmante tum Eliæ adventum, tum suam passionem ; 30, 31.
2°. Docente, Eliam jam visum sed non agnitum ; Christum ad hujus similitudinem a Judæis perdendum. 32, 33.

III. Interpretatio subjicitur, dicta de Elia pertinere ad Joannem Baptistam. 34 (1).

§ VII. CURATIO LUNATICO-DÆMONIACI

I°. *Tentata incassum ab Apostolis.*

I. Ob quam, sequenti a transfiguratione die, orta est inter Apostolos et Judæos controversia : 1.

II. De qua, populo ad Christum reversum allapso, fit interrogatio : 2-4.

III. Circa quam, provoluto ad Christi pedes vexati parente, datur expositio

1°. De dæmoniaci conditione ; 5-8.
2°. De dæmonis violentia et malignitate ; 7, 9.
3°. De exorcistarum Apostolorum impotentia. 9-11.

(1) § VI,	1-3 :	Mt. XVII, 1;	Mr. IX, 1;	L. IX, 28.
	4-6 :	— 2;	— 2;	— 29.
	7-10 :	— 3;	— 3;	— 30, 31.
	11 :	. . . . .	. . . . .	. . . 32.
	12-14 :	— 4;	— 4;	— 33.
	15-17 :	— 5;	— 6;	— 34.
	15, 16, 18 :	— 5;	— 6;	— 35.
	19, 20, 17 :	— 6;	— 5;	— 34.
	21 :	— 7.		
	22-24 :	— 8;	— 7;	— 36.
	25, 26, 24 :	— 9;	— 8;	— 36.
	27 :	. . . . .	. . . 9.	
	28, 29 :	— 10;	— 10.	
	30, 31 :	— 11;	11.	
	32, 33 :	— 12;	12.	
	34 :	— 13.		

II°. *Collata tandem a Christo*,

I. Præmissa incredulitatis in præsentibus reprehensione : 12-14.

II. Renovata miseræ energumeni conditionis expositione

1°. Tum per triste agitationis dæmoniacæ spectaculum ; 15, 16.

2°. Tum per patris narrationem : 17, 18.

III. Postulata a Christo et edita a patre fidei professione : 19, 20.

IV. Imperata et secuta dæmonis emigratione : 21-24.

V. Facta liberati erectione et populi admiratione. 25, 26.

III°. *Illustrata documentis*, queis

I. Pro causa frustrati hactenus conatus assignatur incredulitas exorcistarum : 27-29.

II. Exaggeratur fidei vis et efficacia : 29-31.

III. Determinatur orationis et jejunii necessitas. 32, 33 (1).

§ VIII. PRÆDICTIO MORTIS CHRISTI ALTERA, DIDRACHMA.

I°. *Prædictio mortis*

I. Notata a loco : 1, 2.

II. Exorsa per commendationem attentionis et memoriæ : 3.

III. Complexa compendiariam descriptionem : 4, 5.

IV. Non intellecta a discipulis timentibus et contristatis. 4, 6, 7.

II°. *Didrachma*

I. Postulatur de Petro, pro Christo in Capharnaum : 8.

II. Declaratur a Christo, non postulari jure : 9, 10.

(1) § VII,	1 :	Mr. IX,	13.				
	2-4 :	—	14, 15;	L. IX,	37.		
	5-8 :	—	16;	—	38, 39;	Mt. VII,	14.
	7, 9 :	—	17;	—	39.		
	9-11 :	—	17;	—	40;	—	15.
	12-14 :	—	18;	—	41;	—	16.
	15, 16 :	—	19;	—	42.		
	17-20 :	—	20-23.				
	21-24 :	—	24, 25;	—	43;	—	17.
	25, 26 :	—	26;	—	44.		
	27-29 :	—	27;			—	18, 19.
	29-31 :	. . . .		XVIII, 5, 6;		—	19.
	32, 33 :	—	28;			—	20.

III. Jubetur tamen pro utroque reddi, ex pecunia miraculose accepta. 11 (1).

§ IX. AMBITUS, ÆMULATIO, SCANDALUM DISSUASA.

I°. *Ambitus Apostolorum pro primatu,*

I. Conceptus animo, suffocatur Christi interrogatione : 1-4.

II. Prolatus verbis, comprimitur humilitatis documento : 5.

III. Rediturus, excluditur proposito parvuli exemplo. 6-8. Abhinc commendatur humilitatis

1°. Necessitas ad salutem ; 9.

2°. Utilitas ad præcellentiam ; 10, 11.

3°. Facilitas ad meriti amplificationem. 10, 12, 13.

II°. *Æmulatio Joannis Apostoli pro discipulatu Christi,*

I. Progressa ad impediendos exorcistas extraneos, nomine Christi utentes : 14-15.

II. Repressa prohibitione Christi contraria : 16, 17.

III. Refutata argumento, desumpto ex hominum ejusmodi

1°. Proxima ad Christi agnitionnem dispositione ; 17.

2°. Proficua ad commune bonum operatione ; 16, 18.

3°. Facta cum operis minoris merito collatione. 19.

III°. *Scandalum, ejusque malignitas demonstrata,*

I. Ex miseria maxima præ illo adoptanda : 20-23.

II. Ex damno universali in homines inde redundante : 24.

III. Ex remedio difficillimo usurpando, aut pœna æterna subeunda. 25-32.

IV°. *Remedia malis memoratis correspondentia.*

I. Memoria inferni, instar salis putredinem prohibentis, præservat a scandali corruptione : 33.

II. Usus prudentiæ, instar salis necdum fatui, condit et moderatur zelum : 34.

III. Studium pacis, instar salis carnem exsiccantis et constringentis, eliminat contentiones. 34 (2).

(1) § VIII, 1, 2 : Mt. XVII, 21; . . . . . Mr. IX, 29.
3 : . . . . . . L. IX, 44.
4, 5 : — 22; . . . . . — 30.
4, 6, 7 : — 22; — 45; — 31.
8-11 : — 23-26.

(2) § IX, 1-4 : L. IX, 46; Mr. IX, 32, 33; Mt. XVIII, 1.
5 : . . . . — 34.
6-8 ; — 47; — 35; — 2.

§§ X, XI. CURA SALUTIS ALIENÆ, CORRECTIONIS ORDO, CONDONATIO INJURIARUM, MODESTIA IN BENEFACTIS COMMENDATA.

I°. *Curam salutis hominum habendam suadet*

I. Cura eorumdem Angelis commissa : § X, 1.

II. Studium Christi illis redimendis impensum : 2. explicatur hoc parabola pastoris

1°. Oves nonaginta novem deserentis, 3.

2°. Unam perditam quærentis, et de inventa gaudentis. 4.

III. Voluntas Dei omnes salvos fieri volentis. 5.

II°. *Correctionis fraternæ ordinem definiunt regulæ.* Earum

I. Prima : offensori deprecanti culpa etiam sæpius remittenda. 6.

II. Secunda : non deprecanti culpa et reparationis necessitas exponenda. 7. 8.

III. Tertia : renuenti eadem, duobus vel tribus adjuvantibus, inculcanda. 9.

IV. Quarta : contumaci monitum Ecclesiæ addendum. 10.

V. Quinta : pertinaciter reluctanti communio neganda. 10.

* Auctoritas Ecclesiæ reverenda suadetur,

1°. Ob ejus sententiam a cœlo ratihabendam ; 11.

2°. Ob vota Ecclesiæ a Deo confirmanda ; 12.

3°. Ob Christi assistentiam, Ecclesiæ semper præsentem. 13 (1).

III°. *Condonationem injuriarum faciendam,*

I. Docet responsum Christi, remissionem nullo numero vel termino circumscribens : § XI, 1, 2.

§ IX,	9 :	. . . .	—	3.
	10, 11 :	— 48;	—	4.
	10, 12, 13 :	— 48; — 36;	—	5.
	14, 15 :	— 49; — 37.		
	16, 17 :	— 50; — 38.		
	17 :	. . . . . — 38.		
	16, 18 :	— 50; — 39.		
	19 :	. . . . . — 40,		
	20–23 :	XVIII, 1, 2; — 41;	—	6.
	24 :	. . . .	—	7.
	25–32 :	. . . . . . — 42-47;	—	8, 9.
	33 :	. . . . . . — 48.		
	34 :	. . . . . . — 49.		

(1) § X,	1-5 :	Mt. XVIII, 10-14.
	6 :	. . . . L. VIII, 4.
	7, 8 :	— 15; — 3.
	9-18 :	— 16-20.

II. Illustrat parabola regis, rationes a servis exigentis : 3. ubi proponitur

1°. Indulgentia regis, servo debitori, ad preces fusas, debitum ingens remittentis ; 4-7.

2°. Durities ejusdem servi, a conservo debitore, frustra rogante, debitum minus clementer exigentis ; 8-10.

3°. Indignatio conservorum de hac duritia ; 11.

4°. Justitia regis, hanc servi actionem, beneficio accepto contrariam, exprobrantis et plectentis. 12-14.

III. Inculcat addita parabolæ applicatio. 15.

IV°. *Modestiam in benefactis retinendam, docet*

I. Parabola servi, pensum suum præstantis quidem, non tamen hinc exempli a ministeriis debitis, nec prærogativam hinc, velut ob gratuitum officium præstitum, commeriti : 16-18.

II. Parœmia enuntians, omnia bene a nobis facta, esse debita nostra officia. 19 (1).

§ XII. ITER CHRISTI HIEROSOLYMAM.

I°. *Initia itineris,*

I. Festo scenopegiæ occasionem præbente : 1, 2.

II. Affinibus ad iter invitantibus et Jesum urgentibus,

1°. Rationes quasdam in speciem afferendo ; 3, 4.

2°. Reipsa incredulitatem suam tegendo : 5.

III. Christo, allatis rationibus discrimen se inter ac affines intercedens ostendentibus, iter cum his comitibus respuente : 6-8.

IV. Eodem nihilominus, paulo post ac solitarie, iter ingresso. 9, 10.

II°. *Itineris prosecutio*

I. Directa per Samariam et Galilæam : 11.

II. Notata miraculo, quo describitur

1°. Decem leprosos solo Christi verbo mundatos ; 12-14.

2°. Unum eorum, gente Samaritanum, ad grates agendas regressum ; 15, 16.

3°. Reliquos non regressos, ingratitudinis accusatos et damnatos. 17-19. (2).

(1) § XI, 1-15 : Mt. XVIII, 21-35.
16-19 : L. XVII, 7-10.

(2) § XII, 1-10 : J. VII, 1-10.
11-19 : L. XVII, 11-19.

SECTIO II.

HISTORIA CHRISTI A MENSE SEPTEMBRI USQUE IN MENSEM DECEMBREM.

§ XIII. APPULSUS CHRISTI IN JERUSALEM SUB FESTUM SCENOPEGIÆ, ET SERMONES HABITI, CUM INTERJECTIONIBUS ET DISSENSIONIBUS JUDÆORUM.

I°. *Appulsus Christi*

I. Exspectatus a multis: 1.

II. Retardatus, et hinc variis judiciis, sed secreto prolatis ob metum Judæorum, subjectus: 2, 3.

III. Secutus sub festi medium, conjunctus cum prædicatione Christi et stupore populi. 4, 5.

II°. *Sermo primus, varie interruptus* : continetur hic

I. Demonstratio doctrinæ Christi tanquam divinæ,

1°. Ex auctoritate illius, a quo Christus eamdem habet; 6.

2°. Ex experientia cujuslibet, doctrinam hanc secundum Dei mentem examinantis; 7.

3°. Ex fine prædicationis, non ad propriam, sed ad Dei gloriam tendentis. 8.

II. Apologia curationis paralytici, olim in sabbato factæ,

1°. Inchoata per expostulationem, quod Judæi Christum ob hoc miraculum, tanquam sabbati violatorem, occidere parent; qui tamen legem eamdem sæpius negligant; 9, 10.

2°. Interrupta per exceptionem, qua Judæi hoc consilium, adjuncta in Christum contumelia, negant; 10.

3°. Continuata per ratiocinationem, qua ostenditur, æque aut magis licitum sanare hominem sabbato, quam circumcidere; 11-13.

4°. Finita per provocationem ad legem Deuteronomii de justo judicio. 14.

* Interjectio prima, exhibens quorumdam

1. Admirationem de Christi libertate, et hostium silentio; 15, 16.
2. Suspicionem de Christo, velut Messia ab illis habito; 16.
3. Dubium de veritate Messiæ, ob genus Christi vulgariter notum. 17.

III. Declaratio Christi tanquam Messiæ, per missionem Dei, quem

1°. Judæi nesciunt; 18.

2°. Christus autem novit et patrem habet. 19.

* Interjectio altera, exhibens
1. Inimicos volentes quidem non tamen valentes Christum capere; 20.
2. Turbam, ob miracula, fidem de Christo tanquam Messia concipientem; 21
3. Pharisæos satellitium ad Christum capiendum mittentes. 22.

IV. Prænuntiatio
1°. Proximi discessus ad Patrem; 23.
2°. Frustranei postea conatus ad Christum conveniendum. 24.
* Interjectio tertia, sistens auditores
1. Inquirentes in dicti prioris sensum; 25.
2. Conjectantes discessum Christi ad gentes; 25.
3. Hæsitantes de vera sermonis intelligentia. 26.

III° *Sermo secundus in octava festi,*
I. Propositus a Christo, invitante salutis cupidos, et promittente abundantiam credentibus: 27, 28.
II. Expositus ab Evangelista, per fontem aquæ vivæ indicante Spiritum Sanctum, post Christi ascensionem mittendum. 29.

IV°. *Dissensiones opinionum*
I. Inter plebeios; quorum
1°. Alii Christum prophetam vel Messiam volunt; 30, 31.
2°. Alii negant, ob ortum ejusdem ex Galilæa; 31, 32.
3°. Alii volunt alii nolunt Christum capere. 33, 34.
II. Inter Pharisæos et satellites; quorum
1°. Hi commendant Christi sermones humanis majores; 35, 36.
2°. Illi, opposita principum auctoritate, et contempta populi opinione, exprobrant conceptam de Christo æstimationem. 37-39.
III. Inter synedrion et Nicodemum; quorum
1°. Posterior monet sodales de suspendendo ante examen in Christum judicio; 40, 41.
2°. Priores exprobrant Nicomedo Galilæismum, et objectant Scripturam contrariam. 42.
* Notatur synedrii solutio et discessus. 43 (1).

§ XIV. JUDICIUM DE ADULTERA

I°. *Delatum ad Christum,*
I. Sub tertium Christi ingressum in templum: 1, 2.
II. Pharisæis adulteram in medio statuentibus: 3.
III. Laudata Moysis lege, et postulata a Christo sententia: 4, 5.

(1) § XIII, 1-43: J. VII, 11-53.

IV. Ex maligno Christum accusandi fine. 6.

II°. *Declinatum a Christo,*

I. Dissimulata per scriptionem attentione : 6.

II. Data innocentibus lapidandi nocentem venia : 7.

III. Repetita, ad dandam deliberandi moram, scriptione. 8.

III°. *Intermissum,*

I. Pharisæis male sibi consciis sensim disparentibus : 9.

II. Accusatore jam nullo superstite : 10,

III. Christo condemnatoris munus respuente, emendationis tamen monitum adjiciente. 11 (1).

§ XV. COLLOQUIA CHRISTI CUM JUDÆIS IN TEMPLO POST FESTUM.

I°. *Colloquium primum, cum notatione loci.*

I. Christus se mundi lucem enuntiat : 1.

II. Judæi testimonium hoc, utpote proprium, declarant nullum : 2.

III. Christus testimonium, licet proprium, valere probat,

1°. Ob certam loquentis scientiam ; 3.

2°. Ob enuntiationis suæ veritatem ; 4, 5.

3°. Ob Patris, tanquam testis, secum consonantiam. 5-7.

IV. Judæis in Patrem inquirentibus, Christus negat eumdem cognosci ab iisdem. 8.

* Notatur colloquii locus gazophylacium templi. 9.

II°. *Colloquium secundum, cum narratione effectus.*

I. Christus denuntiat suum discessum, Judæorum in peccatis mortem, et impotentiam sequendi Christum : 10.

II. Judæi hanc impotentiam accipiunt pro suicidio : 11.

III. Christus exponit

1°. Impotentiam sequendi, per impotentiam veniendi in cœlum; 12.

2°. Mortem in peccatis, ob incredulitatem. 13.

IV. Judæis, quis sit, quærentibus, Christus se rerum principium indicat, et plura a Patre communicata fideliter dicturum adjicit : 14, 15.

V. Iisdem hoc non capientibus, addit cognoscendum se post mortem. 16-18.

* Memoratur credulitas multorum, tanquam effectus hujus colloquii. 19.

(1) § XV, 1-11 ; J. VIII, 1-11.

III°. *Colloquium tertium, cum adjunctione exprobrationis meritæ.*

I. Christus Judæis in se credentibus promittit cognitionem et libertatem : 20, 21.

II. Judæi se, tanquam filios Abrahæ, jactant jam liberos : 22.

III. Christus respondens

1°. Proponit, peccatores esse servos et ejiciendos, nec futuros unquam liberos nisi per fidem ; 23-25.

2°. Assumit, Judæos ob homicidium contra se conceptum et opus diabolicum esse peccatores ; 26, 27.

3°. Provocantibus ad suum ex Abrahamo genus objicit, facta non congruere cum Abrahæ, sed cum diaboli factis. 28-30.

IV. Judæi excipiunt, se tanquam cultores veri Dei esse filios Abrahæ genuinos : 30.

V. Christus reponit, Judæorum patrem

1°. Non esse Deum, ob dilectionem et fidem sibi negatam ; 31, 32.

2°. Sed esse diabolum, ob homicidii propositum, et aversum a veritate animum. 33, 34.

VI. Idem provocat ad opponendam, si quam habeant, exceptionem, et exprobrat infidelitatem, tanquam apostasiæ notam. 35, 36.

IV°. *Colloquium quartum, cum experimento blasphemi furoris.*

I. Judæi Christum appellant Samaritanum et dæmoniacum : 37.

II. Christus, dissimulata priori blasphemia,

1°. Repellit posteriorem, declarato suo Deum honorandi studio, et averso a propria gloria animo ; 38, 39.

2°. Promittit credentibus sibi immortalitatem. 40.

III. Judæi repetitam blasphemiam confirmant,

1°. Promissæ immortalitati opponendo Abrahæ et prophetarum mortem ; 41.

2°. Arrogantiæ imputando assumptam Christi præ Abrahamo et prophetis eminentiam. 42.

IV. Christus objectionem hanc refutat,

1°. Negando gloriam a se captari ; 43.

2°. Asserendo, sibi et dari gloriam a Deo, et adesse perfectam Dei cognitionem ; 44.

3°. Contestando, Abraham desiderasse et cum gaudio habuisse visionem sui ; 45.

4°. Vindicando suam æternitatem contra Judæorum exceptionem, ex sua hominis adolescentia desumptam. 46, 47.

* Furor Judæorum, lapidationem Christi machinantium, declinatus. 48 (1).

(1) § XV, 1-48 : J. VIII, 12-59.

§ XVI. CÆCUS A NATIVITATE

I°. *Sanatus miraculo* : ubi exponitur

I. Malum quod sanatur,

1° Natale et ab ortu congenitum ; 1.

2° Ex nullo demerito inditum ; 2 , 3.

3°. Ad gloriæ divinæ manifestationem permissum. 3.

II. Modus quo sanatur,

1°. Secundum tempus et Christi characterem congruus ; 4 , 5.

2°. Secundum media usurpata disconveniens ; 6.

3°. Secundum operationem facilis et expeditus. 7.

III. Subjectum quod sanatur,

1°. Ab aliis pro noto agnitum ; 8.

2°. Ab aliis negatum ; 9.

3°. Ab ipso cæco affirmatum. 9.

II°. *Varie tentatus* : ubi narratur

I. Tentamen, cum eventu circa modum sanationis :

1°. Tentamen vulgare, actum

1. Interrogante populo ; 10.

2. Respondente cæco et exponente modum ; 11.

3. Illo inquirente, et hoc nesciente ubinam Christus esset. 12.

2° Tentamen judiciale,

1. Susceptum a Pharisæis, ob sabbatum in quo miraculum est factum ; 13 , 14.

2. Formatum eodem modo quo vulgare. 15.

3°. Eventus, orta,

1. Ex parte Pharisæorum, sententiarum de Christo diversitas et schisma ; 16.

2. Ex parte cæci, professio Christi tanquam prophetæ. 17.

II. Tentamen cum eventu circa personas :

1°. Tentamen circa personam sanatam ,

1. Susceptum ex dubio de vera cæcitate ; 18.

2. Formatum ex interrogatione Pharisæorum, et responso parentum affirmantium de filio et cæcitate veritatem ; 19 , 20.

3. Declinatum a parentibus circa quæstionem auctoris et modi , ob conspirationem Judæorum contra Christum. 21-23.

2°. Tentamen circa personam sanantem ,

1. Cœptum suggestione maligna a Pharisæis proposita , a cæco elusa ; 24, 25.

2. Distractum translata ad factum et modum quæstione, et reddita cum repetito facto irrisione ; 26 , 27.

3. Interruptum Pharisæorum maledictis in cæcum , et Jesum Moysi posthabitum conjectis ; 28 , 29.

4. Finitum oppositione cæci , ex dono et magnitudine miraculi , pro Christi dignitate argumentantis. 30-33.

3°. Eventus, Pharisæorum impatientia contumeliosa et cæci ejectio. 34.

III°. *Bene habitus a Christo,*

I. Per invitationem ad fidem, quam edoceri cupit : 35, 36.

II. Per declarationem Christi ut filii Dei, quem continuo credens adorat : 37, 38.

III. Per propositionem judicii divini, cujus lætum est exemplum. 39.

* Reflexio quorumdam Pharisæorum, qui

1°. Expostulant, se notari tanquam cæcos ; 40.

2°. Convincuntur insanabiles ob cæcitatem voluntariam. 41 (1).

§ XVII. CHRISTUS PASTOR BONUS.

I°. *Idea pastoris boni*

I. Descripta,

1°. Per electionem et institutionem legitimam, distinctam ab illegitima raptoris ; 1-3.

2°. Per propriam et accuratam ovium curam ; 3.

3°. Per exquisitum pascuorum delectum, et personalem ovium in ea deductionem ; 4.

4°. Per reciprocum ovium amorem, in mercenario non reperiendum. 4, 5.

II. Proposita instar protasis, sed non intellecta. 6.

II°. *Applicatio ideæ ad Christum,*

I. Oppositum cum raptore,

1°. Ratione electionis et institutionis legitimæ, quam habet præ pseudochristis ; 7, 8.

2°. Ratione utilitatis, securitatis et vitæ quam confert, pseudochristis illam perdentibus et auferentibus. 9, 10.

II. Oppositum cum mercenario, ratione custodiæ, etiam cum vitæ periculo gestæ, quam mercenarii, imminente labore aut periculo, abjiciunt. 11-13.

III°. *Appropriatio ideæ ad Christum,*

I. Exposita per mutuum oves inter et Christum amorem, analogum charitati Patrem inter et Filium intercedenti : 14, 15.

II. Demonstrata per sollicitudinem ad oves etiam peregrinas extensam : 16.

III. Exaggerata per mortem, plenissima cum libertate et conformitate ad Patris placitum, pro ovibus susceptam. 17, 18.

(1) § XVI, 1-41 : J. IX, 1-41.

* Reflexio auditorum discors, 19.
1°. Aliis Christum ex hoc sermone arguentibus insaniæ; 20.
2°. Aliis hoc negantibus, et, provocatione ad miraculum facta, opinionem suam confirmantibus. 21 (1).

§ XVIII. MISSIO DISCIPULORUM ET INSTRUCTIO.

I°. *Missio,*
I. Præmissa designatione personarum, ordine sociorum, et indicatione locorum : 1.
II. Commendata oratione, pro augendo operariorum numero facienda : 2.
III. Addita de persecutoribus futuris notitia. 3.
II°. *Instructio*
I. Quoad commeatum et actionem in via : 4.
II. Quoad delectum et ingressum hospitii : 5, 6.
III. Quoad agendi rationem et moram in eodem : 7, 8.
IV. Quoad officium præstandum excipientibus : 9.
V. Quoad terrorem incutiendum excludentibus : 10-12.
VI. Quoad auctoritatem ipsis concessam. 13 (2).

§ XIX. PRÆCEPTUM AMORIS ERGA PROXIMOS EXPOSITUM, CAUSA MARTHAM INTER ET MAGDALENAM JUDICATA.

I°. *Præceptum amoris expositum*
I. Quoad necessitatem ad salutem, occasionem dante legisperito, qui
1°. Exquirit a Christo, quid ad salutem factu sit opus; 1.
2°. Jubetur ipse edicere ex lege; 2.
3°. Recitat præceptum de amore Dei et proximi; 3.
4°. Audit, hoc faciendum pro vita certo obtinenda. 4.
II. Quoad universalitatem, exponente Christo, qui
1°. Interrogatus, quis proximus sit, inducit parabolam de viatore, 5, 6.
1. Per latrones spoliato et vulnerato; 6.
2. Per sacerdotem et levitam prætereuntes neglecto; 7, 8.
3. Per Samaritanum partim misericorditer curato, partim liberaliter curæ demandato : 9-11.
2°. Ex responso legisperiti elicit, etiam Samaritanos esse habendos pro proximis. 12, 13.

(1) § XVII, 1-21 : J. x, 1-21.
(2) § XVIII, 1-12 : L. x, 1-12.
13 : — 16.

II°. *Causa judicata* : hujus

I. Occasio fuit adventus et exceptio Christi in domo Marthæ et Mariæ : 14.

II. Controversiæ materia, otiosa Mariæ quies in Christo audiendo, et laboriosa Marthæ actio in Christi ministerio : 15, 16.

III. Delatio querelæ a Martha ad Christum contra sororem : 16.

IV. Judicium Christi, in Marthæ actione sollicitudinem arguentis, in Mariæ quiete sacra excellentiam et perpetuitatem laudantis. 17, 18 (1).

§ XX. DOCUMENTA DISCIPULIS A CHRISTO DATA

I°. *De donis gratis datis.*

I. Christus discipulis, sub reditum potestatem in dæmones exercitam cum gaudio narrantibus, magnitudinem doni exponit : 1, 2.

II. Iisdem donum miraculorum confirmat : 3.

III. Eorum tamen prædestinationem esse majus, præ hoc dono, beneficium declarat. 4.

II°. *De divinis consiliis.*

I. Christus, laudans hæc consilia, denuntiat, fidem et salutem dari humilibus, negari superbis : 5-7.

II. Declarans suam cum Patre æqualem sapientiam, ostendit, per se easdem gratias dari : 8, 9.

III. Considerans gratiam discipulis factam, extollit magnificam eorum sortem. 10, 11.

III°. *De vera animi quiete.*

I. Christus invitans ad se malo quocumque oppressos, pollicetur iis cum solatio quietem : 12.

II. Pro hac obtinenda, observantiam suæ doctrinæ et imitationem exempli proponit : 13.

III. Utrumque medium a suavitate et facilitate commendat. 14.

IV°. *De formula precandi.*

I. Christus rogatur a discipulorum uno certum modum orandi : 15.

II. Repetit formulam, *epocha* 2ª, § X, datam. 16-18.

(1) § XIX, 1-18 : L. x, 38-42.

V°. *De perseverantia in oratione.*

I. Christus hanc orationis conditionem expositurus, proponit parabolam hominis

1°. Ab amico, ob improvisum casum, panem postulare coacti; 19, 20.
2°. Ab eodem non sine justa causa rejecti; 21.
3°. Demum tandem ob importunitatem exauditi; 22.

II. Adhortatur ad similem in oratione perseverantiam, et promittit exauditionem. 23, 24.

VI°. *De re per orationem postulanda.*

I. Christus assumit, filio, necessaria aut utilia et salutaria postulanti, a patre non reddi inutilia aut noxia: 25, 26.

II. Infert, ex comparatione hominis cum Deo facta, ab hoc certe nihil minus exspectandum. 27 (1).

§ XXI. OBJURGATIONES PHARISÆIS ET LEGISPERITIS FACTÆ.

I°. *Objurgationes factæ Pharisæis*, ex occasione judicii contra Christum sine lotione convivantem lati: 1, 2.

I. Ob hypocrisin, quam Christus

1°. Exprobrat in munditia corporis curata, animæ neglecta; 3.
2°. Arguit et convincit stultitiæ; 4.
3°. Suadet eleemosynis emendari. 5.

II. Ob devotionem præposteram, in minimis superstitiosam, in majoribus legifragam: 6.

III. Ob ambitionem et proœdriæ studium: 7.

IV. Iterato ob hypocrisin, vel pravum exemplum aliis noxium. 8.

II°. *Objurgationes factæ legisperitis*, ex occasione oblocutionis ab uno illorum factæ: 9.

I. Ob rigorem indiscretum: 10.

II. Ob sanguinarium contra prædicatores odium et studium,

1°. Cum antecessoribus prophetarum occisoribus, commune; 11, 12.
2°. A Deo cum minis prædictum; 13.
3°. Ab eodem severissime puniendum. 14, 15.

III. Ob auctoritatis suæ abusum. 16.

(1) § XX,	1-4 :	L. x, 17-20.	
	5-7 :	— 21;	Mt. xi, 25, 26.
	8, 9 :	— 22;	— 27.
	10, 11 :	— 23, 24.	
	12-14 :	. . . . . .	— 28-30.
	15-27 :	xi, 1-13.	

III°. *Utrarumque eventus.* Pharisæi et legisperiti student

I. Christum reddere perplexum, injectis quæstionibus plurimis : 17.

II. Eumdem capere verborum insidiis. 18 (1).

§§ XXII, XXIII. MONITA IN POPULUM SPARSA

I°. *Circa vitandam Pharisæorum hypocrisin* : § XXII, 1-3. Vid. epoch. 3am, § V.

II°. *Circa deponendum timorem humanum, tenendum divinum, cavendam blasphemiam, et tolerandam animose persecutionem* : 4-12. Vid. ibid.

III°. *Circa cavendam avaritiam* : hujus moniti

I. Occasio est arbitrium de dividenda hæreditate Christo oblatum, ab eodem repudiatum : 13, 14.

II. Ratio assignatur inutilitas divitiarum ad vitam servandam : 15.

III. Confirmatio additur ex parabola divitis,

1°. De colligenda ubertate agrorum nimia solliciti; 16-18.

2°. Ex eadem annos vitæ plurimos et lætissimos sibi promittentis; 19.

3°. Contra spem stulte conceptam subito morientis. 20.

IV. Applicatio subjicitur. 21.

IV°. *Circa excludendam vanam temporalium sollicitudinem.* 22-31. Vid. epoch. 2am, § X.

V°. *Circa addendum perfectionis consilium*, quod

I. Suadetur, absterso timore, electis : 32.

II. Perficitur distributione bonorum venditorum in elemosynam, divitias ab interitu servaturam : 33.

III. Elevat animum ad cœlestia. 34 (2).

VI°. *Circa adhibendam ab omnibus vigilantiam*, et quidem

I. Respectu fidelium : assumpto servi symbolo, § XXIII.

1°. Enumerantur vigilantiæ partes; 1, 2.

2°. Proponitur præmium; 3, 4.

3°. Inculcatur obligatio, ob mortis incertitudinem et damnum alias secuturum irreparabile. 5, 6.

II. Respectu prælatorum :

1°. De quorum obligatione videtur Petrus dubius; 7.

(1) § XXI, 1-18 : L. XI, 37-54.

(2) § XXII, 1-34 : L. XII, 1-34.

2°. Ex quorum symbolo, cum œconomis facto, necessitatem vigilantiæ eruit Christus; 8.

3°. Ob quorum merita amplius promittitur præmium. 9, 10.

III. Respectu utrorumque : ad quorum negligentiam excutiendam repræsentantur,

1°. Sub symbolo œconomi nequam, prælatorum vitia et pœnæ; 11, 12.

2°. Sub symbolo servi pigri, fidelium majus aut minus peccatum et pœna respondens; 13, 14.

3°. Servata utrobique proportione inter acceptum et reddendum. 14.

VII°. *Circa tolerandas adversitates*, quæ

I. Destinante Deo immittuntur : 15.

II. Exoptante Christo in passione perferuntur : 16.

III. Exsurgente domesticorum circa fidem discordia sequuntur. 17-19.

VIII°. *Circa agnoscendam Messiæ præsentiam* : pro qua asserenda, non minus quam pro prædicendis naturalibus eventibus, adest fundamentum. 20-23.

IX°. *Circa reconciliationem cum inimicis faciendam.* 24, 25 (1).

§ XXIV. POENITENTIÆ NECESSITAS, SANATIO MULIERIS.

I°. *Pœnitentiæ necessitas*

I. Proposita,

1°. Occasione capta ex nuntio de Galilæis a Pilato interemptis; 1.

2°. Reflexione facta in horum et Hierosolymitanorum quorumdam oppressorum subitaneam in peccatis mortem; 2, 4.

3°. Morte simili prædicta, si pœnitentia non agatur. 3, 5.

II. Exposita per parabolam ficus

1°. Diu sterilis, et domini spem fallentis; 6.

2°. Diutius toleratæ, et rogatam excidii jam decreti dilationem obtinentis; 7, 8.

3°. Fertilitate non secuta, certo exscindendæ. 9.

II°. *Sanatio mulieris*

I. Facta,

1°, Die sabbati in synagoga; 10.

2°. Ab infirmitate gravissima et diuturna; 11.

3°. Motu Christi proprio, solo verbo, et manibus dein impositis : 12, 13.

II. Improbata ab archisynagogo, cum interdicto ad populum : 14.

(1) § XXIII, 1-25 : L. XII, 35-59.

III. Defensa a Christo,

1°. Argumento facto ex comparatione inter pecus et hominem instituta, et a minore ad majus procedente; 15, 16.

2°. Pudore adversariis injecto, et approbatione populi subsecuta. 17 (1).

§ XXV. CHRISTI ITINERANTIS MANSUETUDO ET PRÆDICTIO.

I°. *Mansuetudo*

I. Tentamini exposita, suscepto per Samariam itineris Hierosolymitani consilio : 1, 2.

II. Tentata prohibito a Samaritanis transitu : 3.

III. Ad vindictam incitata a Jacobo et Joanne : 4.

IV. Constans, et contestata tum prohibitione tum declarato suæ missionis scopo. 5, 6.

II°. *Prædictio*

I. De salvandorum paucitate, quæ

1°. Sollicitatur quæstione a quodam curioso; 7, 8.

2°. Affirmatur a Christo responsione indirecta; 9.

3°. Confirmatur inductione eorum etiam a cœlo exclusorum, qui Christi quidem erant discipuli, sed suæ salutis negligentes. 10-12.

II. De reprobandorum dolore,

1°. Ob separationem a patriarchis; 13.

2°. Ob extraneorum prælationem; 14.

3°. Ob abjectionem in ultimum locum. 15 (2).

SECTIO III.

HISTORIA CHRISTI A MENSE DECEMBRI USQUE AD INGRESSUM TRIUMPHALEM IN JERUSALEM.

§ XXVI. CONFESSIO DIVINITATIS CHRISTI IN TEMPLO

I°. *Postulata*,

I. Notatis die festo, hyemali tempore et templi statione : 1, 2.

II. Nominatis postulatoribus, et recitatis eorum verbis, fidei desiderium simulantibus. 3.

(1) § XXIV, 1-17 : L. XIII, 1-17.

(2) § XXV, 1-6 : L. IX, 51-56.
7-15 : XIII, 22-30.

II°. *Suspensa,* eo quod
  I. Christus confessionem hanc sæpius jam ediderit et operibus confirmaverit : 4.
  II. Judæi credere nolint ex maligno contra Christum animo : 5.
  III. Veri discipuli nihilominus credituri sunt, nulla vi incredulorum contra illos valitura. 6, 7.

III°. *Edita,* indicando
  I. Originem Christi esse a Patre : 8.
  II. Eamdem cum illo naturam. 9.

IV°. *Impugnata,* Judæis
  I. Ad lapides accurrentibus : 10.
  II. Christo ad opera divina provocanti humanam conditionem objicientibus. 11, 12.

V°. *Propugnata,*
  I. Argumento ex compellatione Dei tributa hominibus desumpto, et a minori ad majus arguente : 13, 14.
  II. Confirmatione addita ex operibus, et Patris ac Filii unitate in natura. 16, 17.
    * Judæis vim parantibus, Christus evadit. 18 (1).

§ XXVII. DIGRESSI EX HIEROSOLYMIS CHRISTI FACTA, NUNTIA, DICTA.

I°. *Facta :* Christus
  I. Stationem prædicationis figit trans Jordanem, in regione ubi primum Joannes baptizaverat : 1, 2.
  II. Populum confluentem docet pro more : 2.
  III. A multis, ob testimonia Joannis in ipso confirmata, fidem obtinet. 3, 4.

II°. *Nuntia*
  I. Allata a Pharisæis, de sanguinario Herodis contra Christum consilio : 5.
  II. Referenda ad Herodem,
    1°. De tenore agendi a Christo non omittendo ; 6.
    2°. De noto eidem tum tempore tum loco suæ mortis. 7.

III°. *Dicta*
  I. Querula, de Hierosolyma prophetarum hoste, et consiliis Christi reluctante : 8.

(1) § XXVI, 1-18 : J. x, 22-39.

II. Prænuntia, de urbe vastanda et gente incredula deserenda. 9 (1).

§ XXVIII. SERMONES CHRISTI CONVIVALES, HABITI AD PHARISÆI PRANDIUM IN SABBATO.

I°. *Sermo de sanatione sabbatina.*

I. Hydropico præsente, Christus ex Pharisæis et legisperitis quærit, num liceat curare in sabbato : 2, 3.

II. Tacentibus utrisque, Christus hominem curat et dimittit : 4.

III. Factum, comparatione pecudis in sabbato e puteo extractæ, legitimum probat, illis non ausis hiscere contra. 5, 6.

II°. *Sermo de primatu ordinis.* Christus, convivas hunc primatum captantes correcturus,

I. Monet occupare locum in convivio novissimum : 7, 8.

II. Dat pro ratione casus facile possibiles,

1°. Alterum ubi, adventante forsan digniore, descendendum foret cum dedecore ; 8, 9.

2°. Alterum quo, alibi se demittens, tanquam dignissimus ad locum summum sit cum gloria deducendus. 10.

III. Docet hinc, humilitati honorem, ambitioni dedecus obventurum. 11.

III°. *Sermo de fructu ex beneficiis sequente.* Christus monet hospitem,

I. Non paranda convivia amicis et divitibus, ne, vice ab his reddita, Deus reddat nihil : 12.

II. Paranda autem pauperibus, ut, his nihil reddentibus, retribuat Deus. 13, 14.

IV°. *Sermo de justa vocatorum exclusione.* Christus interrogatus de venturis ad cœlum, 15. respondet per parabolam : in hac

I. Quidam ad cœnam paratam invitat multos : 16, 17.

II. Invitati excusant omnes :

1°. Prior ob emptam et inspiciendam villam; 18.

2°. Alter ob emptos et probandos boves; 19.

3°. Posterior ob ductam uxorem. 20.

(1) § XXVII, 1, 2 : J. x, 40; Mr. x, 1.
2 : . . . . . — 1.
3, 4 : — 41, 42.
5-9 : . . . . L. xiii, 31-35.

III. Paterfamilias, acceptis his nuntiis, obvios quosque jubet advocari : 21.

IV. His sedes convivales necdum complentibus, accersiti undique alii ad convivium compelluntur : 22, 23.

V. Fertur sententia excludens omnes primo vocatos. 24 (1).

§ XXIX. PROBLEMATA DISCIPULIS CHRISTI VERIS NECESSARIA,

I°. *Enumerata a Christo in itinere.* 1.

I. Præferendus est Deus tum proxime junctis tum vitæ propriæ : 2.

II. Bajulanda est crux, et Christus sequendus. 3.

II°. *Illustrata parabolis*, quarum desumitur

I. Alia a sumptibus, ante ædificii molitionem præparandis, 4.

1°. Ne cœptum opus debeat suspendi; 5.

2°. Ne ædificanti illudatur. 5, 6.

II. Alia a numerando milite proprio, qui si copiis hostilibus sit minor, pax roganda est potius, quam bellum gerendum. 7, 8.

III°. *Aucta documentis*

I. De nuntio omnibus affectibus dando : 9.

II. De constantia in cœptis servanda. 10, 11 (2).

§ XXX. CONVERSATIO CHRISTI CUM PECCATORIBUS VINDICATA.

I°. *Vindiciæ Pharisæis, contra Christum cum peccatoribus familiariter agentem murmurantibus, oppositæ et per parabolas deductæ.* 1, 2.

II°. *Parabolæ exponentes effectum conversionis, seu gaudium ex hac resultans.*

I. Parabola de ove

Proposita : 3. pastor

1. Ovem perditam, omisso grege, quærit; 4.
2. Inventam gaudens humeris reportat; 5.
3. Congratulationem amicorum de hac sorte optat. 6.

II. Applicata : majus in cœlo gaudium de peccatore pœnitente quam de justis plurimis. 7.

(1) § XXVIII, 1-24 : L. XIV, 1-24.

(2) § XXIX, 1-11 : L. XIV, 25-35.

III. Parabola de drachma

1°. Proposita : mulier, decem drachmarum dives,

1. Unam amissam, lustrata domo tota, diligentissime quærit; 8.
2. De inventa gaudens, in lætitiæ societatem amicos vocat. 9.

2°. Applicata : gaudium in cœlo de peccatore pœnitente ingens. 10.

III°. *Parabola exponens causam conversionis, seu benignitatem patris erga filios, ætate et moribus differentes.* 11.

I. Benignitas patris cum filio juniore :

1°. Filius

1. Petit, accipit et dissipat portionem suæ hæreditatis; 12, 13.
2. Redactus ad incitas misere vivit; 14-16.
3. Agnoscit miseriam, ac consilium redeundi ad patrem, cum culpæ confessione, suscipit et exequitur. 17-20.

2°. Pater,

1. Obviam progressus et filium complexus, pœnitentem osculo excipit; 20, 21.
2. Stola prima, annulo et calceamentis eumdem induit; 22.
3. Lauto epulo reditum filii celebrat. 23, 24.

II. Benignitas patris cum filio seniore :

1°. Filius,

1. Ex agro redux, de nova in ædibus paternis lætitia servos interrogat; 25, 26.
2. Audita causa indignatus, lætitiæ adesse renuit; 27, 28.
3. Expostulat cum patre et conviciatur fratri. 29, 30.

2°. Pater declarat

1. Suum erga seniorem majoris beneplaciti affectum; 31.
2. Justam de junioris reditu lætandi causam. 32 (1).

§ XXXI. DIVITIARUM USUS IN ELEEMOSYNAM COMMENDATUS, ABUSUS AUTEM IN LUXUM REPROBATUS PER PARABOLAS.

I°. *De divitiarum usu commendato per parabolam villici iniqui.*

I. Species facti :

1°. Villicus, malæ administrationis accusatus, jubetur rationes reddere; 1, 2.

2°. Deliberat secum, quid ad vitam in posterum sustentandam factu opus; 3.

3°. Suscipit et exequitur consilium de remittenda debitoribus censuum domino solvendorum parte, et sic concilianda sibi eorum gratitudine; 4-7.

4°. Laudatur ob hanc industriam et ingenium. 8.

II. Corollaria :

1°. Benefica eleemosynarum largitione prospiciendum saluti æternæ. 9.

(1) § XXX, 1-32 : L. XV, 1-32.

2°. Recta divitiarum dispensatione, tanquam experimento, probandus spiritualium donorum usus; 10-12.

3°. Divitiarum studium insociabile cum cultu veræ religionis. 13.

III. Epicrisis

1°. Pharisæorum, qui tanquam avari spernunt doctrinam datam; 14.

2°. Christi, qui

1. Pharisæos ob hoc judicium et hypocrisin reprehendit; 15.

2. Doctrinam, tanquam Mosaica perfectiorem et eidem conformem, confirmat. 16, 17.

II°. *De divitiarum abusu reprobato per parabolam epulonis et Lazari.*

I. Narratio :

1°. Epulo luxui deditus; 18.

2°. Lazarus afflictus, egens et ab omnibus destitutus; 19, 20.

3°. Uterque mortuus, hic beatus, ille damnatus. 21.

II. Dialogus :

1°. Epulo Abrahamum compellat pro levamine aliquo per Lazarum impertiendo; 22, 23.

2°. Abraham denuntiat, utriusque sortem pro meritis commutatam; commercium nunc inter utrumque abscissum; 24, 25.

3°. Epulo rogat, emitti saltem Lazarum, tum ad nuntiandam suam damnationem, tum ad monendos fratres suos adhuc vivos, caverent sibi a pœna simili; 26, 27.

4°. Abraham tam postulationem, quam fratrum conversionem, secus ac epulo putabat, futuram negat, eo quod sufficiant, non tamen apud illos proficiant, lex et prophetæ. 28-30 (1).

§ XXXII. REGNUM ET ADVENTUS CHRISTI DUPLEX.

I°. ***Regnum gratiæ et adventus Christi primus.***

I. Interrogatus a Pharisæo Christus declarat, regnum hoc sine externo splendore, et Messiæ adventum sine regio apparatu fore; jamque illud cum gratia in cordibus, hunc in Judææ medio adesse : 1, 2.

II. Conversus idem ad discipulos prædicit tribulationis tempus, quo Christum, ut nunc se præbet, spectabilem optaturi sint; et monet cavere a pseudochristis diversimode apparituris. 3, 4.

II°. ***Regnum judicii et adventus Christi secundus.*** Designatur hic

I. Subitus et terrificus ad instar fulguris; 5.

(1) § XXXI, 1-30 : L. XVI, 1-17, 19-31.

II. Futurus primum post Christi mortem : 6.

III. Non exspectatus, sed inopinus

1°. Uti tempus diluvii ; 7-11.

2°. Uti epocha incendii Sodomitici : 12-14.

IV. Excipiendus sine adhæsione ad terrena : 15-17.

V. Facturus discrimen inter electos et reprobos : 18-21.

VI. Directurus beatos ad Christum. 22, 23 (1).

§ XXXIII. ORATIONIS ASSIDUITAS ET HUMILITAS COMMENDATA PARABOLIS.

I°. *Ad commendandam assiduitatem, parabola judicis et viduæ.* 1.

I. Narratio :

1°. Vidua judicem, nec Deum nec homines reveritum, diu multumque, sed frustra, sollicitat pro sua causa ; 2-4.

2°. Judex tandem, assiduitate et expostulatione precantis victus, decernit causam viduæ. 4, 5.

II. Applicatio :

1°. Christus, ad factum judicis provocans, declarat, Deum non minore promptitudine exauditurum preces electorum constantes ; 6, 7.

2°. Prædicit, judicium extremum venturum subito, fidem autem hoc tempore futuram raram. 8.

II°. *Ad commendandam humilitatem parabola Pharisæi et publicani.* 9.

I. Actio :

1°. Uterque templum accedit precaturus ; 10.

2°. Pharisæi oratio, arrogans in comparatione, temeraria in judicio, jactabunda in operum recensione ; 11, 12.

3°. Publicani preces humiles, in corporis compositione, actionis professione, et deprecationis expressione. 13.

II. Eventus : justificatio publicani humilitatem, reprobatio Pharisæi superbiam excipiens. 14 (2).

§ XXXIV. INDISSOLUBILITAS MATRIMONII, COMMENDATIO VIRGINITATIS.

I°. *Indissolubilitas matrimonii perpensa.* 1-3

I. Rationes dubitandi :

1°. Dantur plures causæ dimittendi uxorem ; 1.

2°. Viget data a Moyse tum permissio dimittendi uxorem, tum lex de libello repudii. 4.

(1) § XXXII,	1-6 :	L. XVII,	20-25.		
	7-11 :	—	26, 27;	Mt. XXIV,	37-39.
	12-14 :	—	28-30.		
	15-17 :	—	31-33.		
	18-21 :	—	34, 35;	—	40, 41.
	22, 23 :	—	36, 37.		

(2) § XXXIII, 1-14 : L. XVIII, 1-14.

II. Rationes decidendi :

1°. Institutio matrimonii primitiva inter unum et unam duntaxat; 5, 6.

2°. Societas mariti et uxoris prævalens reliquis omnibus; 7, 8.

3°. Unio inter utrumque arctissima et accedens ad unitatem; 7, 9, 10.

4°. Conjunctio hæc facta a Deo, haud subdita dissolutioni humanæ. 9, 11.

III. Responsio ad rationes dubitandi :

1°. Ratio dubitandi altera iterato producitur; 12.

2°. Respondetur, quod lex et permissio Mosaica habeat pro ratione duritiam cordis judaicam, antea autem non exstiterit aut valuerit. 13, 14.

IV. Decisio

1°. Promulgata ad populum : causa dissolvendi matrimonii quoad societatem est fornicatio sola, quoad vinculum nulla; 15, 16.

2°. Confirmata coram discipulis : peccat tum nubens sive repudians sive repudiata, tum ducens repudiatam. 17-19.

II°. *Commendatio virginitatis.*

I. Virginitas, ob matrimonii indissolubilitatem, colligitur esse melioris præ illo sortis : 20.

II. Eadem non æstimatur quidem nec colitur ab omnibus, reapse tamen est donum Dei : 21.

III. Consequens ad illam incapacitas matrimonii, quæ in aliis naturæ defectu aut hominum violentia oritur, in virginibus est liberæ electionis et cœlestis meriti. 22 (1).

§ XXXV. PARVULORUM CONDITIO BONA, ADOLESCENTIS DISPOSITIO VARIA, DIVITIARUM PERICULUM, PAUPERTATIS VOLUNTARIÆ PRÆMIUM.

I°. *Parvulorum conditio bona.* Christus

I. Parvulos sibi offerri sinit : 1-3.

II. Discipulos, conatum offerentium prohibere ausos, corripit : 2-6.

(1) § XXXIV,

1-3 :	Mt. XIX, 3;		Mr. X, 2, 3.		
1 :	—	3.			
4 :	. . . .		—	4.	
5, 6 :	—	4;	—	6.	
7, 8 :	—	5;	—	7.	
7, 9, 10 :	—	5, 6;	—	8.	
9, 11 :	—	6;	—	9.	
12 :	—	7.			
13, 14 :	—	8;	—	5.	
15, 16 :	—	9;	. . . . .		L. XVI, 18.
17-19 :	. . . . .		—	10-12.	
20-22 :	—	10-12.			

III. Parvulorum innocentiæ beatitudinem jam decretam, nec nisi illorum similibus hanc decernendum declarat : 4-8.

IV. Iisdem complexu et benedictione amorem contestatus abit. 9, 10.

II°. *Adolescentis dispositio varia.*

I. Fides illius de Christo

1°. Manifestata tanquam de homine sancto ; 11-13.

2°. Edocta et habenda ut de Deo. 14-16.

II. Cura salutis

1°. Prodita ab eo, per inquisitionem necessariorum ad salutem ; 11-13.

2°. Instructa, per designationem præceptorum observandorum; 14,17-19.

3°. Contestata, tum per observationem hanc præteritam, tum per præsentem animi comparationem ad plura præstanda. 20-22.

III. Studium perfectionis

1°. Eidem suasum, per vocationem ad paupertatem et Christi sequelam. 23-25.

2°. Ab illo neglectum, ob adhæsionem animi ad divitias. 26-28.

III°. *Divitiarum periculum.* Christus,

I. Occasione neglecti ab adolescente consilii, declarat divitum difficultatem in consequenda salute : 29-33.

II. Discipulis, ad hanc denuntiationem obstupescentibus, idem repetit et exaggerat : 34, 35.

III. Iisdem, impossibilitatem salutis hinc arguentibus, docet, rem quidem viribus humanis, non tamen divinis esse impossibilem. 36-41.

IV°. *Paupertatis voluntariæ præmium.*

I. Petrus, paupertatem et sequelam Christi a se et Apostolis adoptatam professus, quærit, quodnam præmium ipsis exspectandum : 42-44.

II. Christus respondens asseverat,

1°. Apostolos olim judices cum Christo constituendos; 45.

2°. Reliquos etiam Apostolorum imitatores in hac vita centuplum, in futuro beatitudinem recepturos; 46-50.

3°. Vices summorum et infimorum in hac vita, commutandas esse in altera. 51, 52 (1).

(1) § XXXV,	1-3 :	Mt. XIX, 13;	Mr. X, 13;	L. XVIII, 15.
	2-6 :	— 14;	— 13, 14;	— 15, 16.
	4-8 :	— 14;	— 14, 15;	— 16, 17.
	9, 10 :	— 15;	— 16.	
	11-13 :	— 16;	— 17;	— 18.
	14-16 :	— 17;	— 18;	— 19.
	14, 17-19 :	— 17, 19;	— 19;	— 20.
	20-22 :	— 20;	— 20;	— 21.

§ XXXVI. PARABOLA OPERARIORUM IN VINEA.

I°. *Operarii conducti*

I. Primo mane, pro denario diurno : 1, 2.

II. Hora tertia, sexta et nona otiosi adhuc alii, pro mercede justa indefinite : 3-5.

III. Hora undecima reprehensi ob otium, nulla mercedis facta mentione. 6, 7.

II°. *Mercede donati :*

I. Mercedis distributio

1°. Imperata œconomo a domino; 8.

2°. Facta, denario in singulos expenso; 9.

3°. Major exspectata ab operariis primo conductis. 10.

II. De mercede querela

1°. Mota ab operariis primis plus exspectantibus; 11, 12.

2°. Rejecta a patrefamilias, contra obtrectationem queruli, vindicante libertatem sui arbitrii, et justitiam. 13-15.

* Parabolæ epiphonema, de commutanda vocatorum sorte, et paucitate electorum. 16 (1).

§ XXXVII. PRÆDICTIO MORTIS CHRISTI TERTIA, PETITIO JACOBI ET JOANNIS.

I°. *Prædictio mortis*

I. Universim proposita,

1°. In itinere versus Hierosolymam suscepto, discipulisque seorsim vocatis et comitantibus; 1, 2.

2°. Loco passionis et complemento tum vaticiniorum tum figurarum indicatis. 3.

II. Speciatim exposita,

1°. Per vincula injicienda et sententiam mortis ferendam a Judæis; 4, 5.

§ XXXV,	23-25 :	—	21;	—	21;	—	22.
	26-28 :	—	22;	—	22;	—	23.
	29-33 :	—	23, 24;	—	23;	—	24, 25.
	34, 35 :	. . .	. . .	—	24, 25.		
	36-41 :	—	25, 26;	—	26, 27;	—	26, 27.
	42-44 :	—	27;	—	28;	—	28.
	45 :	—	28.				
	46-50 :	—	29;	—	29, 30;	—	29, 30.
	51, 52 :	—	30;	—	31.		

(1) § XXXVI, 1-16 : Mt. xx, 1-16.

2°. Per eamdem illusione, consputatione, flagellatione et crucifixione complendam a gentilibus; quam consequetur resurrectio. 6-9.

III. Non satis intellecta, nec considerata a discipulis. 10.

II°. *Petitio Jacobi et Joannis, pro obtinendis primis apud Christum dignitatibus,*

I. Proposita

1°. Per matrem primo, 11, 12.

2°. Dein per ipsos filios. 13-15.

II. Excepta a Christo

1°. Monente, nesciri ab illis, quid petant; 16, 17.

2°. Exigente tolerantiam martyrii, a postulatoribus mox condictam; 16-18.

3°. Confirmante futurum eorum martyrium; 18, 19.

4°. Adjiciente tamen, rem postulatam non pendere ab humano affectu, sed a divina electione. 19, 20.

III. Postulata ambitus a reliquis Apostolis : 21, 22.

IV. Assumpta a Christo ad statuendum discrimen inter dignitates hujus sæculi et sui regni : ubi

1°. Notat, in sæculo præesse potentiores, et qui præsunt exigere subditorum obsequia; 23, 24.

2°. Monet, in regno suo præcellentes ministrare, et prælatos necessitatibus omnium servire debere; 25-28.

3°. Docet, a se præstari id ipsum. 29, 30 (1).

§ XXXVIII. CÆCUS ILLUMINATUS, NUNTIUS DE LAZARI ÆGROTATIONE ALLATUS.

I°. *Cæcus sub Hierichuntis ingressum mendicans,* 1.

I. Discit ex prætereuntibus transitum Christi, ejusque opem inclamat : 2-4.

(1) § XXXVII,

1, 2 :	Mt. xx, 17;	Mr. x, 32.	
3 :	. . . . . .	. . . . . .	L. xviii, 31.
4, 5 :	— 18;	— 33.	
6-9 :	— 19;	— 34;	— 32, 33.
10 :	. . . . . .	. . . . . .	— 34.
11, 12 :	— 20, 21.		
13-15 :	. . . . . .	— 35-37.	
16, 17 :	— 22;	— 38.	
16-18 :	— 22;	— 38, 39.	
18, 19 :	— 23;	— 39.	
19, 20 :	— 23;	— 40.	
21, 22 :	— 24;	— 41.	
23, 24 :	— 25;	— 42.	
25-28 :	— 26, 27;	— 43, 44.	
29, 30 :	— 28;	— 45.	

II. Silere jussus ab iisdem, clamans altius, perstat in postulanda ope : 5.

III. Adductus coram, jubente Christo et interrogante quid vellet, petit visum : 6, 7.

IV. Recepto in fidei præmium visu, sequitur Christum et laudat Deum, populo collaudante. 8, 9.

* Notatur ingressus Christi in urbem. 10.

II°. *Nuntius ad Christum missus.* Hujus

I. Causa nata ex morbo Lazari, cujus sorores Martha et Maria, simulque postremæ actio characteristica notantur : 11, 12.

II. Missio curata a sororibus, significantibus duntaxat infirmitatem amati a Christo : 13.

III. Relatio accepta a Christo

1°. Cum dissimulatione periculi ; 14.

2°. Cum notatione amoris erga sorores ; 15.

3°. Cum commoratione continuata per biduum. 16 (1).

§ XXXIX. ZACHÆI CONVERSI HISTORIA, DECEM MNARUM PARABOLA.

I°. *Historia conversionis.*

I. Personæ intervenientes :

1°. Christus Hierichuntem obambulans ; 1.

2°. Zachæus publicanorum primarius et dives ; 2.

3°. Spectatores Christo indignantes. 3.

II. Occasio :

1°. Desiderium in Zachæo videndi Christi, sed impeditum ob brevitatem staturæ ; 4.

2°. Conscensus sycomori, tanquam medium usurpatum. 5.

III. Præparatio :

1°. Christus jubet, Zachæum descendere, seque excipere hospitio ; 6.

2°. Zachæus illico descendit, et Christum excipit cum gaudio. 7.

IV. Actio :

1°. Zachæus larga eleemosyna charitatem, et restitutione quadrupla justitiam exercet ; 8.

2°. Christus declarat salutem domui factam, Zachæum filium Abrahæ effectum, se in peccatorum salutem venisse. 9, 10.

(1) § XXXVIII, 1-9 : L. VIII, 35-43.
10 : Mr. X, 46.
11-16 : J. XI, 1-6.

II°. *Parabola decem mnarum,*

I. Spectans ad Christi adventum primum, ad refutandam opinionem de regia auctoritate a Christo adhuc mortali ostentanda : 11. exhibetur

1°. Vir nobilis, pro auctoramento dignitatis regio obtinendo, profectus in regionem dissitam; 12.

2°. Ante discessum committens servis singulis mnas pro negotiatione facienda; 13.

3°. Post discessum civibus exosus et repudiatus. 14.

II. Spectans ad Christi adventum secundum, et quidem

1°. Respectu servorum, hoc est fidelium, ad rationes reddendas evocatorum : 15. inter quos

1. Referens lucrum decuplum præficitur decem civitatibus; 16, 17.
2. Ostendens quintuplum præficitur quinque civitatibus; 18, 19.
3. Rediens sine lucro, et pro excusatione severitatem domini causatus, 20, 21.

α. Ex hac ipsa ratione arguitur damni domino illati reus; 22, 23.

β. Spoliatur mna sua, quæ primo lucratori adjicitur; 24, 25.

γ. Hujus pœnæ justitia fundatur in æquitate laboris et otii ad mercedem proportionati. 26.

2°. Respectu rebellium, hoc est Judæorum et infidelium, ad mortem damnatorum. 27 (1).

§ XL. ITER CHRISTI EX JERICHO IN JUDÆAM, MIRACULA IN CÆCIS SANATIS REPETITA.

I°. *Itineris suscepti*

I. Consilium

1°. Declaratur a Christo discipulis in via; 1, 2.

2°. Dissuasum ab iisdem ob mortis periculum; 3.

3°. Stabilitum a Christo, metum oppositum refutante ex certis vitæ suæ terminis. 4, 5.

II. Motivum

1°. Propositum sub specie excitandi a somno Lazari; 6.

2°. Improbatum a discipulis, tanquam hoc ipso minus necessarium; 7, 8.

3°. Aperte expositum de suscitando a morte Lazaro. 10.

III. Decretum, nomine omnium, a Thoma pronuntiatum. 11.

II°. *Illuminatio cæcorum duorum, sub egressum ex Jericho.* 12-17.

(1) § XXXIX, 1, 2 : L. XIX, 1, 2.
3 : — 7.
4-7 : — 3-6.
8-27 : — 8-27.

III°. ***Miraculum idem in Bartimæo, sub profectionem ab eadem urbe editum.*** 18-24 (1).

* Utrobique similis occurrit analysis, qualis habetur § XXXVIII præcedente.

§ XLI. HISTORIA SUSCITATI A MORTE LAZARI.

I°. ***Præcedentia.***

I. Adjuncta :

1°. Adventus Christi post quatriduum a morte Lazari; 1.
2°. Situs Bethaniæ; 2.
3°. Præsentia futurorum postea testium; 3.
4°. Egressus Marthæ obvius, statio Mariæ in ædibus. 4.

II. Colloquium Marthæ cum Christo :

1°. Martha contestatur suam animi persuasionem de Christi
  1. Tum benevolentia erga fratrem, eo præsente non moriturum; 5.
  2. Tum potentia apud Deum quodlibet exorandi. 6.
2°. Eadem, Christo futuram Lazari resurrectionem asserente, accipit dictum de resurrectione sub finem mundi. 7, 8.
3°. Christus declarat et credi postulat,
  1. Quod ipse sit auctor resurrectionis corporum, et vitæ animarum per fidem obtinendæ; 9.
  2. Quod vita hæc per fidem futura sit æterna et immortalis. 10.
4°. Martha profitetur, se et hoc credere, et jam credidisse, quod Christus sit filius Dei in mundum missus. 11.

III. Congressus Mariæ cum Christo :

1°. Martha clam monet Mariam de Christi appulsu; 12.
2°. Maria, illico surgens,
  1. Currit ad Jesum foras adhuc manentem; 13, 14.
  2. Habet sequaces, quasi ad sepulcrum Lazari comitaturos, Judæos consolatores; 15.
  3. Provoluta ad Christi pedes, communem cum Martha persuasionem testatur de ejusdem erga Lazarum benevolentia. 16.
3°. Jesus, plorantes Mariam et Judæos comites conspicatus,
  1. Commotus spiritu excitat in se compassionem; 17.
  2. Adduci postulat ad tumulum; 18.
  3. Collacrymatur. 19.
4°. Judæi, ex visis Christi lacrymis,
  1. Alii amorem illius colligunt; 20.
  2. Alii potentiam, in servanda Lazari vita non æque valentem, ac in restituendo cæci nati visu arguunt. 21.

(1) § XL, 1, 2 : L. XIX, 28; J. XI, 7.
3-11 : . . . . — 8-16.
12-17 : . . . . Mt. XX, 29-34.
18-24 : . . . . Mr. X, 46-52.

II°. *Concomitantia.*

I. Accessus ad sepulcrum, hujus forma, mandatum de submovendo sepulcrali lapide : 22, 23.

II. Remora facta per Martham, fœtorem sepulti causatam, sed, ut fidem habeat, monitam. 23, 24.

III. Oratio Christi, remoto lapide,

1°. Agentis grates Patri, de exauditis suis precibus; 25.

2°. Protestantis, hanc gratiam jam sæpius usurpatam; 26.

3°. Declarantis hæc a se dici, ad circumstantium fidem excitandam. 26.

IV. Miraculum resuscitationis,

1°. Christo jubente progressum Lazari; 27.

2°. Lazaro, ligato etiamnum, nihilominus prodeunte, postmodum ad jussa soluto. 28.

III°. *Consectaria.* Ex Judæis præsentibus

I. Multi ad fidem in Christum hoc miraculo adducti : 29.

II. Quidam profecti ad Pharisæos de hoc facto instruendos. 30 (1).

§ XLII. CONCILIUM ADVERSUS JESUM, CUM AFFECTU AD HOC SECUTO.

I°. *Concilium.*

I. Convocatio ejusdem et quæstio proposita, quid faciendum sit de Christo : 1.

II. Deliberationis pars Christo favens, proposita tanquam noxia genti Judaicæ : 2.

III. Suffragium Caiphæ pontificis

1°. Alios ignorantiæ et inconsiderantiæ arguit; 3.

2°. Christum, pro Judæorum incolumitate, morti tradendum decernit. 4.

* Adnotatio Evangelistæ

1. Sententiam Caiphæ agnoscit esse instinctum propheticum pontifici datum; 5.

2. Salutem ex morte Christi emanaturam ostendit, non tantum ad Judæos, sed ad dispersos in orbe electos. 6.

3°. Decisio capta de Christo occidendo. 7.

II°. *Effectus secutus*

I. Ex parte Christi, qui publicum declinat, et secedit in Ephrem : 8.

II. Ex parte populi, qui, ante Pascha Hierosolymam ad sanctificationem confluens, curiose exspectat, an Christus sit venturus : 9, 10.

(1) § XLI, 1-30 : J. XI, 17-46.

III. Ex parte pontificum et seniorum, qui mandatum dant de Christi adventu, si is contigerit, indicando. 10 (1).

§ XLIII. FACTA SUB CHRISTI ADVENTUM IN BETHANIA.

I°. *Cœna*

I. Parata Christo, ante Pascha appulso : 1.

II. Instructa in domo Simonis leprosi : 2, 3.

III. Notata Marthæ ministerio et Lazari accubitu. 4.

II°. *Unctio convivalis, adornata a Magdalena, impensa Christi pedibus et capiti, diffusa odore per totam domum.* 3, 5, 6.

III°. *Crisis de eadem*

I. Maligna,

1°. Discipulorum universim, hanc, tanquam prodigalem, inutilem, ac melius in pauperes erogandam, sugillans; 7-10.

2°. Judæ speciatim, simili ex argumento et animo furtis intento concepta. 11-13.

II. Benigna Christi,

1°. Prohibens molestiam fieri Magdalenæ a discipulis; 14-16.

2°. Defendens unctionem

1. Ab inutilitate, cum opus sit bonum; 15-16.

2. Ab importunitate, cum semper futura sit occasio benefaciendi pauperibus, non item Christo; 17-19.

3. A superfluitate, cum prævenire debuerit unctio vivi, quæ mortuo impendi nequeat. 17, 20, 21.

3°. Prædicens memoriam hujus beneficii olim in Ecclesia celebrandam. 22, 23.

IV°. *Consilium advenarum in Bethaniam*

I. Popularium curiosum videndi Lazarum; 24.

II. Sacerdotum insidiosum occidendi etiam eumdem. 25, 26 (2).

(1) § XLII, 1-10 : J. xi, 47-56.

(2) § XLIII,

1 :	J. xii, 1.		
2, 3 :	. . . .	Mt. xxvi, 6;	Mr. xiv, 3.
4 :	— 2.		
3, 5, 6 :	— 3;	— 7;	— 3
7-10 :	. . . . .	— 8, 9;	— 4, 5.
11-13 :	— 4-6.		
14-16 :	— 7;	— 10;	— 6.
15, 16 :	. . . . .	— 10;	— 6.
17-19 :	— 8;	— 11;	— 7.
14, 20, 21 :	— 7;	— 12;	— 8.
22, 23 :	. . . . .	— 13;	— 9.
24-26 :	— 9-11.		

EPOCHA QUINTA.

VITA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI A TRIUMPHALI IN JERUSALEM INGRESSU USQUE AD ASCENSIONEM IN COELUM.

SECTIO I.

HISTORIA CHRISTI A TRIUMPHALI IN JERUSALEM INGRESSU USQUE AD EGRESSUM AD HORTUM GETHSEMANI.

§ I. TRIUMPHALIS IN HIEROSOLYMAM CHRISTI INGRESSUS.

I°. *Apparatus ad profectionem*

I. Imperatus a Christo,

1°. Notato tempore et loco; 1-3.

2°. Missis in castellum duobus discipulis; 1-6.

3°. Prædicta asinæ et pulli inventione; 4-6.

4°. Mandata illius adductione, et ad dominum obstiturum responsione. 4-9.

* Prophetia ad hoc factum pertinens. 10, 11.

II. Executioni datus a discipulis,

1°. Euntibus ad designatum locum; 12-14.

2°. Reperientibus asinam et solventibus; 13-15.

3°. Reddentibus, ad factam interrogationem, responsum ex præscripta formula; 15-18.

4°. Adducentibus asinam cum pullo ad Christum. 19-22.

III. Amplificatus

1°. A populi occursu, cum palmarum ramis et acclamationis lætitia; 23, 24.

2°. A vestimentis asello instratis et Christo suppositis; 19-21.

3°. A prophetæ vaticinio, tunc quidem nondum, sed post Christi ascensionem a discipulis intellecto. 22, 25, 26.

II°. *Profectio ad urbem*

I. Celebrata

1°. Ab aliis vestimenta, aliis ramos arborum in via sternentibus; 27-29.

2°. A discipulis ob miracula Deum laudantibus, et Messiæ acclamantibus; 30, 31.

3°. A turmis præviis et subsequentibus, Messiæque regno benedicentibus; 32-34.

4°. A populo, ob miraculum Lazari suscitati auditum, obviam facto. 35, 36.

II. Interpolata

1°. A Pharisæis,

1. Dolentibus de frustrato suo consilio; 37.
2. Postulantibus a Christo reprehensionem discipulorum; 38.
3. Correctis ab eodem nuntiante, hanc gloriam sibi vel a lapidibus alias reddendam; 39.

2°. A Christo,

1. Flente super civitatem; 40.
2. Optante, ut vel nunc urbs resipiscat; 41.
3. Prædicente urbis excidium, ob tempus gratiæ neglectum. 42, 43.

III°. *Appulsus in urbe,*

I. Conjunctus cum Hierosolymitarum stupore : 44, 45.

II. Comitatus patratis in templo miraculis : 46.

III. Exceptus a sacerdotibus et scribis cum indignatione, ob acclamationem puerorum a Christo vindicatam: 47, 48.

IV. Commutatus sub vesperam cum reditu in Bethaniam. 49, 50 (1).

§ II. FACTA ET DICTA CHRISTI, DIE POST INGRESSUM ALTERA,

I°. *Spectantia ad reprobationem Judæorum.*

I. Symbolum reprobationis :

1°. Christus, in via ex Bethania Hierosolymam versus, esuriens ficus quærit ex arbore ; 1-4.

2°. Nullas, ob temporis importunitatem, in ea reperit; 2, 4.

3°. Eidem maledicit, et maledicto arborem arescere facit. 2, 5.

(1) § I,

1-3 :	Mt. xxi, 1;	Mr. xi, 1;	L. xix, 29.	
1-6 :	— 1, 2;	— 1, 2;	— 29, 30.	
4-6 :	— 2;	— 2;	— 30.	
4-9 :	— 2, 3;	— 2, 3;	— 30, 31.	
10, 11 :	— 4, 5.			
12-14 :	— 6;	— 4;	— 32.	
13-15 :		— 4;	— 32, 33.	
15-18 :		— 5, 6;	— 33, 34.	
19-22 :	— 7;	— 7;	35;	J. xii, 14.
23, 24 :				— 12, 13.
19-21 :	— 7;	— 7;	— 35.	
22, 25, 26 :				— 14-16.
27-29 :	— 8;	— 8;	— 36.	
30, 31 :			— 37, 38.	
32-34 :	— 9;	— 9, 10		
35, 36 :				— 17, 18.
37 :				— 19.
38-43 :			— 39-44.	
44-48 :	— 10, 11, 14-16.			
49, 50 :	— 17;	— 11.		

II. Figura ejusdem historica :

1°. Christus ingressus templum, offendit in eo vendentes et ementes; 6, 7.

2°. Disturbat eorum stationes, et prohibet negotiosum transitum per templum; 6-9.

3°. Exprobrat iisdem templi profanationem; 10-12.

4°. Continuat docere in templo, sacerdotibus iram et insidias molientibus, sed frustra, ob populi adhæsionem ad Christum. 13-15.

II°. *Spectantia ad vocationem gentium.*

I. Gentiles quidam Christum videre cupiunt : 16, 17.

II. Eorum desiderium, interventu Philippi et Andreæ, defertur ad Christum : 18.

III. Ad hanc delationem Christus prædicit,

1°. Tempus fidei ad gentes ferendæ jam esse proximum; 19.

2°. Fructum tamen non sperandum, nisi per et post suam mortem; 20, 21.

3°. Ad hunc obtinendum opus fore contemptu vitæ heroico; 21.

4°. Fortitudinem hujusmodi honorandam esse præmio. 22.

III°. *Spectantia ad Christi passionem,*

I. Conjunctam cum horrore mortis prævio, sed mox generose abjecto : 23.

II. Directam a Christo ad gloriam Dei, et a Deo ad gloriam Christi, testante hoc voce cœlesti : 24. vox hæc

1°. Ab audientium aliis pro tonitru, ab aliis pro angelica locutione habetur; 25.

2°. A Christo propter circumstantes edita docetur; 26,

III. Allaturam, ob suam in cruce mortem, mundo libertatem, diabolo exterminium, omnibus ad Deum accessum : 27-29.

IV°. Reprobatam a Judæis, velut pugnantem cum vaticiniis de Messia. 30.

* Responsi loco, Christus hortatur ad bonum modici adhuc temporis residui usum, fidemque amplectandam : tandem abit. 31, 32.

V°. *Spectantia ad fidei professionem.*

I. Duplex circa hanc Judæorum defectus :

1°. Alter in plerisque, excæcatio mentis et duritia cordis, prædicta ab Isaia; 33-37.

2°. Alter in quibusdam, fides cordis sine professione oris, ob metum et respectum humanum. 38, 39.

II. Adhortatio Christi ad correctionem utriusque :

1°. Motiva contra posteriorem :

1. Quia fides æque ac visio Christi est ex objecto divina; 40, 41.

2. Quia veritas a Christo est proposita, ut professio illius sit publica. 42.

2°. Motiva contra priorem : quia, licet Christus mortalis neminem damnaturus venerit, 43. tamen in mundi fine

1. Et judex erit qui condemnet incredulos; 44.
2. Et veritas a Christo prædicata eos damnabit. 44.

3°. Motiva contra utrumque : quia doctrina Christi

1. Est mandata a Deo; 45.
2. Est causa vitæ æternæ; 46.
3. Est Patris, seu divina. 46.

* Christus egreditur e civitate. 47 (1).

§ III (2). DOCUMENTA A CHRISTO EDITA

I°. *Sub aditum in urbem.*

I. Occasio sumpta ex ficulnea arefacta, 1, 2.

1°. Discipulis fatum arboris mirantibus; 3.
2°. Petro illud considerandum proponente. 4.

II. Documentum primum a Christo datum

1°. De fidei potentia thaumaturga; 5-7.
2°. De requisita simul firmæ fiduciæ conditione. 5, 7.

III. Documentum secundum

1°. De orationis cum fide conjunctæ exauditione certa; 8, 9.
2°. De necessaria remittendæ prius offensæ conditione. 10, 11.

II°. *Sub adventum in templum.*

I. Quæstio a sacerdotibus Christo proponitur, qua auctoritate munus docendi usurpet : 12-16.

II. Responsio Christi indirecta redditur, et per quæstionem de Joannis baptizantis auctoritate oppositam implicatur, 17-22.

III. Hæsitant sacerdotes, resolutionem dare timentes, ob incommodum ex utraque responsionis parte in se derivandum : 18, 23-27.

(1) § II,

1-4 :	Mt. xxi, 18, 19;	Mr. xi, 12, 13.	
2, 4 :	— 19;	— 13.	
2, 5 :	— 19;	— 14.	
6, 7 :	— 12;	— 15.	
6-9 :	— 12;	— 15, 16;	L. xix, 45.
10-12 :	— 13;	— 17;	— 46.
13-15 :	. . . . .	— 18;	— 47, 48.
16-46 :	. . . . .	. . . . .	. . . . . J. xii, 20-50.
47 :	. . . . .	— 19.	

(2) Sequentes octo paragraphi dicta et facta Christi sub diem tertium ab ingressu in Jerusalem continent (*Kilber*).

IV. Simulant in responso ignorantiam, quid de Joannis auctoritate sit dicendum : 28-30.

V. Christus reciproce recusat dare responsum de auctoritate sua. 28, 29, 31 (1).

§ IV. PARABOLÆ EXPONENTES JUDÆORUM DELICTA ET REPROBATIONEM.

I°. *Parabola de duobus filiis, directa ad Pharisæos.*

I. Narratio exhibens filiorum

1°. Alterum negantem patri obsequium, mox tamen pœnitentia ductum et jussa facientem ; 1, 2.

2°. Alterum verbis obsequia addicentem, reipsa tamen nihil præstantem. 3.

II. Judicium laudem obedientiæ tribuens priori præ posteriore : 4.

III. Applicatio statuens, publicanos et meretrices esse Pharisæis præferendos, ob pœnitentiam ad Joannis minas ab illis susceptam, ab his omissam. 4, 5.

II°. *Parabola de vineæ locatæ colonis, dicta ad plebem.*

I. Narratio exhibens

1°. Vineam optime instructam et locatam colonis; 6-8.

2°. Servos, quatuor diversis vicibus, pro exigendis vineæ fructibus, a domino missos; sed a colonis vel repulsos, vel vulneratos, vel occisos; 9-18.

3°. A domino vineæ, pro obtinendis fructibus, missum tandem filium unigenitum ; 19-21.

4°. A colonis, sub spe hæreditatis capiendæ, et hunc domini filium occisum. 22-27.

II. Judicium de hoc casu

1°. Postulatum a Christo; 27-29.

(1) § III,	1, 2 :	Mt. xxi, 19;	Mr. xi, 20.	
	3 :	— 20.		
	4 :	. . . . . .	— 21.	
	5-7 :	— 21;	— 22, 23.	
	5, 7 :	— 21;	— 23.	
	8, 9 :	— 22;	— 24.	
	10, 11 :	. . . . . .	— 25, 26.	
	12-16 :	— 23;	— 27, 28;	L. xx, 1, 2
	17-22 :	— 24, 25;	— 29, 30;	— 3, 4.
	18, 23-27 :	— 25, 26;	— 31, 32;	— 5, 6.
	28-30 :	— 27;	— 33;	— 7.
	28, 29, 31 :	— 27;	— 33;	— 8.

2°. Datum a Judæis, et colonorum mortem æque ac vineæ ad alios translationem decernens; 30.

3°. Approbatum a Christo, sed a Judæis, quoad insinuatam ad ipsos applicationem, recusatum. 29, 31.

III. Applicatio, pertinens ad Judæos incredulos,

1°. Præsignata in Scriptura, lapidem ab architectis reprobatum fundamenti loco reponendum pronuntiante, et nunc impleta; 32-36.

2°. Facta a Christo, edicente

1. Religionem a Judæis ad gentes transferendam; 37.

2. Incredulos in hac et altera vita perituros; 38.

3°. Intellecta a sacerdotibus et Pharisæis pertinere ad se, indeque Christo insidiantibus, ac tandem discedentibus. 39-42.

III°. *Parabola de vocatis ad nuptias, pertinens ad omnes.* 43, 44.

I. Convivarum invitatio

1°. Prima, a vocatis neglecta; 45.

2°. Altera, partim neglecta, partim contumeliis vel occisione servorum ferociter repulsa; 46-48.

3°. Tertia, commutata in vocatorum internecionem, et excidium urbium illis propriarum. 49.

II. Collectio designata,

1°. Exclusis, et velut indignis declaratis, prioribus; 50.

2°. Adductis undequaque et quciscumque, sive malis sive bonis. 51, 52.

III. Discretio

1°. Cœpta per lustrationem discumbentium; 53.

2°. Promota per examen destituti veste nuptiali; 53, 54.

3°. Completa per sententiam, contra indignum hunc obmutescentem latam. 55.

* Adjectio de multis vocatis, paucis vero electis. 56 (1).

(1) § IV,

1-5 :	Mt. xxi,	28-32.					
6-8 :	—	33;	Mr. xii,	1;	L. xx,	9.
9-18 :	—	34-36;	—	2-5;	—	10-12.
19-21 :	—	37;	—	6;	—	13.
22-27 :	—	38, 39;	—	7, 8;	—	14, 15.
27-29 :	—	40;	—	9;	—	15.
30 :	—	41.				
29, 31 :	. . .	. . .	—	9;	—	16.
32-36 :	—	42;	—	10, 11;	—	17, 18.
37, 38 :	—	43, 44.				
39-42 :	—	45, 46;	—	12;	—	19.
43-56 :	Mt. xxii,	1-14.				

§ V. CAPTIOSÆ JUDÆORUM QUÆSTIONES SAPIENTIBUS CHRISTI RESPONSIS DISSOLUTÆ.

I°. *Periclitatio prima Pharisæorum.*

I. Pharisæi, consilio inito capiendi Christum in sermone, 1.

1°. Subornant ex discipulis suis et Herodianis insidiosos percunctatores ; 2-4.

2°. Ad malitiam tegendam, præmittunt adulatoriam laudem ; 2, 5, 6.

3°. Petunt declaratoriam sententiam, num Judæis liceat dare Cæsari censum. 5, 7, 8.

II. Christus, cognita eorum nequitia et reprehensa hypocrisi, 9-11.

1°. Jubet, ostendi numisma census ; 10, 12, 13.

2°. Quærit, quanam ostensus sibi nummus imagine sit signatus; 13-15.

3°. Accepto de Cæsaris imagine responso, jubet dari Cæsari, quæ Cæsaris, et Deo, quæ Dei sunt. 13, 15-18.

III. Exploratores agnoscunt rectitudinem responsi, mirati tacent et recedunt, 17, 19, 20.

II°. *Periclitatio altera Sadducæorum.*

I. Sadducæorum quidam, Christum tentaturi, 21-23.

1°. Præmittunt legem Moysis de leviratu ; 24-26.

2°. Proponunt casum de uxore, ex legis hujus præscripto, septem fratribus per successivas vices conjugata ; 27-34.

3°. Quærunt, cuinam eorum uxor eadem mortua olim post resurrectionem sit jungenda. 35-39.

II. Christus, arguens eorum circa Scripturas et divina ignorantiam, 40, 41.

1°. Ostendit, casum non pertinere ad legem, eo quod resurrectionis filii, utpote Angelis similes nec morti obnoxii, conjugio non sint usuri ; 42-46.

2°. Probat resurrectionem, ex titulo Dei Abraham, Isaac et Jacob usurpato, et conveniente cum Deo, non ratione mortuorum, sed viventium. 47-52.

III. Ex circumstantibus

1°. Legisperiti laudant responsum ; 53.

2°. Turbæ mirantur doctrinam ; 54.

3°. Sadducæi nil audent interrogare amplius. 55.

III°. *Periclitatio tertia legisperiti.*

I. Pharisæis rursus consilium ineuntibus, 56. eorum unus, legisperitus et probator responsi a Christo dati,

1°. Captat novum sapientiæ Christi experimentum ; 57, 58.

2°. Quærit de præcipuo legis mandato. 58, 59.

II. Christus respondens

1°. Recitat ex lege mandatum de diligendo Deo ; 60-63.

2°. Subjungit mox mandatum de diligendo proximo ; 64 , 65.

3°. Addit tandem, duobus his mandatis contineri summatim omnia. 66.

III. Approbatur

1°. Tum a legisperito solutio Christi et utriusque mandati æquitas ac præstantia ; 67, 68.

2°. Tum a Christo legisperiti prudentia , et proxima animi ad evangelium dispositio. 69 (1).

§ VI. QUÆSTIO , MONITA , VÆ , COMMINATIONES , OBLATIO.

I°. *Quæstio de filiatione Messiæ*

I. Proposita a Christo Pharisæis congregatis : 1.

II. Soluta a Pharisæis, generationem solum humanam cogitantibus, et Davidem patrem assignantibus : 1.

III. Implexa dubio, ob Messiam Davidis dominum compellatum : 2–12.

IV. Excepta plebis gaudio , Pharisæorum autem silentio , et deposito interrogandi ausu. 13, 8.

(1) § V,	1 :	Mt. xxii, 15.		
	2-4 :	— 16;	Mr. xii, 13;	L. xx, 20.
	2, 5, 6 :	— 16;	— 14;	— 21.
	5, 7, 8 :	— 17;	— 14;	— 22.
	9-11 :	— 18;	— 15;	— 23.
	10, 12, 13 :	— 19;	— 15;	— 24.
	13-15 :	— 20;	— 16;	— 24.
	13, 15-18 :	— 21;	— 16, 17;	— 24, 25.
	17, 19, 20 :	— 22;	— 17;	— 26.
	21-23 :	— 23;	— 18;	— 27.
	24-26 :	— 24;	— 19;	— 28.
	27-34 :	— 25, 26;	— 20-22;	— 29-31.
	35-39 :	— 27, 28;	— 23;	— 32, 33.
	40, 41 :	— 29;	— 24.	
	42-46 :	— 30;	— 25;	— 34-36.
	47-52 :	— 31, 32;	— 26, 27;	— 37, 38.
	53 :	. . . . . .	. . . . . .	— 39.
	54 :	— 33.		
	55 :	. . . . . .	. . . . . .	— 40.
	56 :	— 34.		
	57, 58 :	— 35;	— 28.	
	58, 59 :	— 36;	— 28.	
	60-63 :	— 37, 38;	— 29, 30.	
	64, 65 :	— 39;	— 31.	
	66 :	— 40.		
	67, 68 :	. . . . . .	— 32, 33.	
	69 :	. . . . . .	— 34.	

II°. *Monita doctoribus observanda.*

I. Pro doctoribus legis :

1°. Obsequendum eorum auctoritati et doctrinæ ex officio datæ; 14-16.

2°. Abstinendum ab imitandis eorum operibus,

1. Ob facta dictis contraria ; 16.

2. Ob rigorem erga alios, et indulgentiam erga seipsos; 17.

3. Ob vanæ gloriæ studium : 18.

3°. Cavendum ab affecta eorumdem gravitate, 18.

1. Ob promicantem undique ambitionem; 19-24.

2. Ob latentem sub pietatis specie, et gravius puniendam emunctionem viduarum. 25, 26.

II. Pro doctoribus evangelii :

1°. Prohibetur, ne cum auctoritate usurpetur nomen magistri vel patris, quorum illud Christo, hoc Deo soli convenit; 27-29.

2°. Jubetur præpositus etiam servire inferioribus; 30.

3°. Prædicitur humilibus exaltatio, se exaltantibus humiliatio. 31.

III°. *Væ intentatum Pharisæis,*

I. Ob salutis impedimenta aliis posita : 32.

II. Ob tectam pietatis larva expressionem pecuniarum : 33.

III. Ob improbum proselytos faciendi studium : 34.

IV. Ob stultam et impiam juramentorum tum distinctionem tum relaxationem : 34-40.

V. Ob præposteram in parvis sollicitudinem, in magnis negligentiam : 41, 42.

VI. Ob hypocrisin exteriora curantem, interna negligentem : 43-46.

VII. Ob crudelem paterni contra prophetas odii imitationem. 47-49.

IV°. *Comminationes*

I. Factæ Judæis,

1°. Cum propositione judicii gehennæ; 50.

2°. Cum exprobratione violentiæ contra prophetas exercendæ; 51.

3°. Cum prædictione repetendæ pœnæ, propter omnem justorum sanguinem effusum. 52, 53.

II. Factæ Hierosolymis,

1°. Cum exprobratione persecutionis contra prophetas, et contumaciæ contra Deum vocantem; 54.

2°. Cum prædictione exterminii; 55.

3°. Cum designatione adventus secundi. 56.

V°. *Oblatio æris in gazophylacium,*

I. Observata a Christo e regione sedente : 57, 58.

II. Facta duorum minutorum a vidua : 59, 60.

III. Præposita reliquis aliorum donationibus : 61, 62.
IV. Vindicata, additis prærogativæ rationibus. 63, 64 (1).

§ VII. PRÆDICTIO ET PRÆNUNTIA DE EXCIDIO URBIS HIEROSOLYMÆ ET TEMPLI.

I°. *Prædictio de excidio templi Hierosolymitani.*

I. Occasio data per discipulos, sub Christi e templo egressum, firmitatem illius et ornatum indicantes et laudantes. 1-3.

II. Pronuntiatio a Christo edita de templo funditus exscindendo. 4-6.

II°. *Prænuntia hujus excidii.*

I. Occasio data

1°. Per accessum discipulorum ad Christum, in monte Oliveti ex adverso urbis considentem; 7, 8.

2°. Per propositam Christo quæstionem triplicem de tempore et signis excidii Hierosolymitani, adventus Christi, et consummationis sæculi. 7-10.

II. Enumeratio prænuntiorum edita, quæ sunt sequentia :

1°. Seductio a pseudochristis instans; 12-17.

2°. Seditiones, bella, hostilesque gentium ac regnorum conflictus; 18-23.

3°. Terræ motus, pestis, fames et portenta aerea; 19, 21, 24, 25.

4°. Persecutiones fidelium gravissimæ,

1. Ratione judiciorum et tormentorum; 26-29.
2. Ratione reorum omnino rudium, sed divina ope instruendorum; 30-32.
3. Ratione persecutorum etiam sanguine junctorum; 33-35.
4. Ratione odii flagrantis apud omnes, sine Dei tamen permissu nihil valentes; 26, 36-38.

5°. Apostasia multorum, a solis perseverantibus et patientibus declinanda; 36, 39-41.

6°. Prædicatio Evangelii per universum orbem sparsa. 42, 43.

(1) § VI,

1 :	Mt. xxii,	41.				
2-12 :	—	42-45;	Mr. xii,	35-37;	L. xx,	41-44.
13, 8 :	—	46;	—	37.		
14-18 :	xxiii,	1-5.				
19-24 :	—	6, 7;	—	38, 39;	—	45, 46.
25, 26 :	. . . .	. . . .	—	40;	—	47.
27-56 :	—	8-39.				
57, 58 :	. . . .	. . . .	—	41;	xxi,	1.
59, 60 :	. . . .	. . . .	—	42;	—	2.
61, 62 :	. . . .	. . . .	—	43;	—	3.
63, 64 :	. . . .	. . . .	—	44;	—	4.

III°. *Prædictio de excidio urbis Hierosolymitanæ.* Occurrunt hic

I. Obsidio, tanquam prænuntium propius : 44.

II. Profanatio templi, tanquam prænuntium proximum : 45, 46.

III. Fuga acceleranda a declinaturis perditionem : 46-53.

IV. Clades inaudita, ingens, atrox : 54-60.

V. Excidium fere internecinum. 61-63 (1).

§ VIII. PRÆNUNTIA ET PRÆDICTIO DE ALTERO CHRISTI ADVENTU.

I°. *Prænuntia de hoc adventu.*

I. Primum et propinquum : Antichristus

1°. Numero multiplex, et portentis ad seducendum valens; 1-4.

2°. Cavendus, ubicumque morari indicatus; 5-7.

3°. Diversus a Christo, fulguris instar adventuro et ministros justitiæ allaturo. 8, 9.

II. Sequentia et proxima :

1°. Astrorum ac virtutum cœlestium immutatio; 10-13.

2°. Populorum terricolarum perturbatio, et pavor futurorum ; 14.

3°. Signum crucis in cœlo apparens, et hominibus terrorem incutiens. 15.

II°. *Prædictio de eodem,*

I. Recensens circumstantias magnificas et coactum ab Angelis electorum cœtum : 15–19.

II. Afferens afflictis spem et solatium : 20.

III. Designans ex datis indiciis propinquitatem adventus, uti ex natis arborum foliis æstas propinqua dignoscitur : 21–27.

(1) § VII,

1-3 :	Mt. xxiv, 1;	Mr. xiii, 1;	L. xxi, 5.
4-6 :	— 2;	— 2;	— 6.
7, 8 :	— 3;	— 3.	
7-10 :	— 3;	— 3, 4;	— 7.
12-17 :	— 4, 5, 11;	— 5, 6;	— 8.
18-23 :	— 6, 7;	— 7, 8;	— 9, 10.
19, 21, 24, 25 :	— 7, 8;	— 8;	— 11.
26-29 :	— 9;	— 9;	— 12, 13.
30-32 :	. . . . . .	— 11;	— 14, 15.
33-35 :	— 10;	— 12;	— 16.
26, 36-38 :	— 9;	— 13;	— 17, 18.
30, 39-41 :	— 12, 13;	— 13;	— 19.
42-43 :	— 14;	— 10.	
44 :	. . . . . .	. . . . . .	— 20.
45, 46 :	— 15;	— 14.	
46-53 :	— 16-18;	— 14-16;	— 21, 22.
54-60 :	— 19-21;	— 17-19;	— 23.
61-63 :	— 22;	— 20;	— 24.

IV. Confirmans eventum rerum istarum certum, tempus tamen eventus incognitum. 28-35 (1).

§ IX. MONITA AD HUNC ADVENTUM PERTINENTIA.

I°. ***Monita proposita per modum corollariorum.***

I. Corollaria simul collecta : ob temporis hujus ignorantiam, est attendendum, vigilandum et orandum. 1, 2.

II. Corollaria eadem distincta ;

1°. Attente cavendum ab ebrietate et curis mundanis, ne dies illa repentina imparatos opprimat ; 5, 6.

2°. Continuo orandum, ne eadem homines liberatione et judicis gratia indignos inveniat ; 7.

3°. Pro more janitoris conducti est vigilandum, ne quocumque tempore ac subito ingruens offendat dormientes. 8-10.

4°. Omnibus est vigilandum. 11.

II°. ***Monita amplificata per parabolas.***

I. Parabola servi universæ domui præpositi : 12. hunc,

1°. Si fidelem in adimplendo officio Dominus ex improviso rediens deprehenderit, justo præmio decorabit ; 13, 14.

2°. Sin autem, pœna meritis digna afficiet. 15-18.

II. Parabola de decem virginibus paranymphis : 19.

1°. Earum quinque fatuæ, quinque prudentes, oleo ad lampades suas alendas illæ carentes, hæ abundantes ; 20-22.

2°. Utræque, tardante adventum sponso, dormitant et dormiunt ; 23.

3°. Excitatæ sub mediam noctem et sponso venienti occursuræ, 24, 25.

1. Fatuæ pro deficientibus jam lampadibus oleum a prudentibus postulant ; 26.

2. Prudentes, provide excusantes, easdem ad elæopolas ablegant ; 27.

4°. Appulso tandem sponso,

1. Prudentes præsentes et paratæ admittuntur ad nuptias ; 28.

2. Fatuæ, clauso jam ostio reduces, postulato frustra ingressu, rejiciuntur. 29, 30.

* Documentum : vigilandum itaque ob incertum et ignotum Domini advenientis tempus. 31.

(1) § VIII,

1-4 :	Mt. xxiv,	24, 25;	Mr. xiii,	22, 23.		
5-7 :	—	23, 26;	—	21.		
8, 9 :	—	27, 28.				
10-13 :	—	29;	—	24, 25;	L. xxi,	25.
14 :	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	—	26.
15 :	—	30.				
15-19 :	—	30, 31;	—	26, 27;	—	27.
20 :	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	—	28.
21-27 :	—	32, 33;	—	28, 29;	—	29-31.
28-35 :	—	34-36;	—	30-32;	—	32, 33.

III. Parabola de talentis :

1°. Dominus peregre profecturus variis servis varium talentorum numerum credit ; 32, 33.

2°. Servi duo pro crediti numero lucrum faciunt, tertius otiosum ac sterile talentum servat ; 34-36.

3°. Exactis a reduce Domino rationibus, 37.

1. Servorum prior, quinque talenta lucratus, laudatur et præmiatur; 38, 39.
2. Alter, duo lucratus, laudem similiter ac præmium congruum refert; 40, 41.
3. Postremus, pro otii excusatione severitatem Domini causatus, 42, 43.

α. Ex hac ipsa ratione arguitur reus ; 44, 45.

β. Spoliatur talento suo, quod primo servo adjiciendum jubetur et ostenditur ; 46, 47.

γ. Ejectus projicitur in tetrum carcerem. 48 (1).

§ X. JUDICII EXTREMI HISTORIA.

I° *Apparatus.*

I. Judex sedens pro tribunali : 1.

II. Judicandi congregati ad tribunal : 1.

III. Discreti pro meritis, boni ad dexteram, mali ad sinistram statuti. 23.

II°. *Judicium de bonis.*

I. Sententia evocans ad regnum cœleste ; 4.

II. Ratio sententiæ desumpta ex operibus misericordiæ exhibitis Christo : 5, 6.

III. Admiratio bonorum de judice opera hominibus præstita tanquam sibi facta pronuntiante : 7-9.

IV. Declaratio judicis, hæc opera a se acceptata profitentis : 10.

III°. *Judicium de malis.*

I. Sententia expellens in ignem æternum : 11.

II. Ratio sententiæ data ex operibus misericordiæ Christo negatis : 12, 13.

III. Excusatio malorum occasionem opera Christo exhibendi fuisse sibi negantium. 14.

(1) § IX, 1-4 : Mt. XXIV, 42-44; Mr. XIII, 33.
5-7 : . . . . L. XXI, 34-36.
8-11 : . . . . . . — 34-37.
12-48 : — 45-51, et XXV, 1-30.

IV. Declaratio judicis, opera hæc sibi in hominibus negata asserentis. 15.

IV°. *Executio sententiæ.* Ingressusm alorum in ignem æternum, justorum in vitam æternam. 16 (1).

§ XI. OCCUPATIONES VARIORUM, POSTREMIS ANTE PASSIONEM CHRISTI DIEBUS.

I°. *Occupatio Christi*

I. Quotidiana : diurna in templo prædicatio, cum populi primo jam mane accurrentis confluxu; nocturna in monte oliveti commoratio. 1, 2.

II. Pridiana :

1°. Finis impositus prædicationi ad populum; 3.

2°. Passio indicata instare postridie. 4.

II°. *Occupatio sacerdotum et scribarum.*

I. Intentio et studium perdendi Christum: 5-7.

II. Conventus ad Caipham coactus, et consilium dolo agendi susceptum: 8, 9.

III. Dies non festivus delectus ad facinus. 10, 11.

III°. *Occupatio Judæ.*

I. Insessus a Satana adit summos sacerdotes: 12-15.

II. Offert pro pretio proditionem Christi: 16.

III. Paciscitur cum iisdem pro triginta argenteis : 16-18.

IV. Exin proditionis occasionem circumspicit. 18–20 (2).

(1) § X, 1-16 : Mt. xxv, 31–46.

(2) § XI,	1-2 :	L. xxi, 37, 38.		
	3 :	. . . . . .	Mt. xxvi, 1.	
	4 :	. . . . . .	— 2.	
	5-7 :	xxii, 1, 2;	. . . . . .	Mr. xiv, 1.
	8, 9 :	. . . . . .	— 3, 4.	
	10, 11 :	. . . . . .	— 5;	— 2.
	12-15 :	— 3, 4;	— 14;	— 10.
	16 :	. . . . . .	— 15.	
	16-18 :	— 5;	— 15;	— 11.
	18-20 :	— 6;	— 16;	— 11.

§ XII, XIII. PRÆPARATIO ET COENA PASCHALIS (1), CUM PRÆAMBULIS AD INSTITUTIONEM EUCHARISTICAM.

I°. *Præparatio.*

I. Luna decima quarta illucescente,

1°. Discipuli petunt a Christo instrui, ubinam parandum sit paschæ; § XII, 1-3.

2°. Deliguntur ex his Petrus et Joannes; 4, 5.

3°. Idem repetentes prius postulatum, 6. instruuntur

1. De occursuro lagenæ bajulo; 5, 7.

2. De mandato ad domus hospitem ferendo; 8-10.

3. De paranda cœna legali. 11, 12.

II. Sub meridiem hi duo, appulsi in urbe,

1°. Experiuntur prædictionis veritatem; 13, 14.

2°. Exsequuntur mandatum apparatu paschali. 13-15.

II°. *Cœna paschalis*

I. Rite peracta,

1°. Christo cum Apostolis sub vesperam appulso; 16.

2°. Hora statuta cum iisdem cœnante. 17, 18.

II. Conclusa

1°. Declaratione Christi, qua significat, hunc agni paschalis esum tum sibi fuisse desideratissimum tum esse ultimum; 19, 20.

2°. Communicatione paschalis calicis cum discipulis; 21.

3°. Adjectione, potum hunc vini itidem ultimum declarante. 22, 23 (2).

III. Motiva instituendæ eucharistiæ :

1°. Amor Christi erga homines ex mortis propinquitate auctus; § XIII, 1.

2°. Instans, urgente Judam diabolo, passio et mors; 2.

3°. Conscia mentis notitia, de certo potestatis suæ effectu et missionis complemento. 3.

III°. *Lotio pedum.*

I. Apparatus ad eamdem : 4.

(1) De ultimo Christi paschate, cf. P. Patrizzi Dissert. 30, de Evangeliis lib. III, p. 498 et seqq.

(2) § XII,

1-3 :	L. XXII, 7;	Mt. XXVI. 17;	Mr. XIV, 12.
4, 5 :	— 8;	……	— 13.
6 :	— 9.		
5, 7 :	— 10;	……	— 13.
8-10 :	— 11;	— 18;	— 14.
11, 12 :	— 12;	……	— 15.
13, 14 :	— 13;	……	— 16.
13-15 :	— 13;	— 19;	— 16.
16 :	……	……	— 17.
17, 18 :	— 14;	— 20.	
19, 20 :	— 15, 16.		
21, 22 :	— 17, 18.		

II. Initium eidem datum : 5.

III. Interruptio ejusdem facta,

1°. Petro officium hoc ex humilitate deprecante ; 6.

2°. Christo id ob latens mysterium suadente ; 7.

3°. Illo gravius reluctante, hoc cum minis rem urgente. 8.

IV. Continuatio resumpta,

1°. Petro ad ampliora etiam paratum se offerente ; 9.

2°. Christo, quod sufficiebat, tantum acceptante, et conditionem præsentium generatim indicante. 10, 11.

V. Finis impositus. 12.

IV°. *Documentum humilitatis,*

I. Argumento a majore ad minus expositum : 13, 14.

II. Exemplo dato confirmatum : 15.

III. Parœmiali dicto illustratum : 16.

IV. Promissione felicitatis inculcatum. 17 (1).

§§ XIV, XV, XVI. INSTITUTIO EUCHARISTIÆ CUM PRÆDICTIONE PRODITIONIS GEMINA.

I°. *Prædictio proditionis prior*

I. Obscure insinuata, per restrictam Apostolorum felicitatem, et prophetiam huc relatam : § XIV, 1.

II. Studiose præmissa, ad ostendendam tum Christi omniscientiam, tum sceleris enormitatem : 2, 3.

III. Edita cum motu animi a loquente, et vulgato sceleris nomine : 4-6.

IV. Accepta ab Apostolis cum suspicione incerta, sed tristitia gravi : 7-9.

V. Declarata majore cum determinatione et ampliore certitudine, ac sub minis gravioribus : 10-13.

VI. Indicata tacite proditori ipsi. 14 (2).

II°. *Institutio eucharistiæ*

I. Pertinens ad panem :

1°. Actio qua Christus accipit, grates agit, consecrat, frangit, distribuit, ac comedendum hortatur ; § XV, 1-3.

(1) § XIII, 1-17 : J. XIII, 1-17.

(2) § XIV,	1-3 :	J. XIII, 18-20.		
	4-6 :	— 21;	Mt. XXVI, 21;	Mr. XIV, 18.
	7-9 :	— 22;	— 22;	— 19.
	10-13 :	....	— 23, 24;	— 20, 21.
	14 :	....	— 25.	

2°. Elocutio, enuntians corporis præsentiam et adhortans ad repetendum. 1-3.

II. Pertinens ad vinum :

1°. Actio, priora similiter et proportionate repetens, et subsequam mandati executionem referens ; 4-6.

2°. Elocutio, mysterium sanguinis cum novo fœdere nuntians, et ultimum hoc in mortali vita Christi convivium declarans. 6-10 (1).

III°. *Prædictio proditionis repetita et designatio proditoris.*

I. Prædictio proditionis, repetita

1°. Secundum denuntiationem obscuram ; § XVI, 1.

2°. Secundum futuritionis certitudinem et enormitatis insinuationem; 2,

3°. Secundum acceptationem, suspicione audientium comitatam. 3.

II. Designatio proditoris,

1°. Expiscanda Joanni a Petro nutibus commissa ; 4, 5.

2°. Postulata a Joanne, submissa voce Christum sollicitante; 6.

3°. Data a Christo Joanni,

1. Verbis signum intincti panis clam constituentibus ; 7.

2. Factis per hoc signum Judam indicantibus. 7.

III. Discessus Judæ,

1°. Diabolo obsessore urgente, Christo non jam amplius morante, susceptus ; 8.

2°. Nec quantum ad Christi verba, nec quantum ad finem intellectus; 9, 10.

3°. Cito sub noctem confectus. 11 (2).

§§ XVII, XVIII. PRÆNUNTIATIO CHRISTI DE MORTE SIBI PROXIMA, NUNTII HUJUS AB APOSTOLIS ACCEPTIO VARIA.

I°. *Prænuntiatio mortis*

I. Cum insinuatione gloriæ : cujus

1°. Causa meritoria est Christi mors ; § XVII, 1.

2°. Causa formalis seu executio est resurrectio et divinitatis manifestatio. 2.

II. Cum designatione temporis, pro Christo modici et brevis, pro Apostolis dissiti et longioris :

III. Cum commendatione amoris fraterni,

1°. Novo mandato imperati ; 4.

2°. Pro discipulatus charactere dati. 5.

(1) § XV,	1-3 : Mt. xxvi, 26;	Mr. xiv, 22;	L. xxii, 19.
	4-6 : — 27;	— 23;	— 20.
	6-10 : — 28, 29;	— 24, 25;	— 20.

(2) § XVI, 1-3 : L. xxii, 21-23.
4-11 : J. xiii, 23-30.

II°. *Contentio universalis Apostolorum de primatu,* 6.

I. Improbata a Christo,

1°. Dato inter sæculi et Ecclesiæ gubernationem discrimine; 7, 8.

2°. Proposito suo humilitatis et ministrationis exemplo. 9.

II. Composita ab eodem,

1°. Laudato omnium perseverandi studio; 10.

2°. Promissa iisdem præmii in cœlo æqualitate. 11, 12 (1).

III°. *Liberior Petri animositas varie a Christo excepta.*

I. Curiositas

1°. In perscrutando alieno rejicitur tanquam importuna; § XVIII, 1.

2°. In indagando proprio instruitur de machinatione adversa, cura favente Christi, officio olim reddendo. 2-4.

II. Præsumptio : hujus

1°. Occasio, Christi denuntiatio de futuro omnium scandalo, secutura tamen mox collectione; 5-8.

2°. Declaratio, Petri se excipientis oblocutio et ad mortem offerentis contestatio; 2, 9-11.

3°. Correctio, Christi prædictio de triplici Petri negatione. 12-15.

III. Contradictio præfidentior et scandalosa : 16, 17. huic ex opposito Christus

1°. Difficultatem instantis eventus et periculum depingit, ex comparatione instituta et memoria gladiorum facta; 18, 19.

2°. Vim ac violentiam inferendam denuntiat; 20.

3°. Apostolis arma ad defensionem parata respondentibus, abrumpit sermonem. 21 (2).

§§ XIX, XX, XXI, XXII. SERMO CHRISTI POST COENAM.

I°. *Sermonis pars paracletica,* qua Christus consolatur Apostolos,

I. Dissipando errores : quorum

1°. Primus, defectus fidei de divinitate Christi; § XIX, 1.

2°. Secundus, defectus spei de consequenda beatitudine; 2, 3.

3°. Tertius, defectus in cognitione

1. De œconomia Christi humana; 4-6.

2. De natura Christi gemina; 7-9.

(1) § XVII, 1-5 : J. XIII, 31-35.
6-12 : L. XXII, 24-30.

(2) § XVIII,

1 :	J. XIII, 36.				
2-4 :	— 37;	L. XXII, 31, 32.			
5-8 :	. . . . .	. . . . .	Mt. XXVI, 31, 32;	Mr. XIV, 27, 28.	
2, 9-11 :	— 37;	— 33;	— 33;	— 29.	
12-15 :	— 38;	— 34;	— 34;	— 30.	
16, 17 :	. . . . .	. . . . .	— 35;	— 31.	
18-21 :	. . . . .	— 35-38.			

3. De persona Christi divina, verbis et operibus contestata; 10-12.
4. De auctoritate Christi suprema. 13, 14.

II. Promittendo

1°. Spiritum sanctum, consolatorem fidelibus futurum, et speciali prærogativa apud eosdem permansurum; 15-17.
2°. Temporariam Christi cum Apostolis conversationem, etiam post resurrectionem; 18-20.
3°. Amicitiam Dei familiarem et communicationem, in præmium obedientis amoris; 21-24.
4°. Uberiorem a Spiritu Sancto instructionem. 25, 26.

III. Tranquillando Apostolos,

1°. Donata vera animi pace; 27.
2°. Sublata turbatione et formidine; 27.
3°. Commonstrata facilius ferendi discessum Christi ratione; 28.
4°. Proposita prædictionis utilitate. 29.
* Sermonis interpolatio, qua Christus, eodem momento Judam facinus cum Judæis apparantem conspicatus,
1. Dicit, sermonem contrahendum ob ingruentem jam propius diaboli aggressionem; 30.
2. Declarat, eventum non futurum ex arbitraria dæmonis potestate, sed ex amore Christi mandato paterno obedientis; 31.
3. Monet surgere et parari abitum. 31 (1).

II°. *Sermonis pars parænetica,* qua Christus hortatur Apostolos

I. Ad unionem cum Christo:

1°. Proponendo symbola vitis, vinitoris et palmitum, cum postremorum qualitatibus; § XX, 1, 2.
2°. Applicando symbola, et docendo
1. Quod Apostolis, tanquam a peccato mundis, opus non sit putatione; 3.
2. Quod iisdem tamen necessaria sit unio cum Christo, sine qua fructus non est sperandus, sed excidium timendum; 4-6.
3. Quod ex hac unione votorum impetratio et fructuum ubertas apud illos sit secutura, ad Dei gloriam. 7, 8.

II. Ad perseverantiam in charitate:

1°. Ostendendo exemplum, modum et effectum amoris erga Deum; 9-11.
2°. Præscribendo amoris erga proximum mensuram, a Christi amore desumptam; 12, 13.
3°. Contestando Apostolis amicitiam, eamque probando ex consiliorum communicatione; 14, 15.
4°. Significando gratuitam eorum ad apostolatum electionem, et hinc charitatem erga proximum urgendo. 16, 17.

III. Ad fortitudinem in persecutionibus:

1°. Proponendo illas velut consectarias ad separationem a mundo et discipulatum Christi; 18-20.

(1) § XIX, 1-31 : J. XIV, 1-31.

2°. Declarando easdem profectas ex ignorantia, non tamen inculpabili ob Christi præsentiam; 21, 22.

3°. Detegendo eas ortas ex cæco et obstinato contra Christum odio; 23-25.

4°. Indicando in iisdem occasionem testimonii, a Spiritu Sancto et Apostolis de Christo reddendi; 25, 27 (1).

5°. Prædicendo earum certitudinem, et prædictionis rationem reddendo. § XXI, 1-4.

III°. *Sermonis pars exegetica,* qua Christus Apostolis, ob tristitiam interrogare non ausis, 5, 6. exponit

I. Causas sui discessus: sunt autem hæc,

1°. Quod discessus hic sit conditio prærequisita ad adventum Spiritus Sancti; 7.

2°. Quod post discessum mundus a Spiritu Sancto sit convincendus de peccato, justitia et judicio; 8-11.

3°. Quod ante discessum desit Apostolis virtus ferendi omnia mysteria, revelanda a Spiritu Sancto. 12.

* Huic Spiritui conciliatur auctoritas,

1. Ex veracitate et cognitione futurorum; 13.

2. Ex ejus processione a Filio; 14.

3. Ex spiratione Filii communi cum Patre. 15.

II. Effectus sui discessus et instantis reditus: hujus expositionis

1°. Occasionem dat denuntiatio Christi de sui visione mox neganda, et rursus concedenda; 16.

2°. Opportunitatem suggerit inquisitio Apostolorum in sensum dicti intelligendum; 17, 18.

3°. Declarationem facit responsum Christi ad resumptam quæstionem, assignans effectum quidem discessus fore tristitiam, reditus autem lætitiam; 19, 20.

4°. Illustrationem offert adjecta similitudo mulieris, ante partum tristis, post illum lætæ. 21, 22.

III. Sortem circa Apostolos variantem,

1°. In obtinendis postulatis, quam gratiam, ob omissam adhuc postulationem, non senserant; 23, 24.

2°. In accipiendis instructionibus plenis et claris, antea obscurius datis; 25.

3°. In exaudiendis votis, non jam ob preces Christi alias præsentis, sed ultro, et ob fidem Apostolorum de divina Christi missione, a Patre concedendis; 26-28.

4°. In intelligendis Christi sermonibus, confessione Apostolorum nunc planis, antea tectis et obscuris; 29, 30.

5°. In profitenda fide, nunc palam edita, mox dissimulanda; 31, 32.

6°. In experiunda a Christo pace, a mundo afflictione. 33 (2).

(1) § XX, 1-27 : J. xv, 1-27.

(2) § XXI, 1-33 : J. xvi, 1-33.

IV°. *Sermonis clausula deprecatoria* Christi ad Patrem

I. Pro se, petendo glorificationem sui et exaltationem nominis, § XXII.

1°. Ob gloriam hinc ad Patrem redundaturam; 1.

2°. Ob beatitudinem, media Dei et Christi cognitione, conferendam hominibus; 2, 3.

3°. Ob meritum humanæ, et debitum divinæ naturæ. 4, 5.

II. Pro Apostolis,

1°. Assignando pro precum exaudiendarum motivis,

1. Factam Apostolorum a Patre electionem; 6.
2. Perfectam illorum cum divina intentione conformationem; 7, 8.
3. Sejunctionem eorumdem a mundo, et adhæsionem ad Deum; 9, 10.

2°. Postulando dona Apostolis sub Christi absentiam conferenda: ea sunt

1. Unitas doctrinæ ac spiritus; 11.
2. Perseverantia in statu gratiæ, usque ad initium gloriæ; 12, 13.
3. Immunitas a contaminatione mundana; 14-16.
4. Fideie exercitium prædicationis apostolicæ. 17-19.

III. Pro credituris in Christum, petendo 20.

1°. Unitatem fidei et charitatis, 21.

1. Perfectam et divinæ æmulam; 22.
2. Consummatam et amoris divini indicem; 23.

2°. Communicationem beatitudinis,

1. Ad manifestandam Christi gloriam; 24.
2. Ad coronandam credentium fidem; 25.
3. Ad perennandam eorumdem dilectionem. 26 (1).

SECTIO II.

HISTORIA CHRISTI AB INGRESSU IN HORTUM GETHSEMANI USQUE AD MORTEM.

§§ XXIII, XXIV. EVENTUS SUB MORAM CHRISTI IN HORTO GETHSEMANI.

I°. *Præambula ad hos eventus.*

I. Egressus Christi e cœnaculo, per urbem et trans torrentem Cedron: § XXIII, 1.

II. Progressus ad montem olivarum, in prædium Gethsemani et hortum, discipulis comitantibus: 1-6.

(1) § XXII, 1-26: J. XVII, 1-26.

III. Digressus hic notatur Judæ cognitus : Jesus, discipulis sedere jussis, progreditur ad orandum. 3, 5, 7.

II°. *Affectus animum Christi affligentes,*

I. Excitati, spectante discipulorum triade selecta : 8, 9.

II. Declarati verbis, illa subsistere et vigilare jussa : 10-12.

III. Tolerati ægre, eadem longius remota. 13-15.

III°. *Oratio Christi*

I. Prima,

1°. Descripta per corporis compositionem et precandi formulam; 13-17.

2°. Notata per Angeli confortationem, agoniæ difficultatem, et precum protractionem; 18.

3°. Terminata sudore sanguineo. 19.

II. Altera,

1°. Interpolata

1. Apostolorum visitatione; 20-22.
2. Eorumdem dormientium correptione; 20-23.
3. Adhortatione et compassione ; 24, 25.

2°. Resumpta precibus repetitis. 26, 27.

III. Tertia,

1°. Præventa rursus ingrato discipulorum dormientium conspectu; 28, 29.

2°. Repetita simili prioribus modo; 30.

3°. Excepta alloquio ad discipulos, de abrumpendo somno et instante proditione. 31-34 (1).

IV°. *Proditio Judæ*

I. Suscepta per accessum in hortum, et comitatum armatorum : § XXIV, 1-4.

II. Instructa per indicium aliis datum : 5, 6.

III. Edita per osculum et salutationem lata magistro, proditionem amice exprobranti. 7-11.

(1) § XXIII,

1 :	J. xviii, 1.			
1-6 :	— 1;	Mt. xxvi, 30,36;	Mr. xiv, 26,32;	L. xxii, 39.
3, 5, 7 :	— 2;	— 36;	— 32.	
8, 9 :	. . . .	— 37;	— 33.	
10-12 :	. . . .	— 38;	— 34;	— 40.
13-15 :	. . . .	— 39;	— 35;	— 41.
13-17 :	. . . .	— 39;	— 35, 36;	— 41, 42.
18,19 :	. . . .	. . . .	. . . .	— 43, 44.
20-23 :	. . . .	40;	— 37;	— 45, 46.
24, 25 :	. . . .	— 41;	— 38.	
26, 27 :	. . . .	— 42;	— 39.	
28, 29 :	. . . .	— 43;	— 40.	
30 :	. . . .	— 44.		
31-34 :	. . . .	— 45, 46;	— 41, 42.	

V°. *Captivitas Christi.*

I. Antecedentia :

1°. Occursus Christi et manifestatio sui; 12, 13.

2°. Conceptus ad hoc Judæorum terror, et lapsus retrorsum; 14.

3°. Iterata Christi declaratio et oblatio sui, cum postulato de discipulis non attingendis; 15-17.

4°. Accessus Judæorum ad Christum vinciendum. 8, 18.

II. Concomitantia :

1°. Apostolorum studium vim vi repellendi; 19.

2°. Petri ausus et ictus, Malchum auricula mulctans; 20-23.

3°. Christi intercessio,

1. Vim cohibens et aurem restituens; 24.

2. Petrum coercens, objecta talionis comminatione et voluntate Dei; 25, 26.

3. Defensionem repudians, utpote, si placeret, aliunde amplissime paratam, sed minus cum prophetiis corresponsuram. 27, 28.

III. Consequentia :

1°. Exprobratio Judæis a Christo facta,

1. Ob modum capiendi injuriosum; 29-33.

2. Ob potestatis diabolicæ abusum; 33.

3. Ob facinus a prophetis detestatum; 34, 31.

2°. Fuga discipulorum; 34, 35.

3°. Comprehensio adolescentis forte sequentis, demum tamen elapsi. 36, 37 (1).

§§ XXV, XXVI, XXVII, XXVIII. ACTA QUÆSTIONIS HABITÆ SUB PONTIFICIBUS.

I°. *Gesta sub noctem.*

I. Deductio Christi ad pontifices :

1°. Christus ligatus rapitur in urbem; § XXV, 1.

(1)

§ XXIV, 1-4 :	Mt. XXVI, 47;	Mr. XIV, 43;	L. XXII, 47;	J. XVIII, 3.
5, 6 :	— 48;	— 44.		
7-11 :	— 49, 50;	— 45;	— 47, 48.	
12-17 :	. . . .	. . . .	. . . .	— 4-9.
8, 18 :	— 50;	— 46.		
19 :	. . . .	. . . .	— 49.	
20-23 :	— 51;	— 47;	— 50;	— 10.
24 :	. . . .	. . . .	— 51.	
25, 26 :	— 52	. . . .	. . . .	— 11.
27, 28 :	— 53, 54.			
29-33 :	— 55;	— 48, 49;	— 52, 53.	
34, 31 :	— 56;	— 49.		
34, 35 :	— 56;	— 50.		
36, 37 :	. . . .	— 51. 52.		

2°. Præsentatur Annæ, socero Caiphæ, auctoris consilii de Christo tollendo; 2, 3.

3°. Mittitur ab hoc ad Caipham; 4.

4°. Statuitur coram Caipha et synedrio ibidem collecto. 5-7.

II. Præsentia Petri in ædibus Caiphæ :

1°. Petrus, ope discipuli alterius, penetrat in atrium domus pontificiæ; 7-11.

2°. Adjungitur ministris ad prunas se calefacientibus; 10-13.

3°. Exspectat rei eventum. 10.

III. Examina Christi sub Caipha :

1°. Examen primum :

1. Caiphas interrogat Christum de discipulis et doctrina; 14.
2. Christus respondet, doctrinam a se publice semper propositam, examinandos proin de ea auditores; 15, 16.
3. Quidam servorum alapa et exprobratione excipit hoc responsum; 17.
4. Christus dilemmate arguit injuriam, tuetur innocentiam. 18 (1).

2°. Examen secundum :

1. Quæruntur contra Christum testes, et non inveniuntur idonei; § XXVI, 1-4.
2. Duo, testantes dictum Christi de templo destruendo et reædificando, notantur falsitatis; 2, 5-8.
3. Caiphas, responsionem ad testium effata urgens, a Christo tacente obtinet nullam. 9-12.

3°. Examen tertium :

1. Caiphas adjurat Christum, ut declaret se filium Dei; 10, 12.
2. Christus id præstans, simul prædicit se judicem olim venturum; 13, 14.
3. Caiphas ex hoc pronuntiat, Christum blasphemum et mortis reum, adstipulantibus assessoribus. 15-18.

IV. Injuriosa Christi vexatio,

1°. Per sputa a synedris in Christum conjecta; 19, 20.

2°. Per velatam faciem, colaphos a circumstantibus datos, et factam ad prophetandum provocationem illusoriam; 19-23.

3°. Per convitia et contumelias alias. 24 (2).

(1) § XXV,

1-3 :	J. XVIII, 12-14.			
4 :	— 24.			
5-7 :	. . . . . .	Mt. XXVI, 57;	Mr. XIV, 53;	L. XXII, 54.
7-11 :	— 15, 16;	— 58;	— 54;	— 54.
10-13 :	— 18;	— 58;	— 54;	— 55.
10 :	. . . .	— 58.		
14-18 :	— 19-23.			

(2) § XXVI,

1-4 :	Mt. XXVI, 59, 60;	Mr. XIV, 55, 56.
2, 5-8 :	— 60, 61;	— 57-59.
9-12 :	— 62, 63;	— 60, 61.
13, 14 :	— 64;	— 62.

V. Negationes Petri :

1°. Negatio prima sub commorationem in atrio :

1. Ostiaria, Petrum intuita, eum sectatorem Christi denuntiat; § XXVII, 1-5.
2. Petrus negat, Christum sibi esse notum ; 1, 6-8.
3. Idem ex atrio recedit in vestibulum, gallo primum canente. 7.

2°. Negatio secunda sub aditum vestibuli :

1. Ancilla, venientem conspicata, præsentibus dicit, Petrum fuisse Christi asseclam ; 9, 10.
2. Hi, num Christi fuerit discipulus, ab eodem exquirunt; 11, 12.
3. Petrus utrumque negat cum juramento. 11-14.

3°. Negatio tertia sub hæsitationem in vestibulo :

1. Servus Pontificis, cognatus Malchi, post horæ intervallum aggressus Petrum, tum ex patria tum ex conspectu in horto, arguit eumdem de societate cum Christo ; 15, 16.
2. Circumstantes alii idem faciunt, et ex dialecto Petri Galilæa confirmant; 17, 14.
3. Petrus negationem repetit, additis præter jusjurandum diris et imprecationibus. 18-21.

VI. Resipiscentia Petri :

1°. Petrus, interveniente altero galli cantu, monetur ; 18, 19, 22, 21.

2°. A Christi ad se conversi aspectu movetur; 23.

3°. Ex recordatione prædictæ sibi et secutæ negationis confunditur; 22-24.

4°. Relicta statione pœnitens in lacrymas solvitur. 22, 24, 25 (1).

II°. *Gesta sub diei sequentis initium.*

I. Judicium capitale de Christo :

1°. Synedrium mane congregatum interrogat Jesum coram, num se Christum profiteatur; § XXVIII, 1.

§ XXVI, 15-18 :	— 65, 66;	— 63, 64.		
19, 20 :	— 67;	— 65.		
19-23 :	— 67, 68;	— 65;	L. xxii, 63, 64.	
24 :	. . . .	. . . . . .	— 65.	

(1) § XXVII, 1-5 :	J. xviii; 17;	Mt. xxvi, 69;	Mr. xiv, 66, 67;	L. xxii, 56.
1, 6-8 :	— 17;	— 70;	— 68;	— 57.
7 :	. . . . .	. . . . .	— 68.	
9, 10 :	. . . . .	— 71;	— 69.	
11, 12 :	— 25;	. . . . .	. . . . .	— 58.
11-14 :	— 25;	— 72;	— 70;	— 58.
15, 16 :	— 26;	. . . . .	. . . . .	— 59.
17, 14 :	. . . . .	— 73;	— 70.	
18-21 :	— 27;	— 74;	— 71;	— 60.
18, 19, 22, 21 :	— 27;	— 74;	— 72;	— 60.
23 :	. . . . .	. . . . .	. . . . .	— 61.
22-24 :	. . . . .	— 75;	— 72;	— 61.
22, 24, 25 :	. . . . .	— 75;	— 72;	— 62.

2°. Christus, præmissa confessionis suæ inutilitate, se judicem futurum asserit, et filium Dei declarat. 2-5.
3°. Synedrium damnat Christum, et supplicio afficiendum decernit tradere Pilato. 6-8.

II. Facta Judæ :

1°. Judas facti pœnitens
1. Refert ad synedros pretium proditionis; 9.
2. Fatetur culpam proditione innocentis commissam ; 10.
3. Illis retractationem non curantibus, projicit pecuniam in templum, et digressus se laqueo suspendit. 10, 11.
2°. Sacerdotes projectam pecuniam, tanquam sanguinis pretium, prohibent inferri in gazophylacium ; 12.
3°. Synedrium eamdem applicat emendo figuli agro in sepulturam peregrinorum : 13.
1. Hinc mutata agri compellatione in haceldama; 14.
2. Facto simul prophetiæ complemento. 15, 16 (1).

§§ XXIX, XXX, XXXI, XXXII, XXXIII. ACTA CAUSÆ CAPITALIS SUB PILATO ET HERODE.

I°. *Causa introducta apud Pilatum*

I. Agnitione fori,

1°. Per adductionem Christi tanquam rei, accessum synedrorum tanquam actorum, et occursum Pilati tanquam judicis; § XXXIX, 1-4.
2°. Per postulatam executionem præjudicationis; 5, 6.
3°. Per repudiationem postulati, non nisi causa cognita concedendi : ubi notatur complementum prædictionis de crucifixione Christi; 7, 8.
4°. Per delationem accusationis in capita distinctæ. 9.

II. Interrogatione rei a Pilato inchoata : 1, 10-12. hujus quæstio

1°. Prima, ambigue proposita, redigitur ad judicialem formam; 13.
2°. Secunda de regno Christi, exponitur in sensu spirituali; 14, 15.
3°. Tertia de regia dignitate, occasionem præbet exponendi munus Christi ad promulgandam veritatem, hoc est veram religionem; 16.
4°. Quarta de notione veritatis caret responso, ob judicis digressum. 17.

III. Compositione accusatorum cum reo :

1°. Judex nullam in reo noxam a se detectam declarat; 18, 17.

(1) § XXVIII, 1-5 : L. XXII, 66-70.
6-8 : — 71; Mt. XXVII, 13; Mr. XV, 1.
9-16 : . . . . . — 3-10.

2°. Accusatores priora criminationis capita repetunt; 19-21.
3°. Reus, judice etiam urgente, nihil reponit. 19, 22-25 (1).

II°. *Causa delata ad Herodem.*

I. Pilatus, occasionem captans tum ex Galilæo Christi domicilio, tum ex Hierosolymitana Herodis commoratione, ad hunc mittit Christum : § XXX, 1, 2.

II. Herodes judicium hoc

1°. Acceptat sperans, curiositati suæ satisfactum iri; 3.
2°. Exercet, interrogando Christum, et audiendo accusatores; 4, 5.
3°. Remittit ad Pilatum, Christo ob silentium spreto et illuso. 6.

III. Ambo, utriusque facto conciliati, redeunt in amicitiam. 7.

III°. *Causa a Pilato resumpta, et tractata ad Christum servandum.* Pro hoc fine obtinendo fuit

I. Medium primum, quo Pilatus

1°. Accusationem, a Judæis contra Christum factam, rememorando proponit; 8, 9.
2°. Nullum illius caput sibi probatum aut contestatum declarat; 9.
3°. Neque noxam in Christo, saltem capitalem, ab Herode detectam colligit ex ejus actis cum Christo; 10.
4°. Itaque eumdem, prævie data correctione, dimittendum statuit. 11 (2).

II. Medium secundum, quod

1°. Præbet mos annuus sub pascha solvendi vinctum, ad populi optionem; § XXXI, 1-4.
2°. Usurpat Pilatus,
1. Barabbam seditiosum ac latronem statuendo commune cum Christo subjectum optionis; 5, 6.
2. Rogando populum, quem vellet ex his duobus dimitti liberum; 7-9.
3. Contestando notitiam de invidia sacerdotum contra Christum, et cautelam ob nuntium ab uxore sibi significatum. 10-12.

3°. Eludunt et detorquent
1. Sacerdotes et seniores, populum perducendo ad Barabbam postulandum; 13, 14.

(1) § XXIX, 1-4 :	Mt. xxvii. 11;	Mr. xv, 1;	L. xxiii, 1;	J. xviii, 28.
5-8 :	. . . . .	. . . . .	. . . . .	— 29-32.
9 :	. . . . .	. . . . .	— 2.	
1, 10-12 :	— 11;	— 2;	— 3;	— 33.
13-17 :	. . . . .	. . . . .	. . . . .	— 34-38.
18, 17 :	. . . . .	. . . . .	— 4;	— 38.
19-21 :	— 12;	— 3;	— 5.	
19, 22-25 :	— 12-14;	— 4, 5.		

(2) § XXX, 1-11 ; L. xxiii, 6-16.

2. Plebs universa, petendo Christi mortem et liberationem Barabbæ, licet nequissimi. 15-18 (1).

III. Medium tertium

1°. Frustra tentatum verbo, dum Pilatus,

1. Quærens quid Christo agendum, audit postulari eum ad crucem; § XXXII, 1-6.
2. Contestans Christi innocentiam, seditiosis vocibus ad mortem eidem inferendam sollicitatur. 2, 7-9.

2°. Barbare paratum facto, dum Christus

1. A Pilato flagellatur; 10.
2. A militibus, congregata in prætorio cohorte, 11, 12.
   - α. Induitur chlamide coccinea; 13-15.
   - β. Coronatur spinis, et arundine sceptri loco instruitur; 14-16.
   - γ. Illuditur signis et verbis; 16-19.
   - δ. Afficitur contumeliis. 18-20.

3°. Infeliciter prolatum spectaculo, dum

1. Pilatus Christum commiseratione dignum et a noxa liberum declarat populo; 21.
2. Christus pro rege affectato minime habendus exhibetur; 22.
3. Sacerdotes et populus crucifixionem Christi iterato postulant, et Pilatum recusantem provocatione ad suam legem urgent. 23, 24 (2).

IV°. *Causa, variante Pilato, desinens in Christi damnationem.*

I. Variationis primæ

1°. Causa est timor Pilati, conceptus ex suspicione de natura Christi divina; § XXXIII, 1.

2°. Actio est examen privatum, quo

1. Pilatus inquirit in Christi originem, hoc nihil respondente; 2.
2. Idem urget responsum ex auctoritate, ob jurisdictionem criminalem sibi competente; 3.
3. Christus denique respondet,

(1) § XXXI, 1-4 :	Mt. xxvii, 15;	Mr. xv, 6, 8;	L. xxiii, 17.	
5, 6 :	— 16;	— 7.		
7-9 :	— 17;	— 9.	. . . .	J. xviii, 39.
10-12 :	— 18, 19;	— 10.		
13, 14 :	— 20;	— 11.		
15-18 :	— 21;	. . . . . .	— 18, 19;	— 40.

(2) § XXXII, 1-6 :	Mt. xxvii, 22, 23;	Mr. xv, 12, 13;	L. xxiii, 20, 21.	
2, 7-9 :	— 23;	— 14;	— 22, 23.	
10 :	. . . .	. . . . . .	. . . . . .	J. xix, 1.
11, 12 :	— 27;	— 16.		
13-15 :	— 28;	— 17	. . . .	— 2.
14-16 :	— 29;	— 17	. . . .	— 2.
16-19 :	— 29;	— 18, 19	. . . .	— 3.
18-20 :	— 30;	— 19;	. . . .	— 3.
21-24 :	. . . .	. . . . . .	. . . .	— 4-7.

α. Hanc potestatem quidem divinitus ipsi esse permissam; 4.

β. Sed ejus abusum, licet sine tanto, non tamen sine omni peccato futurum. 4.

3°. Effectus est studium novum in Pilato liberandi Christum. 5.

II. Variationis secundæ

1°. Causa est apprehensio periculi de amittenda Cæsaris gratia; 5.

2°. Actio est contestatio publica, loco tempore et hora designatis, 6, 7. qua

1. Pilatus inconvenientiam postulati objicit; Judæi autem iterato Christum ad crucem postulant, et regem negant; 8.

2. Ille manuum lotione participationem facinoris a se amolitur; hi culpam ultro in se suscipiunt. 9, 10.

3°. Effectus est studium placendi populo. 11.

III. Damnatio Christi confecta,

1°. Ratihabita populi postulatione; 12.

2°. Libertate Barabbæ concessa; 11, 13, 14.

3°. Traditione Christi in manus Judæorum. 11, 13-15 (1).

§§ XXXIV, XXXV, XXXVI. EXTREMUM CHRISTI SUPPLICIUM.

I°. *Deductio ad locum supplicii.* Christus,

I. Datus potestati Judæorum, induitur vestibus propriis : § XXXIV, 1, 2.

II. Eductus ex urbe ad Calvariæ montem, bajulat crucem : 3, 4.

III. Fessus sublevatur a Simone Cyrenæo, ad crucem portandam compulso : 5-7.

IV. Conversus ad mulieres subsequentes ac flentes, 8, 9.

1°. Monet, proprium potius quam suum deflere fatum; 9.

2°. Edocet, atrocissimam illis instare sortem; 10.

3°. Convincit de acerbitate et justitia imminentis pœnæ. 11, 12.

V. Comitatus duobus latronibus, supplicii sociis, appellit ad Calvariæ montem : 13-15.

VI. Vinum myrrha et felle mixtum gustat, non bibit. 16, 17 (2).

(1) § XXXIII,	1-8 :	J. xix, 8-15.			
	9, 10 :	. . . . .	Mt. xxvii, 24, 25.		
	11 :	. . . .	. . . .	. . . .	Mr. xv, 15.
	12 :	. . . .	. . . .	. . . .	. . . . L. xxiii, 24.
	11, 13, 14 :	. . . . .	— 26;	— 15;	— 25.
	11, 13-15 :	— 16;	— 26;	— 15;	— 25.
(2) § XXXIV,	1, 2 :	Mt. xxvii, 34;	Mr. xv, 20.		
	3, 4 :	. . . .	J. xix, 16, 17.		
	5-7 :	— 32;	— 21	. . . . . .	L. xxiii, 26.

II°. *Executio supplicii, descripta*

I. Quoad rem :

1°. Christus crucifigitur medius inter duos latrones simili pœna affectos; § XXXV, 1-5.

2°. Hoc situ et cruciatus genere impletur prophetia; 6.

3°. Adjungitur deprecatio, pro impetranda, obtentu ignorantiæ, crucifixoribus venia. 7.

II. Quoad causam :

1°. Hanc titulus, idiomate triplici scriptus, et supra crucem omnium lectioni propositus, refert; 8-12.

2°. Hunc titulum Judæi correctum volunt; 13.

3°. Pilatus nihil immutandum declarat. 14.

III. Quoad formam :

1°. Christus pendet spoliatus omnibus vestibus; quarum

1. Aliæ, in quatuor partes divisæ, totidem militibus cedunt; 15.
2. Aliæ non divisæ, scilicet tunica inconsutilis, per sortem addicitur uni, ad prophetiæ complementum; 7, 15-18.

2°. Observatur a militari custodia. 19 (1).

III°. *Spectatores supplicii*

I. Prætereuntes exprobrant dictum Christi, tam de ædificando templo quam de filiatione divina, quasi jactabundum et falsum : § XXXVI, 1-4.

II. Assistentes spectaculo plebei derident Christum : 5.

III. Sacerdotes cum primoribus illudunt Christo, tanquam deceptori infirmo, mendaci et deserto a Deo : 6-10.

IV. Milites cum derisione acetum offerunt : 11, 12.

V. Latrones simul crucifixi :

1°. Ambo primum dicteria in Christum jactant; 10, 13.

2°. Eorum alter blasphema improperia continuat; 14.

3°. Alter resipiscens

1. Socium reprehensione cohibere studet; 15.
2. Confitetur suam culpam et Christi innocentiam; 16.
3. Rogat Christum sui in regno memoriam; 17.
4. Accipit a Christo promissum de adeundo hodie paradiso. 18.

§ XXXIV, 8-12 :	. . . . .	. . . . .	. . . . .	— 27-31.
13-15 :	— 33;	— 22	. . . . .	— 32.
16, 17 :	— 34;	— 23.		

(1) § XXXV, 1-5 :	L. XXIII, 33;	J. XIX, 18;	Mt. XXVII, 38;	Mr. XV, 25, 27.
6 :	. . . . .	. . . . .	. . . . .	— 28.
7 :	— 34.			
8-12 :	— 38;	— 19, 20;	— 37;	— 26.
13-15 :	. . . . .	— 21-23.		
7, 15-18 :	— 34;	— 23, 24;	— 35;	— 24.
19 :	. . . . .	. . . . .	— 36.	

VI. Feminæ piæ Christum secutæ : inter quas mater Jesu 19.

1°. Accipit a Christo commendatum sibi Joannem, cruci præsentem, tanquam filium ; 20.

2°. Commendatur itidem tanquam mater Joanni, et acceptatur. 21.

IV°. *Adjuncta postrema supplicii.*

I. Ab hora sexta usque ad nonam durant tenebræ, obscurato sole : 22-25.

II. Prope horam nonam Christus, desolationem clamore contestatus, putatur inclamare Eliam : 26-29.

III. Paulo post manifestans sitim, accipit oblatum in spongia acetum : 30-34.

IV. Frustrata irridentium exspectatione, declarat, omnia esse consummata : 35.

V. Commendato magna voce spiritu in manus Patris, inclinato capite moritur. 35-38 (1).

SECTIO III.

HISTORIA CHRISTI A MORTE USQUE AD ASCENSIONEM IN COELUM.

§§ XXXVII, XXXVIII. FUNEBRIA CHRISTI.

I°. *Portenta*

I. Naturæ :

1°. Velum templi scissum, terra mota, petræ disruptæ; § XXXVII, 1-3.

2°. Sepulcra aperta, cadavera rediviva; 4.

3°. Apparationes mortuorum resuscitatorum. 5.

II. Gratiæ :

1°. Centurionis et militum testimonium de innocentia et divinitate Christi; 6-8.

2°. Popularium conversio et pœnitentia. 9.

(1)

§ XXXVI, 1-4 :	Mt. xxvii, 39, 40;	Mr. xv, 29, 30.		
5 :	. . . . . .	. . . . . .	L. xxiii, 35.	
6-10 :	— 41-43;	— 31, 32.		
11, 12 :	. . . . . .	. . . . . .	— 36, 37.	
10, 13 :	— 44;	— 32.		
14-18 :	. . . . . .	. . . . . .	— 39-43.	
19-21 :	. . . . . .	. . . . . .	. . . . . .	J. xix, 25-27.
22-25 :	— 45;	— 33;	— 44, 45.	
26-29 :	— 46, 47;	— 34, 35.		
30-34 :	— 48, 49;	— 36	. . . . . .	— 28, 29.
35 :	. . . . . .	. . . . . .	. . . . . .	— 30.
35-38 :	— 50;	— 37;	— 46;	— 30.

II°. *Adjuncta*

I. Ex parte notorum et piarum mulierum :

1°. Priores cum mulieribus stant a longe et observant omnia ; 10.

2°. Posteriorum aliæ tres sunt ex nomine celebres ; 11-13.

3°. Aliæ obsequio erga Christum distinctæ. 11, 14.

II. Ex parte Judæorum : ab his fit postulatio pro frangendis et tollendis crucifixorum corporibus, ob sabbati ingruentis sanctitatem : 15.

III. Ex parte latronum : quibus adhuc spirantibus franguntur crura : 16.

IV. Ex parte Christi : cujus jam mortui

1°. Non franguntur crura ; 17.

2°. Latus tamen lancea transfigitur, profluente hinc sanguine et aqua. 18.

V. Ex parte Evangelistæ : cujus legitur adnotatio

1°. De authentia dati a se testimonii ; 19.

2°. De gemina prophetia tunc impleta. 20, 21 (1).

III°. *Justa ultima.*

I. Depositio corporis Christi de cruce,

1°. Postulata sub vesperam a Josepho, § XXXVIII, 1-6.

1. Conditione divite nobili et justo ; 1, 4, 7.

2. Patria Arimathæo ; 1, 4, 6, 8.

3. Professione fideli et Christi discipulo, alias occulto, nunc aperto ; 1, 4, 6, 8.

2°. Concessa a Pilato, post captam de obitu Christi notitiam ; 2, 6, 9, 10.

3°. Curatam ab eodem Josepho. 6.

II. Sepultura depositi,

1°. Præparata

1. A Nicodemo, mixturam unguentariam afferente ; 11.

2. A Josepho, sindonem novam et mundam supponente ; 12-14.

3. Ab utroque, corpus Christi aromatibus et linteis involvente. 15.

2°. Confecta,

1. Delecto monumento novo, areæ patibulariæ proximo ; 13, 14, 16, 17.

2. Corpore Christi illuc ante noctem illato ; 18, 19.

3. Advoluto ad monumenti ostium saxo prægrandi ; 13, 16.

(1) § XXXVII, 1-3 :	Mt. xxvii, 51 ;	Mr. xv, 38 ;	L. xxiii, 45.	
4, 5 :	— 52, 53.			
6-8 :	— 54 ;	— 39 ;	— 47.	
9 :	. . . .		— 48.	
10 :	. . . .		— 49.	
11-13 :	— 55, 56 ;	— 40.		
11, 14 :	— 55 ;	— 41.		
15-21 :	. . . .			J, xix, 31-37.

3°. Observata a piis mulieribus, unctionem corporis post quietam interjecti sabbati moram destinantibus. 20-23.

III. Custodia sepulti

1°. Expetita a Judæorum sacerdotibus et Pharisæis,

1. Pilatum altera die convenientibus; 24.
2. Christi vaticinium de sua resurrectione proponentibus; 25..
3. Fraudem a discipulis faciendam et malum hinc augendum prætexentibus; 26.

2°. Data a Pilato pro postulantium libitu; 27.

3°. Apposita, additis tumbæ sigillis et notatis custodibus. 28 (1).

§§ XXXIX, XL, XLI. PRIMA DE CHRISTI RESURRECTIONE NOTITIA,

I°. *Indiciis prodita*

I. Mulieribus; quæ,

1°. Paratis sub sabbati vesperam unguentis, altero mane tendunt ad sepulcrum; § XXXIX, 1-5.

2°. In via deliberant de saxo sepulcrali dimovendo; 6.

3°. Progressæ, sentiunt terræ motum excitatum ab Angelo, qui

1. Revoluto jam lapidi insidet; 7.
2. Fulgurante specie terrorem spargit; 8.
3. Custodes fugat, ac fere exanimat; 9.

4°. Appulsæ, sepulcrum apertum vident; 5, 10, 11.

5°. Ingressæ illud, non reperiunt corpus Christi. 12.

II. Apostolis; inter quos

1°. Petrus et Joannes, edocti a Magdalena de visis, properant ad sepulcrum; 13, 14.

2°. Joannes, cursu prævertente appulsus, sepulcrum eminus inspectans, observat linteamina relicta; 15, 16.

3°. Petrus tandem secutus, et sepulcrum ingressus, notat linteamina et sudarium diversis locis posita; 17, 18.

4°. Joannes, tum etiam ingressus, Christi corpus credit ablatum, non intelligit resuscitatum; 19, 20.

(1) § XXXVIII, 1-6 :	Mt. xxvii, 57, 58;	Mr. xv, 42, 43;	L. xxiii, 52;	J. xix, 38.
1, 4, 7 :	— 57;	— 43;	— 50.	
1, 4, 6, 8 :	— 57;	— 43;	— 51;	— 38.
2, 6, 9, 10 :	— 58;	— 44, 45;	. . . . . .	— 38.
6 :	. . . . . .	. . . . . .	. . . . . .	— 38.
11 :	. . . . . .	. . . . . .	. . . . . .	— 39.
12–14 :	— 59;	— 46;	— 53.	
15 :	. . . . . .	. . . . . .	. . . . . .	— 40.
13, 14, 16, 17 :	— 60;	— 46;	— 53;	— 41.
18, 19 :	. . . . . .	. . . . . .	— 54;	— 42.
13, 16 :	— 60;	— 46.		
20-23 :	— 61;	— 47;	— 55, 56.	
24-28 :	— 62-66.			

5°. Uterque redit domum, Petrus singulariter admiratus rem factam. 21, 22 (1).

II°. *Apparitionibus declarata*

I. Magdalenæ; quæ

1°. Remanens flet, et despiciens in sepulcrum videt Angelos, alterum ad superiorem, alterum ad inferiorem tumbæ partem sedentes; § XL, 1, 2.

2°. Interrogata ab his, quid ploret, queritur de corpore Christi ablato; 3.

3°. Respectans videt Jesum, incognitum sibi primo, apparentem; 4, 5.

4°. Rogata a Christo, quid fleret aut quæreret, opinata Christum hortulanum, petit ab eodem indicari locum subtracti corporis Christi; 6.

5°. Compellata Mariæ nomine, agnoscit Christum et magistrum salutat; 7.

6°. Jubetur abstinere a Christi complexu, et nuntiare Apostolis futuram sui ascensionem. 8 (2).

II. Mulieribus reliquis,

1°. Per Angelos; quorum duo

1. Specie virorum fulgente assistunt consternatis; § XLI, 1, 2.
2. Liberatas a timore hinc concepto, faciunt certiores de resurrectione Christi; 3-7.
3. Monent, recordari prædictionis a Christo de his omnibus factæ; 5, 8.
4. Jubent tum confirmare se ipsas, lustrato sepulcro, tum nuntiare hæc Petro et discipulis reliquis. 7, 9, 10.

2°. Per Christum; quem mulieres,

1. Recordatæ verborum, agnoscunt veridicum; 11.
2. Accelerantes præ timore et gaudio reditum, at silentes, habent obvium; 12-14.
3. Salutatæ amplexantur et adorant; 14.
4. Animatæ jubentur nuntiare Apostolis, se iu Galilæa videndum. 15 (3).

(1)	§ XXXIX,	1-5 :	Mt. xxviii, 1;	Mr. xvi, 1, 2;	L. xxiv, 1;	J. xx, 1.
		6 :	. . . .	— 3.		
		7-9 :	— 2-4.			
		5, 10, 11 :	. . . .	— 4;	— 2;	— 1.
		12 :	. . . .	. . . .	— 3.	
		13-20 :	. . . .	. . . .	. . . .	— 2-9.
		21, 22 :	. . . .	. . . .	— 12;	— 10.
(2)	§ XL,	1-3 :	J. xx, 11-13.			
		4, 5 :	— 14;	Mr. xvi, 9.		
		6-8 :	— 15-17.			
(3)	§ XLI,	1, 2 :	Mr. xvi, 5;	L. xxiv, 4.		
		3-7 :	— 6;	— 5, 6;	Mt. xxviii, 5, 6.	
		5, 8 :	. . . .	— 6, 7.		

§§ XLII, XLIII, XLIV. SUCCESSIVA APOSTOLORUM CONVICTIO DE FACTA CHRISTI RESURRECTIONE,

I°. *Provocata*

I. Per incredulitatem discipulorum; qui

1°. Magdalenæ, visa et nuntia referenti, non habent fidem; § XLII, 1-3.

2°. Mulieribus, post reditum eadem confirmantibus, fidem rursus et sanam rationem negant. 4-6.

II. Per malignitatem Judæorum; qui

1°. Custodes, portenta facta nuntiantes, pecunia ex consilio inito data corrumpunt; 7, 8.

2°. Ad mentiendum, et furtum corporis Christi discipulis affingendum, eosdem instruunt; 9.

3°. Immunitatem a pœna, forsan hinc arcessenda, spondent; 10.

4°. Milites sibi obsequentes, et mendacium late sparsum obtinent. 11 (1).

II°. *Cœpta in duobus discipulis, Emmaus petentibus,*

I. Per familiarem conversationem; qua Christus

1°. Illis in via colloquentibus, ipse non cognitus, se associat; § XLIII, 1-5.

2°. Quærit, et audit colloquium misceri de passione et morte Christi; 6-9.

3°. Attendit

1. Tum ad manifestationem diffidentiæ; 10.

2. Tum ad narrationem de mulierum nuntio et discipulorum hæsitatione. 11-13.

II. Per magistralem institutionem; qua illos

1°. Leniter coarguit de tarditate in credendo; 14.

2°. Edocet de necessitate passionis Christi; 15.

3°. Convincit ex omni Scriptura de mysteriis Christi. 16.

III. Per personalem manifestationem; qua Christus

1°. Sub vesperam, humanitate coactus, de via ad illos divertit; 17, 18.

2°. Sub cœnam, panem a se benedictum et fractum iisdem porrigit; 19.

3°. Se manifestat et mox subtrahit; 20.

4°. Eosdem reflexione facta et sensu intimo convictos relinquit. 21.

III°. *Promota in Apostolis et discipulis Hierosolymæ congregatis,*

I. Per duos proxime commemoratos; qui,

1°. Regressi statim Hierosolymam, accedunt ad socios hic collectos; 22.

§ XLI, 7, 9, 10 : — 7 . . . . . — 6, 7.
11 : . . . . . . — 8.
12-14 : — 8 . . . . . . — 8, 9.
14, 15 : . . . . — 9, 10.

(1) § XLII, 1-3 : Mr. xvi, 10, 11; J. xx, 18.
4-6 : . . . . L. xxiv, 9-11.
7-11 : . . . . Mt. xxviii, 11-15.

2°. Audiunt, Christum resurrexisse et Simoni apparuisse; 23.

3°. Vicissim narrant visa sibi et facta cum Christo redivivo, 24, 25 (1).

II. Per Christum ipsum; qui, discipulis Hierosolymæ collectis,

1°. Incredulis adhuc sub primam noctem apparet; § XLIV, 1, 2.

2°. Pacem precatus, exprobrat difficultatem in acceptandis de sua resurrectione testimoniis; 1-3.

3°. Territis et conturbatis ex sua præsentia, in confirmationem veri et redivivi corporis exhibet tangendas manus et pedes; 4-8.

4°. Hæsitantibus etiamnum illis, postulat, accipit et manducat cibos; 9-11.

5°. Apprecatione pacis iterata, impertit illis

1. Missionem, cum sua a Patre accepta proportionatam; 12.

2. Cum insufflatione Spiritum Sanctum; 13.

3. Potestatem remittendi et retinendi peccata. 14.

IV°. *Consummata in Thoma Apostolo.* Hic

I. De apparitione hac, cui præsens non fuerat, edocetur a cæteris : 15, 16.

II. Fidem dictis nec habet nec habiturum se edicit, nisi viderit et tetigerit Christi manuum et lateris vulnera : 16.

III. Post octiduum adjunctus reliquis, videt Christum rursus in medio apparentem et precatum pacem : 17.

IV. Jubetur a Christo, digitis et manu tangere et probare vulnera, positaque incredulitate esse fidelis : 18.

V. Contestatus fidem, respondet : Dominus meus et Deus meus! 19.

VI. Monetur, fidem hanc fuisse ortam ex visu; beatiores autem esse credentes sine prævio visu. 20.

V°. *Coronata signis et prodigiis,*

I. Partim innumeris et scripto non signatis : 21.

II. Partim his conscriptis ad fidem in Christum, et hinc beatitudinem promovendam. 22 (2).

(1) § XLIII,	1-5 :	L. xxiv, 13-16;	Mr. xvi, 12.
	6-33 :	— 17-34.	
	24-25 :	— 35;	— 13.

(2) § XLIV,	1, 2 :	Mr. xvi, 14;	J. xx, 19.	
	1-3 :	— 14;	— 19;	L. xxiv, 36.
	4-8 :	. . . . . .	— 20;	— 37-40.
	9-11 :	. . . . . .	. . . . .	— 41-43.
	12-14 :	. . . . .	— 21-23.	
	15-22 :	. . . . .	— 24-31.	

§§ XLV, XLVI. ITERATA CONFIRMATIO DE EADEM RESURRECTIONE, PER APPARITIONES CHRISTI VARIAS.

I°. *Apparitio conjuncta cum miraculo.*

I. Summarium apparitionis: § XLV, 1.

II. Enarratio ejusdem :

1°. Invitante Petro, Thomas, Nathanael, Jacobus et Joannes cum duobus anonymis, piscantur in mari Tiberiadis per totam noctem, sed sine lucro; 2, 3.

2°. Interrogati a Christo apparente, sed incognito, sterilem piscationem fatentur; 4, 5.

3°. Jussi ab eodem jacere rete ad dexteram, et obsequentes, capturam faciunt copiosam; 6.

4°. Joannes Christum inde agnoscit; Petrus ab hoc monitus, assumpta tunica, natando tendit ad Christum; reliqui trahunt rete cum piscibus ad littus; 7, 8.

5°. Egressi reperiunt jam piscem prunis impositum et panem; monentur quosdam addere ex captis; 9, 10.

6°. Pertractis, citra retis scissuram, in littus piscibus centum quinquaginta tribus, invitantur a Christo ad prandendum; 11, 12.

7°. Certi de persona accumbunt, et Christum convivam ac distributorem piscium et panis habent. 12, 13.

III. Adnotatio apparitionis hujus tanquam numero tertiæ. 14.

II°. *Eadem apparitio conjuncta cum varia Petri destinatione.*

I. Cura ovium universalis commissa Petro :

1°. Christus, finito prandio, quærit ex Petro, num Christum diligat plus cæteris; amorem hunc affirmanti committit suos agnos; 15.

2°. Idem quæstionem eamdem repetens, Petro responsum prius reddenti committit idem; 16.

3°. Christo tertia vice idem quærente, contristatus Petrus, et ad Christi omniscientiam de suo amore provocans, commissas obtinet oves Christi. 17.

II. Martyrium Petro prædictum :

1°. Christus prænuntiat, Petrum olim juvenem libertate agendi pro arbitrio fruitum, senem vero deinceps vinciendum vi aliena, et ducendum contra inclinationem naturalem; 18.

2°. Evangelista notat, sub hoc ænigmate, indicatum genus mortis a Petro subeundæ. 19.

III. Sequela Christi sine curiositate Petro commendata :

1°. Petrus, jussus sequi Christum, quærit, quid Joanni simul sequenti instet; 19-21.

2°. Christus, Joannem mansurum, donec ipse veniat, præfatus, corripit Petri curiositatem, et sequelam iterato imperat. 22.

* Adjectio Evangelistæ notans,

1. Effatum hoc Christi contra verborum sensum fuisse acceptum a discipulis de immunttate Joannis a morte; 23.
2. Testimonium hoc et a Joanne consignatum et certo verum esse. 24 (1).

III°. *Apparitio conjuncta cum distinctione loci, numeri et eventus.*

I. In Galilæa Christus apparet undecim Apostolis: § XLVI, 1.

II. Ibidem videtur a quingentis discipulis, quorum alii, scribente Paulo, adhuc superstites, alii jam mortui: 2.

III. Alibi Jacobo speciatim, et rursus collectis Apostolis apparet: 3.

IV. Spectatores Christi apparentis, alii credunt, alii dubitant. 4.

IV°. *Apparitio conjuncta cum missione Apostolorum et diagnosi credentium.*

I. Missio Apostolorum : Christus, sub accessum ad Apostolos,

1°. Declarat, omnem in cœlo et terra potestatem sibi datam; 5.
2°. Jubet, Apostolos ire in universum mundum et prædicare Evangelium cunctis gentibus; 6, 7.
3°. Instruit, baptizare in nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti; 6.
4°. Imperat, doceri observationem omnium a Christo mandatorum; 8.
5°. Definit, credentes et baptizatos salvandos, non credentes autem condemnandos. 9.

II. Diagnosis credentium : signa credentes secutura designantur a Christo,

1°. Ejectio dæmonum in nomine Christi, ac donum linguarum; 10.
2°. Sublatio serpentum, potus veneni innoxius, ægrorum sanatio ad impositionem manuum; 11.
3°. Perpetua Christi cum Apostolis præsentia. 8.

V°. *Apparitio conjuncta cum promissione et institutione.*

I. Promissio Spiritus Sancti : Apostoli

1°. Jubentur quieti morari Hierosolymis, et exspectare complementum promissi; 12, 13.
2°. Docentur, post paucos dies, non aqua, sed Spiritu Sancto baptizandos se ac confortandos divinitus. 14.

II. Institutio Apostolica : Christus Apostolos

1°. Docet, implenda omnia de se in sacris libris scripta; 15.
2°. Imbuit intelligentia Scripturarum; 16.
3°. Convincit de necessitate passionis et resurrectionis; 17.

(1) § XLV, 1-24 : J. XXI, 1-24.

4°. Monet prædicare suo nomine pœnitentiam et remissionem peccatorum ; 18.
5°. Constituit testes præcedentium. 19.

III. Repetitio priorum : Apostoli,

1°. Educti in Bethaniam, interrogant Christum de tempore regni restituendi ; 20, 21.
2°. Monentur, hujus cognitionem ad ipsos non pertinere ; 22.
3°. Confirmantur promissione repetita Spiritus Sancti ; 23.
4°. Constituuntur testes de Christo futuri ubique terrarum. 23 (1).

§ XLVII. HISTORIA ASCENSIONIS CHRISTI, SUMMARIUM ACTORUM APOSTOLICORUM.

I°. *Historia ascensionis.*

I. Christus, benedicens Apostolis spectantibus, elevatur a terra : 1, 2.
II. Vectus ad cœlum, videtur eousque, dum nubes interjecta visum impedit : 3.
III. Ingressus cœlum, sedet a dextris Dei : 4.
IV. Perstantibus in cœli aspectu Apostolis prædicitur a duobus Angelis apparentibus rediturus olim sub eadem forma. 5, 6.

II°. *Summarium Actorum Apostolicorum.*

I. Adoratione facta, Apostoli ex monte Oliveti revertuntur Hierosolymam : 7, 8.
II. Dum hic morantur, laudant in templo et benedicunt Deum : 9.
III. Post acceptum Spiritum Sanctum prædicant Evangelium, Deo prodigiis prædicationem confirmante. 10.

(1) § XLVI, 1 : Mt. XXVIII, 16.
2, 3 : . . . . . I. ad Cor. XV, 6, 7.
4 : — 17.
5 : — 18.
6, 7 : — 19. . . . . Mr. XVI, 15.
8 : — 20.
9 : . . . . — 16.
10, 11 : . . . . — 17, 18.
8 : — 20.
12, 13 : . . . . . Act. Apost. I, 4 . . . . L. XXIV, 49.
14 : . . . . . — 5.
15-19 : . . . . — 44-48.
20, 21 : . . . . . — 6 . . . . — 50.
22, 23 : . . . . . — 7, 8.

• Adnotatur ingens aliorum a Christo factorum multitudo, excedens omnem ea consignandi humanam facultatem. 1 (1).

(1) § XLVII, 1, 2 : L. xxiv, 50, 51.
3 : . . . . . . Act. Apost. i, 9.
4 : . . . . Mr. xvi, 19.
5, 6 : . . . . . . — 10, 11.
7, 8 : — 52; — 12.
9 : — 53.
10 : . . . . — 20.
11 : . . . . J. xxi, 25.

LIBRI HISTORICI
NOVI TESTAMENTI.

I.

HISTORIA APOSTOLICA
EX ACTIBUS APOSTOLORUM
DESCRIPTA.

HISTORIA APOSTOLICA

EX ACTIBUS APOSTOLORUM DESCRIPTA.

PARS I.

ECCLESIA CHRISTI AB APOSTOLIS FUNDATA HIEROSOLYMÆ.

SECTIO I.

APPARATUS AD FUNDATIONEM ECCLESIÆ CHRISTI.

PRÆFATIO,

Inscripta Theophilo a Luca, per compendiariam Evangelii sui mentionem notat præcipua de Christo narrationis capita : scilicet

I. Geminam partem ministerii in terra gesti : *cap.* 1, *v.* 1.

II. Duplex tempus vitæ in terris actæ. 2, 3.

§ I. REPETITIO HISTORICA ASCENSIONIS CHRISTI,

I°. *Secundum antecedentia :* quæ sunt

I. Mandatum Christi datum Apostolis, circa locum et tempus exspectandi Spiritus Sancti : 4, 5.

II. Quæstio Apostolorum de tempore restituendi regni Israelitici a Christo rejecta : 6, 7.

III. Promissio Spiritus Sancti et destinatio Apostolorum a Christo repetita. 8.

II°. *Secundum concomitantia :* quæ sunt aspectus Apostolorum, elatio Christi, interjectio nubis. 9.

III°. *Secundum consequentia :* quæ sunt

I. Angelorum apparentium prædictio de Christi ad judicium redituri forma : 10, 11.

II. Apostolorum ex monte Hierosolymam regressorum collectio, pacifica habitatio, et precibus sustentata exspectatio. 12-14.

§ II. SUBSTITUTIO IN LOCUM JUDÆ.

I°. *Oratio Petri,* in qua fit
  I. Compellatio et numeratio auditorum : 15.
  II. Propositio per provocationem ad prophetiam de Judæ casu et muneris reparatione : 16.
  III. Expositio de Judæ
    1°. Dignitate et officio, 17.
    2°. Scelere et fine funesto, 18.
    3°. Divulgatione et infamia. 19.
  IV. Allegatio prophetiæ de utroque eventu : 20.
  V. Adhortatio ad faciendam substitutionem, et designatio conditionum in substituendo requisitarum : 21, 22.
II°. *Substitutio facta*
  I. Per delectum Barsabæ et Mathiæ : 23.
  II. Per postulationem discernendi inter hos duos divinitus electi : 24, 25.
  III. Per sortem, quæ cecidit super Mathiam. 26.

§ III. ADVENTUS SPIRITUS SANCTI.

I°. *Circumstantiæ adventus.*
  I. Tempus Pentecostes et congregatio discipulorum Christi : *cap.* II, *v.* 1.
  II. Ventus subitus, sonorus et omnia complens : 2.
  III. Linguæ igneæ dispertitæ super congregatorum capita : 3.
  IV. Communicatio Spiritus Sancti et experimentum doni linguarum. 4.
II°. *Affectus in extraneis excitati ob linguarum donum.*
  I. Confusio mentis in Hierosolymitanis : 5, 6.
  II. Stupor et admiratio in advenis diversarum gentium : 7-12.
  III. Petulans sarcasmus quorumdam derisorum. 13.

SECTIO II.

INITIA FUNDATÆ HIEROSOLYMIS ECCLESIÆ CHRISTIANÆ.

§ I. ORATIO PETRI APOLOGETICA.

I°. *Apologia pro Christi discipulis*, qua Petrus, captata auditorum benevolentia et excitata attentione, 14.
- I. Refutat calumniam ebrietatis discipulis objectæ : 15.
- II. Declarat copiosam linguarum varietatem ex Joelis prophetia, tanquam donum Spiritus Sancti : 16–18.
- III. Confirmat idem, ex epocha signorum cum Christi morte conjunctorum, et in mundi fine futurorum. 19–21.

II°. *Apologia pro Christo*, qua idem auctoritatem Christi demonstrat et colligit
- I. Ex signorum testimoniis eidem divinitus datis, nec per mortis infamiam imminutis : 22, 23.
- II. Ex Christi resurrectione a mortuis, 24.
  - 1°. Per Davidem prædicta, et secundum animam et corpus declarata ; 25-31.
  - 2°. Per Apostolorum testimonium confirmata. 32.
- III. Ex Christi ascensione et potestate in cœlis accepta. 33-36.

§ II. ORATIONIS HABITÆ EFFECTUS.

I°. *Auditorum conversio.* Hi
- I. Compunguntur, et quid faciendum sit rogant : 37.
- II. Instruuntur a Petro de pœnitentia agenda, et baptismo suscipiendo : 38.
- III. Eriguntur, proposita promissione ad Judæos præsertim pertinente : 39.
- IV. Urgentur novis monitis ad salutem curandam : 40.
- V. Ter mille monentem sequuntur, baptizantur, et discipulis aggregantur. 41.

II°. *Conversorum exercitia.*
- I. Observantia doctrinæ apostolicæ, usus eucharistiæ et oratio : 42.
- II. Reverentia et timor divinæ potentiæ : 43.
- III. Communio vitæ et bonorum : 44, 45.

IV. Frequentatio templi et usurpatio mysteriorum : 46.
V. Dei cultus et proximi cura, cum fructu apud plures secuto. 47.

SECTIO III.

INCREMENTUM FUNDATÆ ECCLESIÆ.

§ I. OCCASIO INCREMENTI DATA.

I°. *Miraculosa claudi sanatio.* Hic notantur
I. Tempus, hora orationis nona; subjectum, claudus ex utero matris et per annos plurimos; locus, porta templi speciosa: *cap.* III. *v.* 1, 2.
II. Occasio et apparatus, postulata a claudo eleemosyna et versus ad Petrum jubentem obtutus : 3-5.
III. Operatio, subitanea ad datum a Petro mandatum erectio claudi et ambulatio : 6-8.
IV. Agnitio miraculi, cum admiratione populi et concursu ad Petrum. 9-11.

II°. *Sermo a Petro subjunctus*,
I. Exponens, miraculum hoc esse factum
1°. Non per vires humanas Petri; 12.
2°. Sed per fidem in Christum, 16.
1. A Judæis quidem traditum, rejectum et crucifixum; 13-15.
2. A Deo autem glorificatum, suscitatum et declaratum. 13, 15.
II. Adhortans ad pœnitentiam,
1°. Ob facilitatem veniæ obtinendæ, propter ignorantiam in delicto, et finem Dei in supplicio; 17, 18.
2°. Ob certitudinem remissionis; 19.
3°. Ob spem securitatis futuræ in Hierosolymitano excidio et extremo judicio. 20, 21.
III. Commendans fidem in Christum : quam
1°. Postulant prophetarum oracula; 22, 24.
2°. Urgent pœnarum minæ; 23.
3°. Exigunt specialis Judæorum gratitudo debita et Dei beneficientia. 25, 26.

§ II. EVENTUS APUD VARIOS VARIUS.

I°. *Apud Judæos.* Inter hos
I. Sacerdotes, cum suis indignantes, injiciunt Apostolis manus : *cap.* IV, *v.* 1-3.

II. Laici quinque millibus plures ad fidem Christi et Ecclesiam accedunt : 4.

II°. *Apud synedrion.* Hic eveniunt

I. Collectio concilii et interrogatio Apostolis facta : 5-7.

II. Responsio Petri, exponens virtutem nominis Jesu,

1°. In patrato miraculo; 8-10.

2°. In consequenda salute. 11, 12.

III. Hæsitatio judicum et deliberatio : 13-15.

IV. Sententia contra divulgationem miraculi et prædicationem Jesu decreta et promulgata : 16-18.

V. Exceptio Apostolorum, injustitiam sententiæ incusantium : 19, 20.

VI. Impunis eorumdum dimissio et relatio facta fidelibus. 21-23.

III°. *Apud fideles.* Horum recitantur

I. Preces, complexæ

1°. Professionem divini super omnia dominii; 24.

2°. Prædictionem Davidis de persecutione contra Christum excitanda; 25, 26.

3°. Complementum hujus prophetiæ nuper factum; 27, 28.

4°. Postulationem pro obtinendis prædicandi et confirmandi evangelii donis. 29, 30.

II. Precum exauditarum signum in terræ motu; fructus autem in effusione Spiritus Sancti ac promulgatione Evangelii : 31.

III. Virtutes præcipuæ, scilicet

1°. Concordia animorum et communio bonorum apud omnes; 32.

2°. Zelus prædicandæ in Christum fidei apud Apostolos; 33.

3°. Largitas et beneficentia erga pauperes exhibita,

1. Universim a ditioribus; 34, 35.

2. Speciatim a Barnaba. 36, 37.

SECTIO IV.

CONFIRMATIO ECCLESIÆ HIEROSOLYMIS FUNDATÆ.

§ I. MONUMENTA SEVERITATIS ET BENEFICENTIÆ DIVINÆ IN HANC REM EDITA.

I°. *Severitas contra par conjugum.*

I. Contra Ananiam maritum :

1°. Delictum hujus duplex, scilicet retentio partis ex pretio agri venditi, et simulatio oblati ex integro pretii; *cap.* v, *v.* 1, 2.

2°. Reprehensio a Petro data, exprobrans diabolicam simulationem, imprudentem avaritiam, et sacrilegum mendacium; 3, 4.
3°. Pœna, mors Ananiæ subitanea; 5.
4°. Eventus, timor Dei excitatus in fidelibus, et sepultura cadaveris. 6.
II. Contra Saphiram uxorem :
1°. Delictum, mendacium feminæ a Petro interrogatæ, cum facto mariti correspondens; 7, 8.
2°. Reprehensio a Petro facta, cum denuntiatione mortis; 9.
3°. Pœna, mors itidem subitanea, et sepultura ad maritum; 10.
4°. Eventus, timor Dei omnem Ecclesiam pervadens. 11.

II°. *Beneficentia celeberrima*
I. Ex multitudine signorum, et obvia promptitudine Apostolorum ea patrantium : 12.
II. Ex effectibus, scilicet fidelium reverentia et æstimatione erga Apostolos, infidelium conversione ad fidem : 13, 14.
III. Ex virtute insolita, vel per umbram, sanandi infirmos: 15.
IV. Ex universalitate beneficii, ad allatos ex vicinia ægros et dæmoniacos extensi. 16.

§ II. CONTRARIÆ HOSTIUM OPPOSITIONES FRUSTRATÆ.

I°. *Oppositio prima,*
I. Profecta ex falso sacerdotum zelo : 17.
II. Confecta injectis in Apostolos manibus ac vinculis. 18.

II°. *Frustratio ejusdem,*
I. Facta per Angelum, Apostolos e carcere ad prædicandum in templo mittentem : 19, 20.
II. Ignorata a sacerdotibus, clauso carcere et salva custodia, captivos non reperientibus : 21-24.
III. Detecta a nuntio, præsentiam Apostolorum in templo et prædicationem referente. 25.

III°. *Oppositio altera,*
I. Modestius suscepta : 26.
II. Judicialiter et per interrogationem tractata. 27, 28.

IV°. *Frustratio ejusdem amplior,*
I. Cœpta per Petri responsionem : qua
1°. Refutat criminationem inobedientiæ; 29.
2°. Defendit causam Christi; 30, 31.
3°. Confirmat eamdem testimonio duplici. 32.

II. Suspensa per consilium mortis Apostolis inferendæ incidens : 33.

III. Promota per Gamalielis sermonem : 34. in hoc is

1°. Dissuadet consilia violenta ; 35.

2°. Ostendit, Theodæ et Judæ Galilæi exemplo, humanas novationes non esse diuturnas ; 36, 37.

3°. Concludit dilemmate, a causa Apostolorum penitus esse abstinendum. 38, 39.

IV. Confecta,

1°. Ex parte Judæorum, Apostolos quidem cæsos, sed tamen liberos dimittentium ; 40.

2°. Ex parte Apostolorum, de accepta contumelia etiam gaudentium, et fidei prædicationem libere continuantium. 41, 42.

§ III. ACTA STEPHANI ET MORS GLORIOSA.

I°. *Dignitas diaconalis Stephani*. Ratione hujus refertur

I. Occasio electionis diaconorum, quæ erat querela de neglectis Hellenistarum viduis : *cap*. VI, *v*. 1.

II. Propositio de diaconis ad querelæ remedium eligendis,

1°. Facta et suasa ab Apostolis ; 2-4.

2°. Probata et præstita a populo, nominatis septem viris eximiis, inter quos Stephanus. 5.

III. Ordinatio eorumdem sacra : 6.

IV. Subsecuta fidei acceptatio etiam a sacerdotibus. 7.

II°. *Labores ejusdem sacri*.

I. Operatio miraculorum : 8.

II. Concertatio victrix cum æmulis doctoribus Judæis : 9, 10.

III. Prædicatio accusata blasphemiæ : 11.

IV. Ipse in jus per seditionem vocatus. 12.

III°. *Causa judicialis instructa*.

I. Accusationis capita erant, dicta contra locum sanctum et legem, scilicet a Christo illum destruendum, hanc mutandam : 13, 14.

II. Stephani constantia et species angelica : 15.

III. Judicis provocatio ad dicendam causam. *Cap*. VII, *v*. 1.

IV°. *Responsio apologetica*, in qua

I. Pro dictis de lege, proponitur

1°. Apparitio et vocatio divina Abrahæ ; 2-4.

2°. Promissio Palæstinæ et prædictio eventuum eidem ac posteritati facta a Deo ; 5-7.

3°. Fœdus circumcisionis inter Deum et Abraham constitutum, et a Patriarchis continuatum. 8.

II. Pro dictis de Christo, exhibetur hujus geminus typus :

1°. Alter in Josepho,

1. Vendito a fratribus; 9.
2. Servato divinitus et elevato; 10.
3. Adorato tandem ab ipsis venditoribus; 11-13.
4. Impertito patris familiæ victum et stationem. 14-16.

2°. Alter in Moyse,

1. Nato sub tempus afflictionis; 17-19.
2. Servato a morte, et dotibus maximis exornato; 20-22.
3. Studioso gentis suæ, sed ab hac rejecto; 23-30.
4. Liberatore Israelis divinitus constituto, et prophetam sibi similem venturum prædicente; 31-38.
5. Experto et populi rebellionem et idololatriam punitam, tum criminibus novis tum transportatione. 39-43.

III. Pro dictis de loco sancto,

1°. Afferuntur, quæ adduci poterant,

1. Pro sanctitate tabernaculi, ex factis Moysis et Josuæ; 44, 45.
2. Pro religione templi, ex factis Davidis et Salomonis : 46, 47.

2°. Probatur neutrum tamen Deo necessarium,

1. Ex Dei independentia; 48.
2. Ex illius immensitate; 49.
3. Ex ejusdem omnipotentia. 50.

V°. *Invectiva in Judæos,* tanquam

I. Obstinatos, immoderatos, et gratiæ rebelles : 51.

II. Imitatores patrum prophetas persequentium, et interfectores Christi : 52.

III. Violatores etiam legis. 53.

VI°. *Martyrium.*

I. His auditis, Judæi

1°. Invectiva ad furorem exacerbantur; 54.

2°. Visione divina Stephano facta non mitigantur; 55.

3°. Impetu facto, ejectum ex urbe Stephanum lapidant, Saulo vestium custodiam habente. 56, 57.

II. His factis, Stephanus

1°. Moriturus commendat animam Christo; 58.

2°. Genuflexus orat pro lapidatoribus, Sauloque his consentiente; 59.

3°. Mortuus sepelitur a viris timoratis. *Cap.* VIII, *v.* 2.

PARS II.

ECCLESIA CHRISTI EXTENSA PER PALÆSTINAM ET VICINIAM.

—

SECTIO I.

EXTENSIONIS HUJUS INITIA.

§ I. EXTENSIO ECCLESIÆ PER SAMARIAM.

I°. *Occasio illius data per concitatam persecutionem et dispersionem fidelium :* cap. VIII, v. 1.
- I. Illam urgente Saulo : 3.
- II. Hanc fidelibus ad evangelizandum usurpantibus. 4.

II°. *Auspicia capta per Philippum,* qui in urbe Samaria
- I. Annuntians Christum auditur avide : 5, 6.
- II. Miraculorum dono liberat energumenos et ægros : 7, 8.
- III. Adducit ad fidem et baptisma multos ex civibus : 9, 12.
- IV. Idem efficit in Simone mago, ob artes suas antea Dei ad instar honorato. 10, 11, 13.

III°. *Perfectio addita per Petrum et Joannem.* Hi divinæ fidei
- I. Donum consummant per Spiritus Sancti collationem Samaritanis : 14-17.
- II. Defectus plures detegunt et puniunt in Simone,
  - 1°. Potestatem conferendi Spiritus Sancti licitante oblata pecunia; 18, 19.
  - 2°. Hinc imprecatione et excommunicatione percusso; 20, 21.
  - 3°. Nequitiæ, perversitatis et pacti diabolici accusato; 22, 23.
  - 4°. Inefficaciter suam pœnam deprecato. 24.
- III. Prædicationem per multa Samariæ oppida circumferunt. 25.

§ II. EXTENSIO EJUSDEM AD ORAM MARITIMAM.

I°. *In campo Gazæ vicino, per Philippum,* qui,
- I. Instructus ab Angelo, incidit in eunuchum reginæ Candacis, curru vectum : 26-28.
- II. Jussus a spiritu accedit, et invitatus currum conscendit : 29-31.

III. Rogatus lecti ex Isaia capitis quinquagesimi tertii interpretationem, evangelizat illi Christum : 32-35.

IV. Delatus in via ad aquam, eunucho petenti et Christum professo dat baptismum. 36-38.

II°. *In Philistæorum oppidis, per eumdem*, qui prædicat Evangelium,

I. Initio ducto ab Azoto, quo transfertur a spiritu: 39.

II. Transeundo omnem regionem, Cæsaream usque. 40.

§ III. EXTENSIONIS IN VICINAS PALÆSTINÆ REGIONES PRÆLUDIA PER SAULUM.

I°. *Conversio Sauli narratur,*

I. Inexspectata

1°. Ob persecutionis furorem in eodem, minas et cædes spirante; *cap.* IX, *v.* 1.

2°. Ob auctoritatem et potestatem fideles persequendi obtentam. 2.

II. Divinitus præparata,

1°. Per lucem circumfusam et vocem Christi Saulum a persecutione inhibentis; 3-5.

2°. Per mandatum Saulo se submittenti datum, ulteriora discendi in urbe; 6, 7.

3°. Per Sauli obsequium, jejunium, et factam inter orandum visionem. 8, 9, 12.

III. Interventu Ananiæ consummata :

1°. Is jubetur per visum a Domino quærere Saulum; 10, 11.

2°. Tergiversatur nonnihil ob famam de Saulo sinistram; 13, 14.

3°. Urgetur, et divino circa Saulum consilio instruitur; 15, 16.

4°. Excitatus divino imperio, liberat a cæcitate et baptizat Saulum. 17, 18.

II°. *Professio Sauli Christiana, et prædicatio*

I. Damasci primo

1°. Cœpta, post dies conversionis aliquot; 19, 20.

2°. Excepta a Judæis cum stupore; 21.

3°. Continuata a Saulo, cum auditorum convictione. 22.

II. In Arabiam translata : *de qua in epistola ad Galatas, cap.* I, *v.* 17.

III. Damasci secundo infestata insidiis : quas

1°. Struunt Judæi Damasceni; 23, 24.

2°. Evadit Saulus, ope fidelium e muro dimissus in sporta. 25.

IV. Hierosolymis

1°. Non credita a fidelibus; 26.

2°. Testimonio Barnabæ et enarratione Sauli persuasa Apostolis ; 27, 28. *et epist. ad Gal. cap.* 1, *v.* 18-24.
3°. Celebrata per disputationem cum gentilibus et Græcis ; 29.
4°. Impetita machinationibus, quas declinare necessum fuit Cæsaream usque et Tarsum. 30.

SECTIO II.

EXTENSIONIS ECCLESIÆ PER PALÆSTINAM ET VICINIAM INCREMENTUM.

§ I. CONFIRMATIO ECCLESIÆ, APUD JUDÆOS JAM FLORENTIS, A PETRO ADDITA

I°. *Per universam Palæstinam :*
I. Pace ubique reddita, et crescente Dei timore : 31.
II. Visitatione ecclesiarum per Judæam, Samariam et Galilæam. 32.
II°. *Lyddæ, in urbe provinciali :*
I. Ænea, octennario paralytico, sola Petri voce sanato : 33, 34.
II. Hac urbe et Sarona ad hoc miraculum conversis. 35.
III°. *Joppe, in urbe maritima:*
I. Morte Tabithæ, a misericordiæ operibus celebratæ, narrata : 36, 37.
II. Petro ad mortuam evocato, et viduarum precibus ad faciendum miraculum permoto : 38, 39.
III. Mortua ad vitam revocata, et fidelibus reddita : 40, 41.
IV. Pluribus fama miraculi ad fidem perductis, et diuturna Petri præsentia confirmatis. 42, 43.

§ II. AMPLIFICATIO ECCLESIÆ AD GENTILES INTRA PALÆSTINAM DEGENTES PER EUMDEM PROLATA.

I°. *Occasio et præparatio*
I. Ex parte Cornelii : cujus describitur
1° Conditio militaris et virtus religiosa ; *cap.* x, *v.* 1, 2.
2°. Visio cœlestis, 3.
1. Approbans Cornelii dispositionem ; 4.
2. Jubens Petri evocationem : 5.
3°. Delegatio nuntiorum ad Petrum accersendum. 7, 8.

II. Ex parte Petri : qui, pro communicatione Evangelii cum gentibus,

1°. Præparatur symboli interventu,

1. Sentiens inter orandum famem extraordinariam ; 9, 10.
2. Spectans per visionem linteum, omnis generis animalibus plenum ; 11, 12.
3. Audiens repetitum de his manducandis imperium, et oppositum suæ exceptioni responsum de illis omnibus a Deo plane mundatis. 13-16.

2°. Instruitur de symboli sensu,

1. Appulsis sub visionis finem nuntiis Cornelii, et hospitium Petri exquirentibus; 17, 18.
2. Monente etiam spiritu Petrum, ut nuntios excipiat et comitetur : 19, 20.

3°. Exequitur instructionem,

1. Occursu nuntiis facto, et causa adventus rogata ; 21.
2. Audita factæ Cornelio visionis historia ; 22.
3. Hospitio liberaliter dato, et comitatu postea præstito. 23.

II°. *Actio et eventus.* Petrus, Cæsaream appulsus,

I. Humanissime ac humillime a Cornelio excipitur : 24, 25.

II. Reddens humanitatis officia, in domum et conventum ingreditur : 26, 27.

III. Congregatos alloquitur, tum rationem reddens sui ad illos licet gentiles accessus, tum petens suæ evocationis causam : 28, 29.

IV. Audit Cornelium sibi divinitus facta narrantem, et petentem instrui a Petro : 30-33.

V. Respondens,

1°. Orditur confitendo et Dei erga pios sine distinctione omnes benevolentiam, et Christi pro omnium salute adventum ; 34-36.

2°. Exponit, facta ad famam publicam provocatione, Christi missionem divinam, vitam signis celebrem, mortem et resurrectionem ; 37-40.

3°. Transit ad munus sibi et Apostolis commissum, de dando resurrectionis testimonio, et promulganda Christi potestate judiciaria ; 41, 42.

4°. Concludit prophetarum testimonio, fidem in Christum necessariam et utilem esse omnibus, ad remissionem peccatorum obtinendam. 43.

VI. Experitur adhuc loquens, effundi in gentiles dona Spiritus Sancti, cum stupore Judæorum præsentium : 44-46.

VII. Nihil jam moratus, jubet baptizari omnes : rogatus aliquandiu apud illos commoratur. 47, 48.

III°. *Defensio et probatio,*

I. Postulata a fidelibus judaizantibus,

1°. Concessam gentibus fidem mirantibus quidem; *cap.* XI, *v.* 1.

2°. Sed a Petro reduce exposcentibus rationem commercii cum gentilibus habiti : 2, 3.

II. Reddita a Petro,

1°. Per enarrationem simplicem

1. Factæ sibi visionis, et eventus ad illam secuti; 4-12.

2. Dati Cornelio per Angelum mandati; 13, 14.

3. Effusi ante baptismum in gentes Spiritus Sancti; 15.

2°. Per provocationem ad promissum a Christo Spiritum Sanctum; 16.

3°. Per argumentum ex operatione Dei manifesta sumptum. 17.

III. Excepta cum acquiescentium silentio, et admirantium, laude Deo reddita. 18.

§ III. DILATATIONIS PER PALÆSTINAM ULTERIORIS SUFFLAMEN TEMPORARIUM

I°. *Positum ab Herode,*

I. Per tyrannidem in Hierosolymitanos fideles exercitam : *cap.* XII, *v.* 1.

II. Per mortem Jacobo Joannis fratri illatam : 2.

III. Per injecta Petro vincula et destinatam necem. 3-6.

II°. *Temperatum Petri liberatione,*

I. Curata ab Angelo,

1°. Excitante Petrum a somno; 7.

2°. Jubente eum vestiri et exire e carcere; 8.

3°. Deducente eumdem inscium per portas custoditas in plateam : 9, 10.

II. Agnita

1°. A Petro ad se reverso; 11.

2°. A puella ostiaria, congregatis in Joannis Marci domo rem significante; 12-14.

3°. A fidelibus congregatis

1. Ad primum nuntium incredulis, 15.

2. Ad conspectum stupore perculsis, 16.

3. Tandem auditu persuasis : 17.

III. Excepta

1°. A custodibus maxima cum turbatione; 18.

2°. Ab Herode cum custodum castigatione. 19.

III°. *Vindicatum divinitus in Herode,*

I. Ad pacem Tyriis et Sidoniis dandam inducto : 20.

II. Propria superbia et populi adulatione supra hominem elato : 21, 22.

III. Per Angelum percusso, et a vermibus consumpto. 23.

PARS III.

ECCLESIA CHRISTI LATISSIME PROPAGATA AD GENTES.

—

SECTIO I.

PROPAGATIO ECCLESIÆ PER SYRIAM ET ASIAM MINOREM.

§ I. PROPAGATIO ECCLESIÆ IN SYRIA ANTIOCHIÆ,

I°. *Cœpta per dispersos, sub Stephani martyrium,*
- I. Apud Judæos : *cap.* XI, *v.* 19.
- II. Apud Hellenistas seu gentiles : 20.
- III. Utrobique cum fructu. 21.

II°. *Promota per Barnabam,*
- I. Hierosolymis missum, 22.
- II. Hortatibus urgentem, 23.
- III. Miraculis opus perficientem. 24.

III°. *Aucta per accessum*
- I. Sauli, in prædicationis societatem Tarso adducti : 25.
- II. Nominis christiani, primo ibidem fidelibus inditi : 26.
- III. Prophetarum, et inter eos Agabi famem prædicentis : 27, 28.
- IV. Eleemosynæ collectæ, ac Hierosolymam per Saulum et Barnabam transferendæ. 29, 30.

IV°. *Confirmata per Saulum*, in Hierosolymitana hac profectione
- I. Reddentem de Evangelio suo rationes : *Ep. ad Gal.* II, *v.* 1, 2.
- II. Professum libertatem a circumcisione : *ibid.* 3-5.
- III. Tuitum apostolatus sui auctoritatem : *ibid.* 6-8.
- IV. Sortitum limites apostolicæ prædicationis : *ibid.* 9.
- V. Pactum eleemosynas Hierosolymitanis. *ibid.* 10.

V°. *Celebrior facta*
- I. Per incrementum religionis : *Act. cap.* XII, *v.* 24.
- II. Per reditum Sauli et Barnabæ cum assumpto Joanne Marco : 25.

III. Per copiam virorum insignium Antiochiæ commorantium: *cap.* XIII, *v.* 1.
IV. Per delectum ibidem divinitus factum Sauli et Barnabæ ad missionem apostolicam. 2.

§ II. PROPAGATIO ECCLESIÆ IN CYPRO.

I°. *Salaminæ :* ubi Saulus et Barnabas cum Joanne Marco
I. Ante discessum ordinati episcopi : 3.
II. Seleuciam dein progressi, et hinc in insula appulsi : 4.
III. Ingressi synagogam, Judæis annuntiant Evangelium. 5.
II°. *Paphi :* quo, peragrata insula, delati, 6.
I. Conveniunt Sergium Paulum proconsulem invitati : 7.
II. Habent sibi resistentem Judæum, Bar Jesu Elymam nomine, magum professione : 8.
III. Eumdem Saulus, invectiva perstrictum, cæcitate divinitus immissa percutit : 9-11.
IV. Convertunt proconsulem miraculo commotum ad fidem. 12.

§ III. PROPAGATIO EJUSDEM IN PISIDIA ANTIOCHIÆ.

I°. *Ingressus.*
I. Viri tres apostolici ex Cypro trajiciunt in Pamphyliam, et Pergen tenent : 13.
II. Joanne Marco Hierosolymam regresso, Paulus et Barnabas pergunt Antiochiam in Pisidia : 14.
III. Sabbato ingressi synagogam, invitantur ad sermonem habendum : 15.
IV. Paulus, indicto manu silentio, et captata benevolentia, orditur. 16.
II°. *Sermo Pauli,*
I. Exorsus enarrando specialem Dei erga Israelitarum genus beneficentiam,
1°. Per electionem patriarcharum, et eductionem populi ex Ægypto per desertum, datamque terræ Chanaan possessionem ; 17-19.
2°. Per constitutionem judicum usque ad Samuelem ; 20.
3°. Per concessionem Saulis et surrogationem Davidis, tanquam regum ; 21, 22.
4°. Per promissum ex posterioris semine Messiam. 23.
II. Protractus probando Jesum esse Messiam,
1°. Ex Joannis præcursoris adventu et testimonio ; 24, 25.

2°. Ex prophetiis per Jesum ad Judæorum salutem completis; 26, 27.
3°. Ex morte innocenti secundum prædictionem illata; 28, 29.
4°. Ex resurrectione ejusdem
1. Tum per Apostolos, cum eo conversatos, contestata; 30-32.
2. Tum per Davidem et Isaiam prænuntiata. 33-37.

III. Finitus adhortando ad fidem in Christum,
1°. Ob remissionem peccatorum et justificationem inde consequendam; 38, 39.
2°. Ob pœnas, incredulis olim intentatas, e contrario subeundas. 40, 41.

III°. *Eventus ad sermonem*

I. Prior et continuo subsecutus :
1°. Rogantur Apostoli, ut sabbato sequenti loquantur de argumento eodem; 42.
2°. Deducuntur honorifice domum, adhortati comites suos ad perseverantiam in gratia accepta. 43.

II. Intermedius et post octiduum :
1°. Civitate tota ad Apostolos confluente, Judæi, æmulatione ac ira ardentes, sermonem Pauli intercipiunt contradictionibus et blasphemiis; 44, 45.
2°. Paulus et Barnabas, in hunc modum rejecti, denuntiant, se ex Dei mandato, neglectis imposterum Judæis, prædicaturos gentilibus Evangelium; 46, 47.
3°. Gentiles hinc animati auditum Dei verbum æstimant, atque ex illis prædestinati suscipiunt fidem. 48.

III. Postremus et successivus :
1°. Prædicatio per universam regionem circumfertur; 49.
2°. Judæi, incitatis ad persecutionem matronis et viris primariis, expellunt Apostolos ex Pisidia; 50.
3°. Paulus et Barnabas, excusso pedum pulvere, discedunt Iconium; 51.
4°. Neophyti constantes replentur gaudio et Spiritu Sancto. 52.

§ IV. PROPAGATIO ECCLESIÆ IN LYCAONIA.

I°. *Iconii,*

I. Ad prædicationem Apostolorum in synagoga, credunt Judæorum et Hellenistarum multi : *cap.* XIV, *v.* 1.

II. Excitata a Judæis, Evangelio refractariis, seditione gentilium, succedit tamen prædicatio, confirmata miraculis : 2, 3.

III. Aucta inter cives divisione, et prævalente parte Evangelio adversa, parantur in Apostolos contumeliæ et lapidatio : 4, 5.

IV. Utrasque evadunt Apostoli, Lystramque, Derben et vicinam regionem prædicando perlustrant. 6.

II°. *Lystris,*

I. Miraculum in homine

1°. A nativitate claudo; 7.

2°. Ex Pauli prædicatione fidem professo; 8.

3°. Ad vocem Apostoli penitus sanato : 9.

II. Eventus ad miraculum

1°. Provectus ad superstitionem,

1. Populo Apostolos velut deos proclamante, et in Barnaba quidem Jovem, in Paulo Mercurium suspicante; 10, 11.

2. Jovis sacerdote victimas illis jam parante : 12.

2°. Reductus ad pietatem ab Apostolis,

1. Testatis dolorem per vestium scissionem; 13.

2. Professis se mortales, et Dei duntaxat nuntios; 14.

3. Conatis contra idololatras, ex mundi creatione et gubernatione, demonstrare Deum unum et verum; 15, 16.

4. Ægre assecutis omissionem cultus idololatrici parati : 17.

3°. Degenerans in barbariem, quam,

1. Commota ab Antiochenis et Iconiis advenis, plebs Lystrensis exerit lapidando Paulum; 18.

2. Paulus, pro mortuo habitus, sed servatus a discipulis, evadit, altera die profectus Derben. 19.

III°. *Derbes et prioribus in urbibus iisdem*

I. Evangelizant cum fructu : 20.

II. Reditu per Lycaoniam sumpto,

1°. Confirmant discipulos in fide et hortantur ad patientiam; 21.

2°. Constituunt per singulas ecclesias presbyteros, Deoque salutem fidelium commendant; 22.

3°. Transitu per Pisidiam confecto, Perges in Pamphilia prædicant; 23, 24.

4°. Digressi in Attaliam, navigant Antiochiam unde dicesserant; 25.

5°. Antiochiæ referunt ad Ecclesiam de successu missionis prospero; 26.

6°. Ibidem morantur diutius cum fidelibus. 27.

SECTIO II.

PROPAGATIO ECCLESIÆ HIS IN REGIONIBUS STABILITA

§ I. PER CONCILIUM HIEROSOLYTANUM.

I°. *Quæstio controversa*

I. Excitata a Judæis, necessitatem circumcisionis pro christiana religione urgentibus : *cap.* XV, *v.* 1.

II. Extensa et agitata inter Cepham et Paulum,

1°. Illum quidem jam cum gentilibus communicantem, jam ab iis, ex Judæorum respectu, abstinentem; *Ep. ad Gal. cap.* II, *v.* 12, 13.

2°. Hunc vero obsistentem, et legalium observationi necessariæ repugnantem. *Ibid.* 11, 14, 15.

II°. *Delatio quæstionis ad Apostolos*

I. Decreta ab utraque parte : *Act. cap.* XV, *v.* 1.

II. Deportata a legatis in transitu honoratis : 3.

III. Acceptata benevole ab Hierosolymitanis. 4.

III°. *Actio deliberativa.*

I. Disceptatio prævia, qua

1°. Neophyti ex Pharisæis pugnant pro necessitate circumcisionis et legalium ; 5.

2°. Seniores contendunt pro libertate. 6.

II. Suffragium Petri, quo is

1°. Assumit, constare

1. Petrum fuisse divinitus missum ad Evangelium gentibus communicandum ; 7.

2. Gentiles etiam accepisse dona Spiritus Sancti ; 8

3. Fidem ab illis susceptam sustulisse discrimen Judæos inter et gentiles. 9.

2°. Concludit,

1. Legem, etiam Judæis vix ferendam, non debere imponi gentilibus ; 10.

2. Gratiam Christi posse utrisque sufficere ad salutem obtinendam. 11.

* Assumptum Petri confirmatur a Paulo, prodigia apud gentes facta enarrante. 12.

III. Suffragium Jacobi, quo is

1°. Repetit assumptum Petri de divina gentium vocatione ad fidem ; 13, 14.

2°. Confirmat idem, recitata prophetia Amos, 15.

1. De restauranda Ecclesia ; 16.

2. De vocandis ad eam gentilibus in Deum credituris ; 17.

3°. Colligit, vocationem gentium jam ab æterno decretam ; 18.

4°. Concludit, gentilibus

1. Exemptionem quidem a legalibus esse concedendam ; 19.

2. Imponendam tamen abstinentiam ab idolothytis, fornicatione, sanguine et suffocatis ; 20.

5°. Observat, fidelibus ex Judaismo assumptis constare aliunde hanc abstinentiæ legem. 21.

IV. Consultum Patrum statuens, ut

1°. Eligantur Judas et Silas tanquam legati, cum Paulo et Barnaba Antiochiam ituri ; 22.

2°. Scribantur litteræ. 23.

IV°, *Litteræ synodales.* Earum

I. Argumentum :

1°. Salutatio Apostolorum et seniorum Antiochenis inscripto ; 23.

2°. Expositio facti
1. Tum quoad controversiæ originem; 24.
2. Tum quoad reciprocam legatorum missionem; 25-27.
3°. Sententia enuntians
1. Exemptionem a legalibus concessam; 28.
2. Præceptum abstinentiæ a memoratis impositum. 29.

II. Exemplar
1°. Delatum Antiochiam, et congregata multitudine traditum; 30.
2°. Lectum, et cum gaudio exceptum; 31.
3°. A legatis concilii addito solatio amplificatum. 32.

§ II. PER REPETITAM EARUMDEM REGIONUM INSTITUTIONEM.

I°. *Antiochiæ in Syria :*
I. Legati Hierosolymitani aliquando tempore morantur : 33.
II. Juda ex his Hierosolymam regresso, Silas ibidem perstat : 34.
III. Paulus et Barnabas cum pluribus hic demorantes docent et evangelizant. 35.

II°. *In Cypro et Cilicia :*
I. Consilium Pauli et Barnabæ, de visitandis regionibus, olim a se doctrina evangelica instructis : 36.
II. Dissensio inter eos orta ob socium itineris Joannem Marcum,
1°. Barnaba eumdem volente; 37.
2°. Paulo autem nolente. 38.
III. Divisio profectionis evangelicæ,
1°. Barnaba cum Joanne Marco navigante Cyprum; 39.
2°. Paulo cum Sila perambulante Syriam et Ciliciam, ac ubique præcepta Concilii Hierosolymitani promulgante. 40, 41.

III°. *In Lycaonia :* hic Paulus, Derben et Lystram transiens,
I. Incidit in Timotheum, patre gentili et matre Judæa natum, christianum et a fidelibus commendatum : *cap.* XVI, *v.* 1, 2.
II. Eumdem, ad lucrandos Judæos, circumcidi jussum assumit itineris socium : 3.
III. Ubique commendat fidelibus observantiam præceptorum Hierosolymis editorum : 4.
IV. Videt Ecclesias plerasque augeri religione et numero fidelium. 5.

SECTIO III.

PROPAGATIO ECCLESIÆ IN MACEDONIAM ET GRÆCIAM PROMOTA.

§ I. PROPAGATIO ILLATA MACEDONIÆ.

I°. *Iter in Macedoniam*

I. Indicatum negative, prohibente scilicet Spiritu Sancto Paulum,

1°. Ne transiens Phrygiam et Galatiam declinet in Asiam proprie dictam; *cap.* XVI, *v.* 6.

2°. Ne Mysiam jam ingressus pergat in Bithyniam : 7.

II. Designatum positive, per visum nocturnum Macedonis opem petentis, Paulo ex Mysia Troadem descendenti objectum : 8, 9.

III. Susceptum,

1°. Captato ex vocatione divina consilio; 10.

2°. Instituta ex Troade in Samothraciam et Neapolim navigatione; 11.

3°. Secuto Philippis appulsu. 12.

II°. *Varia Philippis fata.*

I. Prospera gesta :

1°. Evangelium susceptum :

1. Post dierum aliquot moram, Apostoli verba ad feminas faciunt in proseucha; 13.

2. Lydia fidem accipit, baptizatur et hospitium præbet; 14, 15.

2°. Miraculum editum :

1. Puella pythonissa divulgat Apostolorum conditionem; 16, 17.

2. Paulus imperio dæmonem ex eadem expellit. 18.

II. Adversa tolerata :

1°. Pythonissæ domini, quæstu amisso exacerbati, accusant Apostolos, velut perturbatores et seductores; 19-21.

2°. Magistratus, plebe concurrente, eosdem virgis cæsos in carcerem ablegat; 22, 23.

3°. Custos carceris addit squalorem et compedes. 24.

III. Utilia impetrata :

1°. Apostolis orantibus, fit terræ motus, aperiuntur carceris ostia, solvuntur vincula; 25, 26.

2°. Custos a desperatione ad animi æqualitatem perducitur; 27-30.

3°. Idem ad fidem instituitur, baptizatur, lætatur. 31-34.

IV. Honorifica obtenta :

1°. Dimissio Apostolorum e carcere imperatur a magistratu custodi, et ab hoc nuntiatur Apostolis; 35, 36.

2°. Reparatio honoris, cum innocentiæ declaratione a magistratu facienda, postulatur ab Apostolis; 37, 38.
3°. Utraque a magistratu redditur, et ab Apostolis sobrie usurpatur. 39, 40.

III°. *Successus prædicationis varians :*

I. Thessalonicæ

1°. Primo lætus,

1. Paulo sub adventus initium per tria sabbata Christum libere prædicante; *cap.* XVII, *v.* 1-3.
2. Judæorum quibusdam et gentilium pluribus fidem amplexantibus; 4.

2°. Deinceps tristis, Judæis nempe zelotypis

1. Seditionem plebis concitantibus; 5.
2. Jasonem et alios Apostolorum hospites, velut seditiosorum ac rebellium receptores, accusantibus; 6, 7.
3. Eosdem ad præstandam cautionem per magistratum obligantibus. 8, 9.

II. Beroeæ

1°. Itidem a principio prosper,

1. Judæis Paulum et Silam, Thessalonica sub noctem dimissos et synagogam ingressos, avide audientibus, et dicta ad Scripturas examinantibus; 10, 11.
2. Pluribus eorum uti et gentilium recipientibus Evangelium; 12.

2°. Similiter sub finem adversus,

1. Thessalonicensibus ad concitandam seditionem accurrentibus; 13.
2. Fidelibus, securitatis ergo, Paulum Athenas deducentibus, sociis autem postea illuc evocatis. 14, 15.

§ II. PROPAGATIO ILLATA GRÆCIÆ.

I°. *Athenis disputatio Pauli*

I. Suscepta cum Judæis in synagoga, cum aliis in foro et alibi : 16, 17.

II. Exagitata ab epicureis et stoicis : 18.

III. Delata ab iisdem ad Areopagum, ad uberiorem dogmatis expositionem, et curiositatis gentilitiæ satisfactionem obtinendam. 19-21.

II°. *Sermo Pauli in Areopago pronuntiatus.*

I. Ingressus

1°. Captatus ab Atheniensium studio religionis; 22.
2°. Illustratus ab ara ignoto Deo dedicata. 23.

II. Transitio explicationem ignoti Dei promittens : 23.

III. Argumentum ostendit, Deum verum

1°. Esse creatorem mundi, dominum omnium, immensum, independentem a creatura quacumque; 24, 25.

2°. Esse auctorem hominum, gubernatorem rerum humanarum, finem omnibus præstitutum; 26, 27.

3°. Esse facilem cognitu, nec cum idolo ullo aut creatura aliqua confundendum; 28, 29.

4°. Eumdem hactenus ignoratum, nunc manifestare se luculentius, et hortari ad pœnitentiam; 30.

5°. Judicaturum universos per Christum, signis credibilitatis sat confirmatum, ac suscitatum a mortuis. 31.

IV. Eventus :

1°. Ad factam resurrectionis mentionem, irrident epicuræi et stoici, sermonemque sic interruptum alias repeti volunt; 32.

2°. Paulum indemnem digressum sequuntur conversi ad fidem, inter quos Dionysius Areopagita et Damaris. 33, 34.

III°. *Corinthi*

I. Acta a Paulo cum Judæis :

1°. Paulus Corinthi appulsus, hospitatur apud Aquilam et Priscillam, Judæos sub Claudio expulsos Roma; *cap.* XVIII, *v.* 1, 2.

2°. Communi cum illis opera scenopegiam exercens, sabbati diebus in synagoga annuntiat Christum; 3, 4.

3°. Sila et Timotheo accedentibus, urget Evangelii prædicationem fortius et frequentius; 5.

4°. Nihil proficiens, Judæis obduratis denuntiat transferendam ad gentes prædicationem; 6.

5°. Non urbem tamen, sed hospitium commutans, divertit apud Titum proselytum. 7.

II. Actorum fructus :

1°. Conversus Crispus archisynagogus cum aliis; 8.

2°. Indulta visio cœlestis, addens animum, promittens securitatem, prædicens multorum salutem; 9, 10.

3°. Sesquiannua commoratio cum libertate prædicandi. 11.

III. Fructuum interturbatio :

1°. Gallione proconsulatum adepto, Paulus a Judæis vocatur in jus, ob religionis prædicatæ novitatem; 12, 13.

2°. Proconsule causam hanc, tanquam litem philosophicam aut sectariam religionis, a se dimovente, Sosthenes archisynagogus impune percutitur; 14-17.

3°. Paulus, post diuturnam commorationem, professus Nazaræatum, Corintho discedit cum Aquila et Priscilla. 18.

SECTIO IV.

PROPAGATIO ECCLESIÆ PER ASIAM ET MEMORATAS PRIUS REGIONES PARTIM INCHOATA PARTIM AMPLIFICATA.

§ I. PROPAGATIO PER ASIAM, EPHESI MAXIME, AUSPICATA.

I°. *Initia, sed imperfectiora,*

I. Data per Paulum : qui,

1°. Ephesum veniens, disputat duntaxat cum Judæis; *cap.* XVIII, *v.* 19.

2°. Morari renuens, discedit Cæsaream, et hinc Antiochiam; 20-22.

3°. Rediturus per Galatiam et Phrygiam, distinetur confirmandis christianis. 23.

II. Facta per Apollo : qui,

1°. Delatus Ephesum, doctrinam Christi quidem prædicat, sed Joannis duntaxat baptismum ministrat; 24, 25.

2°. Melius quidem ab Aquila et Priscilla instruitur, sed discedit Corinthum; 26, 27.

3°. Ibidem fideles multum juvat, Judæos convincit. 28.

II°. *Progressus auctior*

I. Institutione : Paulus, peragrata Asia superiore, reversus Ephesum,

1°. Examinans neophytos de Spiritu Sancto, intelligit neglectam hujus mysterii catechesin; *cap.* XIX, *v.* 1, 2.

2°. Causam omissionis detegit ex collato duntaxat Joannis baptismate; 3, 4.

3°. Curatius instructos baptizat Christi baptismate; 5.

4°. Duodecim ex his baptizatis repleri donis Spiritus Sancti gaudet. 6, 7.

II. Disputatione, celebrata

1°. Per trimestre in synagoga; 8.

2°. Per biennium in schola viri primarii : 9, 10.

III. Operatione miraculorum, editorum

1°. Per Pauli manus et actiones; 11.

2°. Per ejusdem sudaria et semicinctia. 12.

III°. *Amplificatio solidior*

I. Ex maleficorum pœnis, quas

1°. Filii Scævæ, attentatis per nomen Jesu exorcismis, in se accersiverunt; 13, 14.

2°. Dæmoniacus, auctoritatem Christi et Pauli contestatus, in exorcistas sæviens intulit : 15, 16.

II. Ex timore Dei hinc animis omnium injecto : 17.

III. Ex compunctorum

1°. Confessione publica, 18.
2°. Satisfactione exemplari, 19.
3°. Incremento fidei. 20.

IV°. *Probatio periculosior* : ubi notatur

I. Tempus importunum, scilicet
1°. Abitus Pauli constitutus, et iter longissimum determinatum; 21.
2°. Discessus prævius discipulorum in Macedoniam præmissorum. 22.

II. Occasio alliciens, nempe seditiosa Demetrii oratio, qua proponit
1°. Quæstum ex argenteis Dianæ ædiculis artificibus obvenientem; 23-25.
2°. Venditionem ædicularum turbatam diffamatione idoli a Paulo sparsa; 26.
3°. Damnum artificibus et dedecus Dianæ hinc impendens. 27.

III. Causa movens, seu furor popularis
1°. Vociferatione Dianam celebrante proditus; 28.
2°. Comites Pauli abripiens; 29.
3°. A Paulo, per varios impedito, declinatus; 30, 31.
4°. Turbationibus et ignorantia comitatus; 32.
5°. Alexandri in theatrum progressu auctus. 33, 34.

IV. Obex vim periculi frangens, seu oratio, qua scriba publicus persuadet
1°. Auctoritatem Dianæ salvam, nec ab ullo violatam; 35-37.
2°. Causam aliam, si qua est, actione forensi aut religiosa persequendam; 38, 39.
3°. Cavendum a crimine seditionis commotæ incurrendo. 40.

§ II. PROPAGATIO PER RELIQUAS REGIONES, OCCASIONE VARIORUM ITINERUM AMPLIUS DIFFUSA.

I°. *Historia itineris primi.*

I. Iter susceptum
1°. Ex Epheso in Macedoniam; *cap.* XX, *v.* 1.
2°. Inde per Græciam; 2.
3°. Declinata ob insidias profectione syriaca, reditus in Macedoniam; 3, 4.
4°. Præmissis, qui enumerantur, viæ sociis, descensus ex Macedonia in Troadem. 5, 6.

II. Miraculum Troadense :
1°. Occasio, sermo Pauli ad concionem frequentissimam fidelium omnis ætatis, protractus in mediam usque noctem; 7, 8.
2°. Casus, mors Eutychi, sub sermone lapsi de contignatione suprema; 9.
3°. Factum, vita adolescenti mortuo reddita, et ortum inde fidelium solatium. 10-12.

II°. *Historia itineris secundi.*

I. Iter susceptum

1°. Ex Troade in Asiam, ubi convenerunt socii, et hinc Mitylenem; 13, 14.

2°. Relicta ad latus Chio, salutata Samo, appulsus Mileti; 15.

3°. Ephesum transnavigandi causa, pentecoste Hierosolymis celebranda. 16.

II. Oratio Pauli ad Ephesios Miletum evocatos : 17. in ea

1°. Rememorat

1. Universim, vitam apud illos actam; 18.
2. Speciatim, studium virtutum, fidele ministerium, argumentum prædicationis geminum, pœnitentiam scilicet et fidem; 19-21.

2°. Prænuntiat

1. Adversitates impendentes; 22, 23.
2. Alacrem in Paulo ad tolerandum animum; 24.
3. Reditum suum nunquam futurum; 25.

3°. Obtestatur pro obsequio traditæ doctrinæ præstando; 26, 27.

4°. Adhortatur ad curam fidelibus impendendam,

1. Ob datum a Spiritu Sancto munus regendæ Ecclesiæ; 28.
2. Ob periculum ab extraneis et domesticis seductoribus futurum; 29, 30.
3. Ob exemplum et monita olim data; 31.

5°. Commendat

1. Ephesios in divinam protectionem; 32.
2. Suam abstinentiam ad exemplum; 33, 34.
3. Suam instructionem ad executionem. 35.

III. Discessus conjunctus

1°. Cum pietate, 36.

2°. Cum amore, 37.

3°. Cum dolore. 38.

III°. *Historia itineris tertii.*

I. Iter susceptum :

1°. In navali cursu salutatur Cous, Rhodus et Patara; *cap.* XXI, *v.* 1.

2°. Trajicitur in Phœniciam; 2.

3°. Relicta ad sinistram Cypro, attingitur Tyrus in Syria; 3.

4°. Tyri per septem dies fit mora; ubi fideles Paulum

1. Retinere a profectione Hierosolymitana contendunt; 4.
2. Exhibitis honoris officiis, tandem dimittunt; 5.

5°. Relinquitur Tyrus, applicatur Ptolemaide, transitur Cæsaream; 6, 7.

6°. Ibidem hospitium apud Philippum, diaconum et quatuor filiarum prophetissarum patrem, sumitur. 8, 9.

II. Contentio sacra Cæsareæ :

1°. Agabus verbo et symbolo prædicit captivitatem Paulo Hierosolymis instantem; 10, 11.

2°. Comites et Cæsareenses Paulum ab itinere Hierosolymitano precibus dimovere student; 12.

3°. Paulus, his minime motus, se ad mortem etiam paratum declarat; 13.

4°. Fideles constantiæ Pauli cedunt, rem Deo permittunt. 14.

III. Adventus Pauli in urbe sancta,

1°. Præparatus a sociis, 15.

2°. Comitatus a Cæsareensibus, 16.

3°. Exceptus humaniter ab Hierosolymitanis. 17-19.

PARS IV.

ECCLESIA CHRISTI MULTIPLICITER PROBATA IN PAULO.

—

SECTIO I.

PROBATIO HIEROSOLYMIS CŒPTA.

§ I. CAPTIVITAS PAULI.

I°. *Occasio*

I. Remote data per consultationem fidelium : qua

1°. Exponitur periculum Pauli, pro legis inimico habiti; *cap.* XXI, *v.* 20-22.

2°. Proponitur exercitium legale tanquam medium. 23-25.

II. Propius oblata per observatam a Paulo legalium religionem in templo : 26.

III. Maligne usurpata a Judæis Asianis ad concitandam adversus Paulum seditionem plebis. 27-29.

II°. *Comprehensio Pauli*

I. A Judæis, tumultuariam necem machinantibus : 30-32.

II. A tribuno militiæ Romanæ vim prohibente, et vinctum in castra deducente : 33-36.

III. Ab eodem, seditiosum Ægyptium in Pauli persona suspicato, sed aliter edocto. 37-39.

§ II. CAUSA CAPTIVITATIS PAULI

I°. *Perorata coram populo.*

I. Facultas perorandi

1°. Petita a Paulo, 39.

2°. Concessa a tribuno, 40.

3°. Probata a populo, ad idioma Hebræum auditum, silente et auscultante. *Cap.* XXII, *v.* 1, 2.

II. Argumentum orationis,

1°. Exponens Pauli natales, educationem, studium religionis et zelum contra christianos; 3-5.

2°. Describens historiam conversionis compendiariam; 6-16.

3°. Enarrans missionem apostolicam,

1. Visione ac jussione divinitus impositam; 17, 18.
2. Detrectatam a Paulo, velut ob priora studia inepto; 19, 20.
3. Iterato imperatam cum destinatione ad gentes. 21.

III. Consequentia ad orationem :

1°. Populus, audita Pauli ad gentes missione, concitato tumultu, postulat ejus necem; 22, 23.

2°. Tribunus ad tumultum sedandum jubet flagellari Paulum; 24.

3°. Paulus privilegium civis Romani opponit; 25.

4°. Centurio et tribunus de hac qualitate edocti, desistunt a flagellationis actu et imperio. 26-29.

II°. *Tractari cœpta in synedrio.*

I. Tribunus vult examinari causam in sacerdotum concilio : 30.

II. Paulus dicere exorsus, sed ab Anania jussus percuti alapa, *cap.* XXIII, *v.* 1, 2.

1°. Maledicit jubenti hanc percussionem; 3.

2°. Monitus de Ananiæ pontificatu, excusat ignorantiam et testatur dignitati reverentiam; 4, 5.

3°. Memor dissensus Sadducæos inter et Pharisæos senatores vigentis, regressus ad sermonem, protestatur se Pharisæum, causamque suam versari circa spem et resurrectionem mortuorum. 6.

III. Sadducæi, cum Pharisæis de dogmate pugnantes, solvunt concilium, postremis etiam Pauli causam probantibus : 7-9.

IV. Tribunus, timens pugnantium vim, educit Paulum in castra, ubi sub noctem visione cœlesti confirmatur. 10, 11.

SECTIO II.

PROBATIO CÆSAREÆ CONTINUATA.

§ I. TRANSLATIO PAULI CÆSAREAM.

I°. *Causa,* conspiratio Judæorum contra Pauli vitam

I. Inita a quadraginta Judæis et amplius, sub voto abstinentiæ a cibo et potu : 12, 13.

II. Destinata executioni sub postulandam Pauli deductionem ad novum concilium : 14, 15.

III. Detecta Paulo a sororis filio : 16.

IV. Delata ab eodem, per militem deducto ad tribunum, huicque exposita. 17-21.

II°. *Consilium,*

I. Imperato delatori silentio, susceptum : 22.

II. Duobus centurionibus ac delectis militibus commissum : 23, 24.

III. Proprii honoris et securitatis ergo, initum a tribuno : 25.
IV. Datis ab eodem ad Felicem præsidem litteris, expositum. 26.

III°. *Nuntium epistolare*, exponens
I. Occasionem datam capiendi Paulum : 27.
II. Examen in illum institutum : 28.
III. Causam ejus agnitam nihil pertinere ad forum : 29.
IV. Detectis contra eum insidiis, visum accusatores cum reo mittere ad præsidem. 30.

IV°. *Executio consilii.*
I. Lancearii Paulum Antipatridem comitati, eumdem equitibus Cæsaream usque deducendum permittunt : 31, 32.
II. Equites deductum Cæsaream Paulum, tradita epistola, Felici sistunt : 33.
III. Præses, epistola lecta et patria Pauli cognita, custodiri eumdem in Herodis prætorio jubet; cognitionem causæ ad accusatorum adventum differt. 34, 35.

§ II. CAUSA PAULI CORAM FELICE.

I°. *Actio judicialis.*
I. Accusatio delata ab Anania et senioribus, Cæsaream appulsis, pronuntiata a Tertullo : *cap.* XXIV, *v.* 1. in hac
1°. Captatur judicis benevolentia, gratiis actis pro illius gubernatione ac providentia; 2, 3.
2°. Petitur dicendi copia; 4.
3°. Arguitur Paulus, ut auctor seditionis, et ausus violare templum; 5, 6.
4°. Narratur tribuni factum, quo Paulus Judæorum manibus ereptus, et imposita actoribus necessitas sequendi præsens forum; 7.
5°. Provocatur ad cognitionem causæ, jam a tribuno haustam. 8.
* Confirmatur oratio hæc testimonio Judæorum præsentium. 9.
II. Defensio Pauli, qui,
1°. Jussus dicere, captat benevolentiam ex perspecta dudum æquitate judicis; 10.
2°. Diluit seditionis crimen,
1. Ostendendo improbabilitatem ex nupero tantum suo in urbem adventu; 11.
2. Negando quidpiam a se in templo aut urbe factum ad seditionem aptum. 12, 13.

3°. Reddit rationem
1. De sua religione, fide ac moribus ; 14-16.
2. De sua Hierosolymam profectione et conversatione in templo. 17, 18.
4°. Provocat, ad crimen qualecumque probandum,
1. Judæos Asianos, absentes nunc, sed adducendos; 19.
2. Accusatores præsentes, præsentem convicturos. 20.
5°. Fatetur et contendit, accusari se posse de unico assertæ resurrectionis dogmate. 21.

III. Sententia Felicis
1°. Decernit causam suspendi, dum tribunus evocandus auditus fuerit; 22.
2°. Dat Paulo securitatis custodiam et detentionem laxiorem. 23.

II°. *Disquisitio religiosa*
I. Facta a Felice et Drusilla de fide in Christum : 24.
II. Exposita a Paulo, sermonem ad castitatem et judicium futurum diffundente : 25.
III. Interrupta a Felice tremefacto, et ad aliud tempus dilata : 25.
IV. Intenta ad emungendum a reo pecuniam : 26.
V. Deserta ob præsidem successorem instantem, et huic relicta, in favorem Judæorum. 24.

§ III. CAUSA PAULI CORAM FESTO

I°. *Exhibita facto.*
I. Judæi Festum Hierosolymis appulsum sollicitant pro causa Pauli ad synedrium remittenda : *cap.* XXV, *v.* 1-3.
II. Festus eamdem suum ante tribunal tractandam edicit : 4, 5.
III. Habetur forum, Judæis multa objicientibus, et nulla probantibus; Paulo se accurate defendente : 6-8.
IV. Paulus obtrusum sibi a Festo synedrii judicium respuit, et, ad præsidem jam etiam suspectum declinandum, appellat ad Cæsarem : 9-11.
V. Probante concilio, admittitur appellatio. 12.

II°. *Relata verbo.*
I. Occasionem dat adventus Herodis cum Berenice ad Festum salutandum, diuturnior cum eodem commoratio : 13, 14.
II. Narrationem facit Festus, exponens

1°. Postulationem Judæorum, Paulum damnari volentium; 15.
2°. Responsum suum de more Romanorum, neminem inauditum damnantium; 16.
3°. Forensem actionem causæ, Paulum nihil gravantis, sed ad superstitionem Judæorum communem, et sectam de Jesu resurrectione specialem duntaxat pertinentis; 17-19.
4°. Consilium suum de judicanda hac coram synedrio causa; 20.
5°. Appellationem Pauli ad Cæsarem, et illius detentionem adhuc durantem. 21.

III. Eventum ostendit Herodes Agrippa petendo, et Festus addicendo conspectum Pauli. 22.

§ IV. CAUSA PAULI CORAM HERODE AGRIPPA.

I°. *Introductio causæ.*

I. Ingreditur forum Herodes cum Berenice, sequuntur tribuni et primates, adducitur Paulus : 23.

II. Festus, præsentes allocutus,

1°. Indigitat, Paulum a Judæis ad mortem postulatum; 24.
2°. Fatetur, eumdem et a se haberi insontem, et provocasse ad Cæsarem; 25.
3°. Committit præsertim Agrippæ quæstionem de Paulo faciendam; 26.
4°. Affert pro ratione novi examinis, necessitatem mittendi cum vincto ad Cæsarem motiva captivitatis. 27.

II°. *Oratio Pauli ab Herode ad dicendum provocati.* Cap. XXVI, v. 1.

I. Præfatio, qua Paulus

1°. Gratulatur sibi, quod coram Agrippa, rerum Judaicarum gnaro, sit dicendum; 2.
2°. Postulat benevolam attentionem. 3.

II. Expositio apologetica, qua idem

1°. Declarat, se secta Pharisæum et a juventute talem ab omnibus cognitum; 4, 5.
2°. Ostendit, dogma de resurrectione, sibi suæque sectæ proprium, esse toti genti commune et fide omnino dignum; 6-8.
3°. Fatetur, zelum persecutionis contra Christianos multis facinoribus a se demonstratum; 9-11.
4°. Describit visum sibi in via Damascena objectum, objurgationem factam, et ministerium Evangelii commissum; 12-18.
5°. Addit, huic portento obsecutum se, deinceps prædicasse pœnitentiam Judæis et gentibus; 19, 20.
6°. Indicat, Judæos ob hanc causam sibi machinatos mortem, Deum autem auxiliatum; 21, 22.
7°. Contendit, suam de Messia prædicationem congruere cum prophetis, et fluere necessario ex Messiæ characteribus. 23.

III°. *Exitus causæ.*

I. Judicium Festi,

1°. Insimulans Paulum turbatæ ob nimias litteras mentis; 24.

2°. Insimulatum erroris a Paulo, et provocatione ad Agrippam refutatum. 25, 26.

II. Judicium Agrippæ,

1°. Provocatum a Paulo, laudata regis erga prophetas credulitate; 27.

2°. Datum a rege, ostensa etiam in Christi fidem animi propensione; 28.

3°. Confirmatum a Paulo, votum faciente pro omnium conversione ad fidem Christi. 29.

III. Judicium utriusque,

1°. Susceptum, consultatione seorsim cum assessoribus inita; 30.

2°. Declarans Paulum a pœnæ merito immunem; 31.

3°. Addens, ex Agrippæ suffragio, Paulum etiam dimittendum, nisi ad Cæsarem appellasset. 32.

SECTIO III.

PROBATIO ROMÆ FINITA.

§ I. DEPORTATIO PAULI MARITIMA.

I°. *Initium navigationis*

I. Factum, sub Julii centurionis custodia, Aristarchi comitatu, in navi Adrumetina: *cap.* XXVII, *v.* 1, 2.

II. Liberale, humanitate centurionis concedentis Paulo, ut Sidone inviseret amicos et se curaret: 3.

III. Felix, per mare Ciliciæ et Pamphyliæ, usque Lytram *in* Lycia. 4, 5.

II°. *Continuatio navigationis*

I. Suscepta, navigio Alexandrino in Italiam tendente: 6.

II. Tardior, ob ventum contrarium, et vix Boniportum in Creta promota: 7, 8.

III. Dissuasa a Paulo, ob tempus anni jam provectum et pericula: 9, 10.

IV. Decreta nihilominus a centurione, ob naucleri suasionem et portum hiemationi minus opportunum. 11, 12.

III°. *Periculum navigationis,*

I. Ob austri spirantis in typhonicum contrarium conversionem: 13, 14.

II. Ob navim ventorum vi insulæ Caudæ adjectam: 15, 16.

III. Ob cymbam ægre sublatam, syrtem propinquam, usumque velorum ademptum : 17.

IV. Ob tempestatem validam, ad ejiciendas merces et vasa adigentem, et, urgentibus tenebris, eripientem salutis spem. 18-20.

IV°. *Subsidium periclitantibus allatum a Pauli*

I. Vaticinio, quo Apostolus

1°. Ostendit, non fuisse negligendum nuperum consilium de hyematione in Creta ; 21.

2°. Prædicit naufragium futurum, salvis tamen hominibus ; 22.

3°. Confirmat prædictionem visione Angeli hæc vaticinati facta ; 23, 24.

4°. Excitat omnes ad fiduciam, addit de appulsu ad insulam prædictionem. 25, 26.

II. Consilio, ubi describitur

1°. Appropinquatio navigii ad insulam periculosa ; 27, 28.

2°. Aversio periculi per jactas ad firmandam in statione navim anchoras ; 29.

3°. Fuga a nautis, sub specie anchorarum promovendarum captata ; 30.

4°. Consilium et denuntiatio Pauli de cymba nautis non permittenda ; 31.

5°. Executio Paulini consilii, et cymbæ, ad fugam nautarum prohibendam, dejectio in mare. 32.

III. Monito, quo Paulus

1°. Cibum, ad tolerandos adhuc labores necessarium, suadet sumendum ; 33, 34.

2°. Cibo ipse sumpto, alios ad sequendum suum consilium incitat ; 35, 36.

3°. Satiatos comites omnes, numero septuaginta sex supra ducentos, ad extrema paratos habet. 37, 38.

V°. *Naufragium*, quod

I. Nautæ evitare student, levatis anchoris, dimissis gubernaculis, aura velo minimo captata, navim ad littoris sinum dirigentes : 39, 40.

II. Navis in isthmum impacta incurrit, prora terræ insidente, puppi autem undis avulsa : 41.

III. Milites nece vinctorum funestare statuunt, sed a centurione prohibentur : 42.

IV. Omnes partim natatu, partim tabularum subsidio evadunt. 43, 44.

§ II. STATIO PAULI HYEMALIS, ET ITER RELIQUUM.

I°. *Statio hyemalis*

I. Quæsita a naufragis, Melitam appulsis : *cap.* XXVIII, *v.* 1.

II. Permissa ab insulanis, hospites humaniter excipientibus, et igne accenso contra imbres ac frigus foventibus : 1, 2.

III. Cœpta cum variante Melitensium judicio de Paulo; utpote qui,

1°. Ictus a vipera, quasi ob vindicem sceleris pœnam, habetur homo pessimus; 3, 4.

2°. Hinc tamen nocumenti nihil passus, æstimatur Deus : 5, 6.

IV. Continuata cum Publii insulæ præfecti singulari benevolentia : 7.

V. Illustrata sanationibus miraculosis a Paulo editis, primum in Publii patre, tum in allata undequaque ægrorum multitudine : 8, 9.

VI. Finita post tres menses, honore plurimo ab insulanis exhibito, et commeatu discedentibus liberaliter addito. 10.

II°. *Iter reliquum*

I. Maritimum :

1°. Initum navi Alexandrina, Castoribus insignita; 11.

2°. Promotum Syracusas, ubi mora tridui facta; 12.

3°. Delatum Rhegium, terminatum Puteolis. 13.

II. Terrestre :

1°. Susceptum post septendialem, ad fidelium preces captatam, Puteolis moram; 14.

2°. Directum per forum Appii et tres Tabernas, ubi egressi Roma fideles occurrunt, optimo Pauli omine; 15.

3°. Desinens Romæ, concessa Paulo libera mansione, sub militari tamen custodia. 16.

§ III. GESTA PAULI SUB ROMANA CUSTODIA.

I°. *Gesta tertio post appulsum die.*

I. Paulus, convocatos Judæos allocutus,

1°. Enarrat historiam rerum in Judæa secum gestarum; 17, 18.

2°. Exponit, causam sui appulsus esse appellationem ad Cæsarem interpositam, minime vero actionem ullam contra Judæos; 19.

3°. Dat pro ratione convocationis communicationem dictorum, addens, ob spem Israelis vincula sibi fuisse injecta. 20.

II. Judæi respondentes

1°. Declarant, se neque per litteras neque per nuntios quidpiam mali de Paulo accepisse ; 21.

2°. Postulant, alio tempore de Christiana secta ubique diffamata edoceri. 22.

II°. *Gesta in conventu altero.*

I. Paulus, Judæis stato die ad suum hospitium confluentibus, exponit Evangelium, et fidem in Christum ex lege et prophetis probat, suadetque : 23.

II. Judæorum aliqui suscipiunt, alii respuunt doctrinam propositam : 24.

III. Dissensum hunc expertus, Paulus

1°. Testatur, præsenti facto impletum Isaiæ de Judæorum obduratione vaticinium ; 25-27.

2°. Denuntiat Evangelium gentibus prædicandum et ab illis recipiendum ; 28.

3°. Dimittit Judæos, sub discessum inter se altercantes. 29.

III°. *Gesta reliquo biennio.* Paulus

I. Quoscumque ad se accedentes recipit : 30.

II. Libere eosdem instruit in Evangelio et Christi fide. 31.

LIBRI HISTORICI

NOVI TESTAMENTI.

III.

HISTORIA PROPHETICA

EX APOCALYPSI BEATI JOANNIS APOSTOLI

DESCRIPTA.

HISTORIA PROPHETICA

EX APOCALYPSI JOANNIS APOSTOLI DESCRIPTA.

PROOEMIUM

CONTINENS INSCRIPTIONEM ET SALUTATIONEM.

I. Inscriptio exhibet
- 1°. Argumentum libri, *cap.* I, *v.* 1.
- 2°. Auctorem libri, 2.
- 3°. Fructum libri. 3.

II. Salutatio habet apprecationem gratiæ et pacis, donandæ
- 1°. A Deo, auctore ac fine rerum omnium; 4, 8.
- 2°. A Christo, salvatore et judice. 5-7.

VISIO I.

DE EPISCOPIS ET ECCLESIIS ASIÆ.

I°. *Historia visionis.*

I. Narratio, qua describitur Joannes, exul in Pathmo, die dominica jussus notare monita pro septem ecclesiis in Asia minore : 9-11.

II. Spectaculum, quo exhibentur
- 1°. Septem candelabra aurea ; 12.
- 2°. Christus in horum medio,
  1. Vestitus podere et cinctus zona aurea; 13.
  2. Capillis candidis et oculis flammeis; 14.
  3. Pedibus ære splendentibus et voce sonora; 15.
  4. Dextera septem stellas, ore gladium tenens, et facie fulgentissima. 16.

III. Actio, qua Christus Joannem
- 1°. Timore correptum erigit; 17.
- 2°. Proposita sua gloria et potestate animat; 18.
- 3°. Visa scribere jubet; 19.
- 4°. Episcopos per stellas, ecclesias per candelabra repræsentari edocet. 20.

II°. *Argumentum septem epistolarum.*

I. Epistola prima ad Ephesios ;

1°. Inscriptio cum charactere Christi; *cap.* II, *v.* 1.
2°. Encomium
 1. Ob prudentem cautelam contra malos et pseudodoctores; 2.
 2. Ob patientiam et constantiam; 3.
 3. Ob odium contra Nicolaitas; 6.
3°. Reprehensio de imminutione charitatis facta; 4.
4°. Adhortatio ad pœnitentiam et priorem fervorem, cum comminatione fidei alias auferendæ; 5.
5°. Promissio ligni vitæ, seu immortalitatis. 7.

II. Epistola secunda ad Smyrnenses :
1°. Inscriptio cum charactere; 8.
2°. Encomium ob fortitudinem in tribulatione, paupertate et obtrectationibus Judæorum; 9.
3°. Adhortatio ad constantiam contra imminentem persecutionem; 10.
4°. Promissio immunitatis a morte secunda. 11.

III. Epistola tertia ad Pergamenos :
1°. Inscriptio cum charactere; 12.
2°. Encomium ob fidei constantiam et martyrium Antipæ; 13.
3°. Reprehensio de tolerantia doctrinæ Nicolaitarum, cum perverso Balaami consilio congruentis; 14, 15.
4°. Adhortatio ad pœnitentiam, adjecta cladis comminatione; 16.
5°. Promissio solatii, victoriæ, et electionis ad beatitudinem. 17.

IV. Epistola quarta ad Thyatirenos :
1°. Inscriptio cum charactere; 18.
2°. Encomium ob præclara virtutum opera; 19.
3°. Reprehensio de permissa seductione Jezabelis ad fornicationem et idolothyta; 20, 21.
4°. Comminatio malorum in seductores et seductos; 22, 23.
5°. Adhortatio ad perseverantiam in bono; 25.
6°. Promissio perseverantibus facta
 1. De onere majori non imponendo; 24.
 2. De potestate in impios danda ad Christi æqualitatem; 26, 27.
 3. De beatitudine conferenda. 28.
 * Excitatio ad attentionem et executionem monitorum epistolarium. 7, 11, 17, 29.

V. Epistola quinta ad Sardenses :
1°. Inscriptio cum charactere; *cap.* III, *v.* 1.
2°. Reprehensio de hypocrisi et operum imperfectione; 1, 2.
3°. Adhortatio ad pœnitentiam, cum comminatione subito adventuri judicis; 3.
4°. Encomium quorumdam inter eos justorum; 4.
5°. Promissio justitiæ, salutis et beatitudinis obtinendæ. 5.

VI. Epistola sexta ad Philadelphios :
1°. Inscriptio cum charactere; 7.
2°. Encomium fidelitatis in rebus angustis; 8.
3°. Prædictio conversionis Judæorum et immunitatis a tentatione universali; 9, 10.

4°. Adhortatio ad retinendam gratiam; 11.
5°. Promissio celebritatis in Ecclesia militante et triumphante. 12.

VII. Epistola septima ad Laodicenos :

1°. Inscriptio cum charactere; 14.
2°. Reprehensio teporis, et falsæ de statu interno persuasionis; 15, 17.
3°. Comminatio ejectionis, qualis per vomitum fieri solet; 16.
4°. Adhortatio ad procuranda media, spirituali paupertati, cæcitati et nuditati opposita; 18.
5°. Mitigatio reprehensionis ex amore profectæ; 19.
6°. Expositio benevolæ et a Deo continuatæ vocationis; 20.
7°. Promissio regni cœlestis. 21.
* Excitatio repetita ad attentionem et executionem monitorum epistolarium. 6, 13, 22.

VISIO II.

DE SIGILLIS.

I°. *Scena prima.*

I. Narratio : Joannes, ostio cœli aperto, jubetur ascendere, raptus in extasin. *Cap.* IV, *v.* 1.

II. Spectaculum : apparent

1°. Thronus iride circumdatus, cui insidens fulgebat aspectu; 2, 3.
2°. Circa thronum sedilia viginti quatuor, in quibus seniores totidem amictu candidi, et auro coronati; 4.
3°. Ex throno procedunt fulgura et tonitrua; ante thronum ardent septem lampades, figuræ spirituum; e regione throni mare vitreum; 5, 6.
4°. Ad latera throni animalia quatuor, pennata et oculata, forma leonis, vituli, hominis et aquilæ volantis. 6, 7.

III. Actio

1°. Animalium, trisagion decantantium; 8.
2°. Seniorum, hymnus, trisagio respondens, ab illis procidulis et coronas deponentibus dictus. 9-11.

II°. *Scena secunda.*

I. Narratio et spectaculum :

1°. Liber interius et exterius scriptus, et septem sigillis signatus, videtur ad dexteram sedentis in throno; *cap.* V, *v.* 1.
2°. Angelus, indagatione facta, demonstrat, hunc librum a nemine inspici aut reserari posse; 2, 3.
3°. Joannes, de hac re dolens, edocetur a seniorum uno, Leonem de tribu Juda id posse; 4, 5.
4°. Agnus, septem cornibus et totidem oculis instructus, apparet in medio throni, animalium, et seniorum. 6.

II. Actio :

1°. Agnus acceptum librum aperit, et adoratur ab animalibus ac senioribus, cytharas et phialas tenentibus; 7, 8.

2°. Animalia et seniores hymno novo celebrant hanc Agni dignitatem, et hominum redemptionem per Illum factam, ac Ecclesiam constitutam; 9, 10.

3°. Ingens Angelorum chorus circumfusus extollit summas Agni prærogativas; 11, 12.

4°. Creaturæ omnes doxologiam sedenti in throno et Agno decantant; 13.

5°. Laudem hanc et homagium repetunt animalia et seniores. 14.

III°. *Scena tertia.*

I. Narratio et actio : aperiuntur sigilla, evocatur per vices, ab uno vel pluribus animalibus, Joannes ad videndum. *Cap.* VI, *v.* 1, 3, 5, 7, 9, 12.

II. Spectaculum : apparent apertis sigillis,

1°. Equus albus, eques instructus arcu, insignis corona, progressu victor; 2.

2°. Equus rufus, eques armatus gladio, et fugans pacem; 4.

3°. Equus niger, eques stateram tenens, adjecta voce annonæ pretium edicente, immunitatem vini et olei præstante; 5, 6.

4°. Equus pallidus, eques mors, pedissequus infernus, facultas interficiendi; 8.

5°. Animæ martyrum sub altari positæ, precatæ vindictam, dotatæ stolis albis, et ad tempus quiescere jussæ; 9-11.

6°. Prævio terræ motu,

1. Siderum aut obscuratio aut casus; 12, 13.
2. Cœli terræque mutatio localis; 14.
3. Populorum terror et desperatio; 15, 16.
4. Ingruentis judicii divini præsensio. 17.

IV°. *Scena intermedia.*

I. Spectaculum terrestre : apparent

1°. Quatuor Angeli, quatuor mundi partibus oppositi, qui prohibent ventus a terra et aquis; *cap.* VII, *v.* 1.

2°. Angelus alius, ab oriente veniens, jubet differri vindictam, donec servi Dei fuerint signati; 2, 3.

3°. Recitatur numerus universus signatorum ex Israelitis, centum quadraginta quatuor millia; 4.

4°. Recensentur singillatim duodecim millia ex tribubus singulis : scilicet

1. Ex tribubus Juda, Ruben et Gad; 5.
2. Ex tribubus Aser, Nephtali et Manasse; 6.
3. Ex tribubus Simeon, Levi et Issachar; 7.
4. Ex tribubus Zabulon, Joseph et Benjamin. 8.

II. Spectaculum cœleste : apparent coram throno et Agno

1°. Innumerabilis multitudo, ex omni natione, vestes albas et palmas præferens, Deoque et Agno salutem inclamans; 9, 10.

2°. Chorus Angelorum, seniorum et animalium doxologiam enuntians; 11, 12.

3°. Seniorum aliquis Joannem interrogatum sed nescium edocet, 13, 14. de electorum hujusmodi

1. Meritis in terra; 14.
2. Conditione in cœlis; 15.
3. Felicitate beatitudinis. 16, 17.

V°. *Scenæ tertiæ complementum.*

I. Septimo sigillo aperto fit silentium per horam mediam: *cap.* VIII, *v.* 1.

II. Hanc velut consectarium sequitur visio.

VISIO III.

DE ANGELIS, TUBIS ET TESTIBUS.

I°. *Scena prior.*

I. Spectaculum:

1°. Apparent Angeli septem, et accipiunt tubas totidem; 2.

2°. Accedit Angelus alius, qui, consistens ante altare,

1. Thuribulo aureo facit incensum, ex orationibus sanctorum; 3, 4.
2. Sumptum de altari ignem spargit in terram, sequentibus ad hoc factum tonitruo, voce, fulgure et terræ motu; 5.

3°. Septem Angeli priores parant se ad canendum tuba. 6.

II. Actio contra Judæos:

1°. Ad tubæ clangorem primum, decidit grando et ignis sanguine mixtus; terra, arbores et fœnum comburuntur; 7.

2°. Ad secundum, mons magnus ignivomus mittitur in mare, quod abit in sanguinem, piscibus morientibus et navibus consumptis; 8, 9.

3°. Ad tertium, decidua in fontes et flumina ardens stella, absinthium dicta, commutat aquas in absinthium, e quo moriuntur homines; 10, 11.

4°. Ad quartum, ex tertia parte obscurantur sol, luna et stellæ. 12.

III. Actio contra gentiles, maxime Romanos:

1°. Universim prænuntiatur per aquilam, væ triplex denuntiantem; 13.

2°. Speciatim exponitur væ primum, dum,

1. Ad quintum tubæ clangorem, cadit de cœlo stella habens potestatem abyssi; *cap.* IX, *v.* 1.
2. Aperitur puteus abyssi; inde progreditur fumus solem et aerem obscurans; 2.
3. Erumpunt cum fumo locustæ, quarum describitur
   - α. Vis nocendi, limitata quidem, sed vehemens; 3-6.
   - β. Forma magnifice ferox; 7, 8.

γ. Armatura ad celeritatem et dolum accommodata; 9, 10.
δ. Rex, nomine et omine exterminator. 11.
3°. Amplificatur per inductionem væ secundi : 12. hic
1. Angelus sextus, tuba sexta clangens, jubetur solvere quatuor Angelos in Euphrate alligatos; 13, 14.
2. Soluti educunt exercitum,
α. Exspectatione promptum; 15.
β. Numero immensum; 16.
γ. Armatura terribilem. 17, 19.
3. Exercitus immissus agit
α. Cum strage multorum; 18.
β. Sine emendatione impiorum. 20, 21.

II°. *Scena posterior.*

I. Spectaculum Angeli, qui
1°. Apparet amictus nube, coronatus iride, resplendens sole, pede uno terræ, altero mari insistens, præferens manu librum apertum; *cap.* X, *v.* 1, 2.
2°. Clamore edito, excitat voces septem, futurorum nuntias, ab Joanne tamen non manifestandas; 3, 4.
3°. Juramento facto, denuntiat dilationis negationem, mysterii consummationem. 5-7.

II. Actio Joannis, qui,
1°. Evocatus ad accipiendum ab Angelo librum, eumdem petit; 8, 9.
2°. Jussus acceptum devorare, devorat, sequente, secundum prædictionem, gustu mellis in ore, et sensu amaritudinis in ventre; 9, 10.
3°. Monetur iterum prophetare gentibus universis; 11.
4°. Jubetur, tradito calamo, metiri templum et altare Dei, neglecto atrio. *Cap.* XI, *v.* 1, 2.

III. Relatio historica de duobus testibus, quorum
1°. Characteres describuntur,
1. Per definitum missionis tempus; 3.
2. Per officium, sub olivæ et candelabri symbolis propositum; 4.
3. Per vires, contra adversarios potentissimas; 5.
4. Per donum mirabilium olim patrandorum. 6.
2°. Fata enarrantur conspicua,
1. In pugna cum bestia abyssi, ipsis mortifera; 7.
2. In negata cadaveribus eorum sepultura, cum impiorum gaudio; 8-10.
3. In resurrectione eorumdem et exaltatione, cum inimicorum noxa et terrore. 11-13.

IV. Adjectio præparatoria sequentium :
1°. Notatur væ secundum præteritum, tertium autem futurum; 14.
2°. Prænuntiatur ad tubæ septimæ clangorem, regnum Christi inchoandum et perpetuo duraturum; 15.
3°. Recitantur viginti quatuor seniorum, inde Deum adorantium, 16.
1. Grates pro regno hoc suscitato; 17.

2. Laudes pro mercede sanctis, pro pœna malignis reddita; 18.

4°. Exhibetur in cœlo templum Dei et arca testamenti, cum fulgure, grandine et terræ motu. 19.

VISIO IV.

DE MULIERE, DRACONE, BESTIIS ET ANGELIS.

I°. *Spectaculum mulieris et draconis.*

I. Apparitio utriusque :

1°. Mulier amicta sole, calcans pedibus lunam, coronata duodecim stellis, gravida et parturiens; *cap.* XII, *v.* 1, 2.

2°. Draco rufus, habens capita septem coronata, et decem cornua, caudato syrmate detrahens tertiam stellarum partem, et imminens partui mulieris; 3, 4.

3°. Partus filii ad cœlum assumpti, et fuga puerperæ ad solitudinem præparatam. 5, 6.

II. Draconis prælium,

1°. Susceptum contra Michaelem; 7.

2°. Gestum adverso successu; 8.

3°. Finitum cum amissione cœli; 9.

4°. Exceptum a cœlitum choro,

1. Canente exsultationem Christi et dejectionem draconis; 10.
2. Gratulante victoriam martyribus; 11.
3. Celebrante lætitiam habitatoribus cœli, væ incolis terræ. 12.

III. Ejusdem insectatio,

1°. Contra puerperam adornata; 13.

2°. Ab eadem, in desertum avolante, declinata; 14.

3°. Emisso pone fugientem flumine, continuata; 15.

4°. Eodem a terra absorpto, intercisa; 16.

5°. Converso in fideles furore, alio translata. 17, 18.

II°. *Spectaculum bestiæ tum maritimæ tum terrestris.*

I. Bestia ascendens ex mari,

1°. Quoad corporis formam, habet capita septem, signata nominibus blasphemiæ; gerit cornua decem coronata; æmulat colore pardum, pedibus ursum, ore leonem; *cap.* XIII, *v.* 1, 2.

2°. Quoad membrorum integritatem, gaudet sanato penitus suorum capitum uno, antea lethaliter saucio; 3.

3°. Quod sermonis facultatem, prona ad jactantiam et blasphemias, actu erumpit in easdem contra Deum, hujusque tabernaculum et sanctos; 5, 6.

4°. Quoad virium potentiam, obtinet participatam a dracone magnam, victricem et universalem; 2, 7.

5°. Quoad venerationis æstimationem, recipit adorationem cum dracone communem, et virium potentiæ respondentem. 4, 8.

* Commendatur attentio ad instantem talionis pœnam, et necessariam fidelibus patientiam. 9, 10.

II. Bestia ascendens de terra, binis cornubus agno, loquela draconi similis, 11.

1°. Conciliat adoratores bestiæ priori; 12.

2°. Edit signa magna et seductricia populi, ad facienda idola; 13, 14.

3°. Addit idolis loquelam, eorum autem cultum negligentibus mortem; 15.

4°. Hujusmodi cultores omnes charactere notat, neglectores autem a communi commercio prohibet; 16, 17.

5°. Gerit ipsa characterem proprium, mysterio plenum, ab homine nominatum, ex numero 666 definitum. 18.

III°. *Spectaculum Agni et Angelorum.*

I. Apparitio Agni :

1°. Stat Agnus in monte Sion, comitatus a choro centum quadraginta quatuor signatorum; *cap.* XIV, *v.* 1.

2°. Auditur canticum, sono validissimum, modulis suavissimum, a non signatis haud imitandum; 2, 3.

3°. Describitur signatorum integritas, privilegium, prærogativa et puritas. 4, 5.

II. Revelatio decretorum per Angelos facta :

1°. Promulgatur Evangelii perpetuitas, et prædicatio per universum, cum subjuncto ad Deum honorandum monito; 6, 7.

2°. Prædicitur Babylonis seductricis casus; 8.

3°. Denuntiatur cultoribus bestiæ et idolorum supplicium ignis æternum; 9-11.

4°. Promittitur sanctis solatium, beatitudo ac quies. 12, 13.

III. Executio judiciorum per Angelos præstita :

1°. Angelus, speciem Christi referens, auro coronatus, falce munitus, et nube candida advectus, 14.

1. Rogatur ab altero Angelo demetere messem jam maturam; 15.

2. Præstat rogata ; messis colligitur. 16.

2°. Progressus Angelus alius, acuta falce armatus, 17.

1. Jubetur ab Angelo, potestatem ignis habente, vindemiare falce maturas uvas; 18.

2. Facit imperata; vindemia mittitur in lacum iræ Dei; calcata emittit sanguinis copiam altam atque diffusam. 19, 20.

VISIO V.

DE PHIALIS ET BABYLONE.

I°. *Phialarum effusio.*

I. Apparatus

1°. Indicatus per compendiariam assertionem, qua numerantur Angeli septem ad plagas totidem spargendas destinati, notaturque plagarum acerbitas et portenti magnitudo; *cap.* xv, *v.* 1,

2°. Distinctus per immunium exceptionem, qua fideles victores exhibentur

1. Ad littus maris vitrei et igniti cum cytharis stantes; 2.
2. Canticum Moysis et Agni cantantes; 3.
3. Dei omnipotentiam, justitiam et misericordiam celebrantes; 4.

3°. Explicatus per accuratam descriptionem, qua exponitur

1. Angelorum statio prior in templo, progressio ex eodem, et vestitus ex lino candidus cum zona pectorali aurea; 5, 6.
2. Traditio phialarum septem plagis plenarum facta ab uno animalium, sub fumo templum implente et ingressum prohibente; 7, 8.
3. Mandatum Angelis datum ad phialas in terram effundendas. *Cap.* xvi, *v.* 1.

II. Executio :

1°. Ad effusionem phialæ primæ in terram, fit vulnus pessimum in idololatris; 2.

2°. Ad secundæ in mare, hoc mutatur in sanguinem, et moriuntur pisces; 3.

3°. Ad tertiæ in flumina et fontes, fit mutatio in sanguinem, 4.

1. Angelo aquarum laudante Deum talionis redditorem; 5, 6.
2. Angelo altaris concinente justitiam Dei; 7.

4°. Ad quartæ in solem, homines torquentur æstu, et impœnitentes blasphemant Deum; 8, 9.

5°. Ad quintæ in sedem bestiæ, turbatur regnum, et subditi præ dolore desperant, ac blasphemant impœnitentes; 10, 11.

6°. Ad sextæ in fluvium Euphratem, exsiccatus viam regibus orientalibus aperit. 12.

* Excitantur hi a dæmoniis, ex ore draconis et utriusque bestiæ emissis, ad prælium : 13, 14. cujus

1. Tempus erit subitaneum, et hinc a christianis vigilantibus et paratis exspectandum; 15.
2. Locus in Armagedon. 16.

7°. Ad septimæ in aerem, audita de templi throno voce, 17.

1. Fiunt fulgura, tonitrua, terræmotus maximi et alias inauditi; 18.

2. Civitas magna dividitur, urbes gentilium cadunt, Babylon destinatur pœnæ, insulæ et montes intereunt; 19, 20.

3. Grando maxima affligit homines, et ad blasphemandum movet. 21.

II°. *Babylonis fatum.*

I. Introductio ad visionem : Joannes

1°. Evocatur per Angelum phialephorum ad videndam Babylonis damnationem; *cap.* XVII, *v.* 1, 2.

2°. Defertur in desertum ad Babylonis spectaculum. 3.

II. Schema Babylonis, quo proponitur mulier

1°. Insidens bestiæ coccineæ, blasphematrici, septicipiti, decies cornutæ; 3.

2°. Ornata pretiose, manu poculum fornicarium præferens, frontem inscripta vocabulo mysterii, ex nomine Babylon mater fornicationum, ex facto famosa martyrum tyrannis. 4-6.

III. Expositio schematis ab Angelo data, 7. qua

1°. Bestiæ sors, secundum diversa tempora varians, notatur; 8.

2°. Capita septem per totidem reges, tempore inter se et a bestia distinctos, explicantur; 9-11.

3°. Cornua decem pro decem gentibus, contra Agnum pro bestia pugnantibus, accipiuntur; 12-14.

4°. Eadem, Deo volente, gentes easdem, in oppositam partem mutatas, designant; 16, 17.

5°. Aquæ pro populis, et mulier pro urbe acceptæ intelliguntur. 15, 18.

IV. Casus Babylonis

1°. Promulgatus ab Angelo,

1. Judicis personam gerente; *cap.* XVIII, *v.* 1.
2. Ruinam et vastitatem Babylonis denuntiante; 2.
3. Pro causa idololatriam ejusdem et luxum assignante; 3.

2°. Amplificatus a voce cœlesti,

1. Discessum ex eadem fidelibus suadente; 4.
2. Peccata commissa exaggerante; 5.
3. Talionem delictis reddendum indicante; 6, 7.
4. Multiplicatas pœnas divinæ potentiæ tribuente. 8.

3°. Deploratus ab idololatris,

1. Ob repentinum in primariam sociam judicium; 9, 10.
2. Ob lucrum cessans, ex omni mercium genere alias a Babylone profectum; 11-14.
3. Ob damnum emergens, in omnes cum Babylone conjunctos diffusum; 15-18.
4. Ob oppositam suis doloribus lætitiam fidelium. 19, 20.

4°. Confirmatus, projecto in mare molari saxo, tanquam symbolo Babylonis

1. Magno impetu intereuntis; 21.
2. Omni subsidio idololatriæ spoliandæ; 22, 23.
3. Hanc vindictam, ob datum omnibus scandalum et illatam martyribus necem, promeritæ. 23, 24.

V. Plausus de Babylonis casu,

1°. Datus ab Angelis, Dei justitiam ex Babylonis punitione extollentibus; *cap.* XIX, *v.* 1-3.

2°. Additus a senioribus et animalibus mysticis, ob eamdem causam concinentibus; 4.

3°. Provocatus et redditus a fidelibus in terra degentibus; 5, 6.

4°. Celebratus ab iisdem, ob auctam ex nuptiis Agni paratis lætitiam. 7, 8.

* Interveniens Angelus

1°. Beatos dicit ad has nuptias vocatos; 9.

2°. Joannem, adorationem sibi parantem, detinet monetque, solum Deum tanquam prophetiæ auctorem esse adorandum. 10.

VISIO VI.

DE BESTIIS ET DRACONE VICTIS.

I°. *Apparatus ad utramque victoriam.*

I. Progressus Christi ad prælium : aperto cœlo prodit heros

1°. Equo candido vectus, pugnare secundum justitiam suetus; 11.

2°. Fulgurantibus oculis et capite coronato emicans; 12.

3°. Veste sanguine conspersa indutus; 13.

4°. Gladium utraque parte acutum ore evibrans; 15.

5°. Nomine jam ineffabili, jam fidelis et veracis, jam Verbi Dei, jam summi regis ac domini insignitus: 11-13, 16.

II. Comitatus consistit in exercitu cœlicolarum, equis candidis vectorum, et byssino albo vestitorum : 14.

III. Augurium habetur ab evocatione avium cœlestium ad prædam ex victis capiendam. 17, 18.

II°. *Victoria de bestiis.*

I. Occurrit ex adverso ad prælium bestia maritima cum exercitu : 19.

II. Comprehenditur ipsa cum bestia terrestri; utraque dejicitur in stagnum ignis sulphureum : 20.

III. Exercitus deletur gladio, et avibus in prædam cedit. 21.

III°. *Victoria de dracone,*

I. Inchoata

1°. Per descensum Angeli, potestatem in abyssum habentis; *cap.* XX, *v.* 1.

2°. Per apprehensionem et ligationem draconis ab eodem factam; 2.

3°. Per dejectionem ejusdem in abyssum, tanquam carcerem mille annis duraturum; 3.

4°. Per adjectam prædictionem

1. De gloria fidelium mortuorum, medio tempore tribuenda; 4.
2. De conversione infidelium, sequenti tempore futura; 5.
3. De felicitate credentium, omni tempore perennatura. 6.

II. Continuata : draco, post mille annos e carcere laxatus,

1°. Seductas gentes plurimas, maxime Gog et Magog, ad prælium congregat; 7.

2°. Castra sanctorum et civitatem dilectam infestat; 8.

3°. Absumptis igne cœlesti copiis, mittitur in stagnum ignis, cum utraque bestia æternum cruciaudus. 9, 10.

IV°. *Consectaria ad victoriam.*

I. Judicium extremum : in hoc

1°. Apparet judex sedens id throno; 11.

2°. Omnes mortui comparent resuscitati; 12.

3°. Reseratis conscientiarum et prædestinationis libris, fertur sententia secundum cujuslibet opera. 13.

II. Pœna inferni inflicta

1°. Infidelibus et Ecclesiæ persecutoribus; 14.

2°. Christianis suam professionem negligentibus; 15.

3°. Peccatoribus quibuscumque gravioribus. *Cap.* XXI, *v.* 8.

III. Beatitudo cœlestis

1°. Per immutationem universi constituta; 1, 5.

2°. Sub symbolo Hierosolymæ novæ, et tabernaculi, Deum cum hominibus conversantem complexi, repræsentata; 2, 3.

3°. Ab omni malo et perpessione sanctorum libera; 4.

4°. Fervidis ac perseverantibus christianis destinata. 6, 7.

VISIO VII.

DE CŒLESTI JERUSALEM.

I°. *Spectator urbis*, Joannes

I. Provocatus ab Angelis ad spectaculum; 9.

II. Sublatus in montem altum, ad urbem cœlo descendentem conspiciendam. 10.

II°. *Spectaculum urbis splendidum*, 11. descriptum

I. Secundum partes extimas :

1°. Portæ duodecim

1. Nominibus tribuum Israelis inscriptæ; 12.
2. Quatuor mundi plagis, singulis ternæ numero, obversæ; 13.
3. Singulæ singulis margaritis conflatæ. 21.

2°. Muri cum fundamentis

1. Inscripti duodecim Apostolorum nominibus; 14.
2. Constructi ex lapide jaspido; 19.
3. Ornati lapidibus pretiosis duodecim, singulis in singula murorum totidem fundamenta distributis. 20, 21.

II. Secundum dimensionem ab Angelo factam : 15. cujus

1°. Figura quadrangularis et æquilatera; 16.
2°. Mensura solida duodecies mille stadiorum; 16.
3°. Altitudo murorum centum quadraginta stadiorum. 17.

III. Secundum conditionem interiorem :

1°. Ædificia et platea ex auro pellucido; 18, 21.
2°. Templi loco Deus Ipse et Agnus; 22.
3°. Lux et illuminatio continua, Deo et Agno vices solis et lunæ supplentibus; 23.
4°. Adventitii incolæ gentes et reges, numero et gloria abundantes; 24, 26.
5°. Aditus diu noctuque apertus, inaccessus tamen peccatoribus et reprobis; 25, 27.
6°. Fluvius urbem interluens,
 1. Ortus a sede Dei et Agni; *cap.* XXII, *v.* 1.
 2. Constitutis ad ripas arboribus vitæ, fructus singulos per singulos menses proferentibus, 2.
7°. Cives in eadem
 1. Immunes ab omni maledicto; 3.
 2. Fruentes visione divina, et signati frontem Deo; 4.
 3. Illuminandi a Deo, et regnaturi perpetuo. 5.

EPILOGUS

CONTINET PERORATIONEM ANGELI ET JOANNIS.

I°. *Angelus, agens internuntium,*

I. Fidem suis dictis facit

1°. Ex legatione Dei; 6.
2°. Ex fructu fidei et observantiæ hactenus dictorum : 7.

II. Joannem ab adoratione sibi tribuenda, monito nuper dato, prohibet : 8, 9.

III. Adhortatur eumdem, ob eventuum propinquitatem, ad prophetiæ communicationem. 10.

II°. *Idem, referens personam Christi,*

I. Prænuntiat hinc, pro vario libertatis usu, secuturam vel reproborum malitiam, vel electorum virtutem majorem : 11.

II. Declarat se judicem utrorumque futurum, sicut et omnium principium et finem : 12, 13.

III. Decernit justis beatitudinem, peccatoribus damnationem : 14, 15.

IV. Manifestat se verum Messiam, ex titulis sibi per prophetas datis, ex Ecclesiæ ad se desiderio, ex votorum per se implendorum satietate gratuita: 16, 17.

V. Cavet, ne additione aut detractione corrumpatur præsens prophetia : 18, 19.

VI. Promittit se venturum proxime. 6, 12, 20.

III°. *Joannes finiens*

I. Exoptat adventum Christi : 20.

II. Apprecatur omnibus ejusdem gratiam. 21.

LIBRI MORALES

NOVI TESTAMENTI.

I.

EPISTOLÆ CANONICÆ

SANCTI PAULI APOSTOLI.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD ROMANOS.

EXORDIUM

COMPLECTITUR INSCRIPTIONEM, SALUTATIONEM ET CAPTATIONEM BENEVOLENTIÆ.

I°. *Paulus inscribit se Apostolum* : cap. I. v. 1. apostolatum autem suum

- I. Distinguit per Evangelium, quod
  - 1°. Est Dei ; 1.
  - 2°. Fuit olim promissum et scriptum in libris sacris ; 2.
  - 3°. Agit de Christo, qui habet naturam
    - 1. Humanam ex stirpe David ; 3.
    - 2. Divinam, multis documentis declaratam. 4.
- II. Probat
  - 1°. Per auctorem, qui est Christus ; 5.
  - 2°. Per instruendorum multitudinem, inter quos sunt etiam Romani. 6.

II°. *Salutat neophytos Romanos*, precando illis gratiam et pacem. 7.

III°. *Captat benevolentiam*,

- I. Laudando fidem Romanorum ubique celebrem : 8.
- II. Contestando frequentem suam de ipsis memoriam : 9.
- III. Detegendo suum eos invisendi desiderium, 10-12.
  - 1°. Ob universalitatem sui apostolatus ; 13-15.
  - 2°. Ob conditionem Evangelii, ad salutem omnium destinati. 16.

PARS I. DOGMATICA

TRACTAT DUAS PROPOSITIONES, ALTERAM AFFIRMATIVAM, ALTERAM NEGATIVAM.

I°. Propositio affirmativa : *Fides est medium ad veram Dei justitiam.* 17.

II°. Propositio negativa : *Philosophia et lex, sine fide, non est medium ad hanc justitiam, sed potius occasio vindictæ divinæ.* 18.

§ I. PROBATIO PROPOSITIONIS NEGATIVÆ.

QUI PECCANT MERENTUR POENAM ET PRÆBENT OCCASIONEM VINDICTÆ; SED GENTILES, QUANTUMVIS INSTRUCTI PHILOSOPHIA, ET JUDÆI, QUANTUMVIS EDOCTI A LEGE, PECCARUNT : ERGO POENAM SUNT MERITI : ERGO PHILOSOPHIA ET LEX, SINE FIDE, PRÆBUERUNT OCCASIONEM VINDICTÆ DIVINÆ.

I°. *Minoris pars prima probatur :*

- I. Gentiles fuerunt instructi philosophia; quia habuerunt Dei et divinarum perfectionum notitiam
  - 1°. Inscriptam cordibus; 19.
  - 2°. Haustam ex creaturis. 20.
- II. Iidem peccarunt
  - 1°. Vitiando hanc notitiam,
    - 1. Ingratitudine et abusu scientiæ; 21.
    - 2. Superbia et ostentatione; 22.
    - 3. Idololatria stultissima : 23, 25.
  - 2°. Persequendo, quibus a Deo traditi erant,
    - 1. Desideria cordis; 24.
    - 2. Passiones ignominiæ; 26.
    - 3. Reprobum sensum : 28.
  - 3°. Perpetrando crimina
    - 1. Luxuriæ nefandæ, ex parte
      - α. Sui ipsorum, 24.
      - β. Feminarum, 26.
      - γ. Masculorum; 27.
    - 2. Corruptissimorum in omni genere morum; 29-31.
    - 3. Ignorantiæ culpabilis et consensus cum male agentibus. 32.

II°. *Major propositio,* Quicumque peccant merentur pœnam, *probatur*

- I. Ex judicio cujuslibet proprio in alios : *cap.* II, *v.* 1-3.
- II. Ex judicio Dei,
  - 1°. Qui vel pœnitentiam exigit vel pœnam aggravat; 4, 5.

2°. Qui secundum merita vel vindictam vel mercedem reddit; 6-10.
3°. Qui non est acceptor personarum, sed malefactores sive gentiles sive Judæos damnaturus. 11, 12.

III. Ex judicio
1°. Legis contra Judæos; 13.
2°. Rationis contra gentiles; 14, 15.
3°. Christi judicis contra utrosque. 16.

III°. *Minoris pars secunda probatur :*

I. Judæi edocti sunt a lege, ex qua
1°. Dei et agendorum notitiam ampliorem habent; 17, 18.
2°. Meliores se aliis et doctiores æstimant. 19, 20.

II. Iidem peccarunt gravissimis legis trangressionibus,
1°. Cum plena notitia, et contra datam aliis instructionem; 21-23.
2°. Cum gentilium scandalo et Dei contemptu; 24.
3°. Cum amissione, quam ex circumcisione habent, prærogativæ, 25. quæ
1. Cedit gentibus incircumcisis, sed legis præcepta moralia observantibus; 26.
2. Eripitur Judæis contra legem prævaricantibus; 27.
3. Propria est non tam abscissioni carnis et externo ritui, quam mortificationi cordis ac sinceræ observantiæ. 28, 29.

IV°. *Refutatio objectionum contra partem secundam.*

I. Objectio prima : Circumcisio ergo nihil prodest Judæis; *cap.* III, *v.* 1.
Solutio : Imo vero profuit multum; præcipue autem quod apud illos fuerint deposita oracula Dei. 2.

II. Objectio secunda : Sed Dei promissa et fides forsan non implentur ob Judæorum incredulitatem; 3.
Solutio : Minime, quin promissionis fidelitas fuit illustrior ex Judæorum peccatis. 4.

III. Objectio tertia : Hoc eventu incredulitatis admisso, sequitur tum Deum injuste agere infligendo pœnas, tum faciendum malum, ut eveniat bonum; 5, 7.
Solutio : Primum est aperte falsum; secundum autem calumniosum. 6, 8.

V°. *Repetitio hujus partis secundæ.*

I. Asseritur, Judæos non esse meliores gentilibus, sed æque peccatores : 9.

II. Confirmatur assertum ex ipsa lege, quæ
1°. Excipit neminem, sed omnes sub peccato concludit; 10-12.
2°. Varia peccata speciatim refert; 13-18.
3°. In hac recensione de Judæis agit et loquitur; 19.
4°. Denique ipsa non justitiam, sed peccati duntaxat cognitionem affert. 20.

VI°. *Conclusio probationis.* Colligitur ex dictis, justitiam

I. Non haberi ex lege, sed per fidem : 21, 22.

II. Omnibus, utpote peccatoribus, esse necessariam : 23.

III. Gratuitam item, Christi satisfactione comparatam, et fide obtinendam : 24-26.

IV. Nullatenus dependere ad operibus legis : 27, 28.

V. Per fidem communicari gentibus æque ac Judæis : 29, 30.

VI. Hinc correspondere cum antiquis figuris et promissis. 31.

VII°. *Confirmatio propositionis negativæ.* Justitia, qua Abraham eminuit, *cap.* IV, *v.* 1.

I. Non erat ex operibus legis : utpote quæ

1°. Non fuit externa, politica et coram hominibus solum, sed interna, vera et apud Deum ; 2.

2°. Teste Scriptura, fuit imputata, quia Abraham credidit; non ex debito reddita, quia operatus est ; 3-5.

3°. Habuit communem rationem justitiæ, quæ secundum Davidem est sors beata, ex Dei misericordia, non ex hominis merito collata ; 6-8.

4°. Acquisita jam fuit in præputio, et consignata tantum per circumcisionem ; 9-11.

5°. Necessaria erat

1. Ad titulum patris credentium Abrahæ tribuendum ; 12.

2. Ad promissa, fidei non legi facta, implenda. 13-16.

II. Sed fuit ex fide : 3, 5, 17. fides autem in Abrahamo erat

1°. Excellens et superior omni obstaculo

1. Senectutis propriæ et uxoris; 18, 19.

2. Affectus et eventus in Isaaci sacrificio superandi; 20, 21.

2°. Exemplar fidei nostræ,

1. Ratione effectus communis, qui est illius et nostra justificatio; 22, 23.

2. Ratione objecti, quod est Christus mortuus et resurgens. 24, 25.

§ II. PROBATIO PROPOSITIONIS AFFIRMATIVÆ.

JUSTITIA, QUÆ HABET EMANANTES A DEO FRUCTUS PRÆCIPUOS ET PROPRIETATES SPECIFICAS JUSTITIÆ, EST VERA DEI JUSTITIA ; SED JUSTITIA PER FIDEM ACQUISITA HABET HUJUSMODI FRUCTUS ET PROPRIETATES : ERGO JUSTITIA PER FIDEM ACQUISITA EST VERA DEI JUSTITIA : ERGO FIDES EST MEDIUM AD VERAM DEI JUSTITIAM.

I°. *Minoris pars prima.* Justitiæ per fidem acquisitæ fructus sunt

I. Pax cum Deo per Christum : *cap.* V, *v.* 1.

II. Status gratiæ cum spe gloriæ : 2.

III. Gaudium in tribulationibus, patientiam et firmitatem spei inducentibus : 3, 4.

IV. Experimentum charitatis Dei,

1°. In præsenti diffusæ in cordibus per Spiritum Sanctum; 5.

2°. In præterito impensæ per Christi mortem pro peccatoribus; 6-8.

3°. In futuro consummandæ per salutem. 9, 10.

V. Consecutio reconciliationis cum Deo per Christum. 11.

* Pro illustratione postremi fructus, confertur reconciliatio dicta cum corruptione nostra originali, et describitur utriusque

1°. Similitudo quoad unitatem principii: quod fuit

1. Adam respectu peccati et mortis; 12-14.

2. Christus respectu gratiæ et vitæ: 14.

2°. Dissimilitudo quoad excessum posterioris

1. In abundantia gratiæ; 15.

2. In potentia virtutis; 16.

3. In nobilitate regni: 17.

3°. Oppositio innata

1. Ratione effectus; 18.

2. Ratione causæ: 19.

4°. Incrementum adjectum

1. Occasione legis intervenientis; 20.

2. Efficacia mediatoris advenientis. 21.

II°. *Minoris pars secunda.* Justitiæ per fidem acquisitæ proprietates sunt

I. Non peccare amplius *cap.* VI, *v.* 1.

1°. Ob impotentiam; justi enim sunt

1. Mortui peccato, 2, 6, 7.

2. Consepulti cum Christo, 3, 4.

3. Resuscitati cum eodem, 5, 8.

4. Vitæ immortalis cum Christo participes; 9-11.

2°. Ob immunitatem

1. A servitute peccati, 12, 13.

2. A servitute legis. 14.

II. Carere peccandi periculis, scilicet

1°. Libertate: 15.

1. Quia alias forent servi peccati; 17.

2. Quia nunc sunt servi justitiæ. 18.

* Utriusque hujus servitutis

α. Origo venit ex obedientia; 16, 20.

β. Conditio postulat, servum impendi in rem domini; 19.

γ. Merces, peccati quidem est pudor et mors, justitiæ autem, sanctificatio et vita. 21-23.

2°. Occasione per legem data: utpote quæ

1. Abolita jam Judæos non obligat, sicut nec uxorem vir mortuus; *cap.* VII, *v.* 1-3.

2. Commutata in Christi fidem, oppositos prioribus fructus profert; 4-6.

3. Accepta secundum se non erat peccatum, sed potius bona, justa, sancta et spiritualis; 7, 12, 14.
4. Spectata ex usu occasio peccandi fuit, 8, 11.
   α. Ob cognitionem peccati datam; 7.
   β. Ob concupiscentiam irritatam; 8, 9.
   γ. Ob opus depravatum. 10, 13.

III. Experiri in se luctam cum victoria:

1°. Luctam quidem, secundum carnem, per sensum peccati
1. In status conditione, 14, 18.
2. In operis actione, 15, 16.
3. In executionis principio: 17, 20, 21, 23.

2°. Victoriam autem, secundum spiritum, ex conformitate cum lege Dei,
1. Per mentis approbationem, 19.
2. Per voluntatis amorem, 22.
3. Per desiderii declarationem, 24.
4. Per servitii præstationem. 25.

IV. Præservari a damnatiône: *cap.* VII, *v.* 1.

1°. Gratia enim Christi removit causam damnationis; 2.
2°. Mors Christi sustulit pœnam damnationis; 3.
3°. Spiritus Christi aufert materiam damnationis, scilicet
1. Vitam secundum carnem et contra Dei placitum institutam; 4, 8.
2. Sapientiam carnis, ex hujus vitæ regulis collectam; 5.
3. Peccatum et legis divinæ transgressionem, ab hac sapientia profectam. 6, 7.

V. Inhabitari a Spiritu Sancto: 9. cujus effectus sunt

1°. Vita spiritualis; 10.
2°. Resurrectio corporis gloriosa; 11.
3°. Immortalitas vitæ; 12, 13.
4°. Filiatio adoptiva: cujus signa sunt
1. Agi a Spiritu Dei, 14.
2. Agere charitate potius quam timore, 15.
3. Persuaderi divinitus de statu gratiæ, 16.
4. Reddi certum de gloria per patientiam. 17.

* Adhortatio ad patientiam pro gloria cœlesti: motiva patientiæ sunt
1. Collatio passionum cum gloria, quæ illas excedit; 18.
2. Cognitio hujus universi, quod, donec exspectata ejus instauratio fiat, corruptione quasi affligitur; 19-23.
3. Natura spei christianæ, quæ, quia ad bonum absens fertur, patienter exspectare debet; 24, 25.
4. Præsens Spiritus Sancti auxilium et inspiratio pro postulandis utilibus; 26, 27.
5. Consilium Dei, omnia in bonum justorum disponentis; 28.
6. Intenta justorum conformitas cum Christo; 29.
7. Hujus intentionis executio in tempore. 30.

VI. Frui securitate,
1°. Ob tutelam Dei
1. Nos protegentis; 31.
2. Nos liberaliter amantis : 32.
2°. Ob immunitatem
1. Ab accusatore ; 33.
2. A judice contrario : 34.
3°. Ob victricem constantiam
1. Contra mala et adversa ; 35-37.
2. Contra persecutores et hostes. 38, 39.

III°. *Conclusio.* Sequitur hinc Judæos, utpote unice confidentes operibus legis et fidem respuentes, reprobari a justitia et consequenter a salute. Hæc tamen illatio ut mollius audiatur, exponitur
I. Per contestationem gravissimam : *cap.* IX, *v.* 1.
II. Per manifestationem tristitiæ et doloris : 2.
III. Per votum pro Judæorum causa : 3.
IV. Per comparationem cum priore Dei erga Judæos prædilectione. 4, 5.

§ III. CONFIRMATIO UTRIUSQUE PROPOSITIONIS

CONTINET REFUTATIONEM OBJECTIONUM, SOLUTIONEM QUÆSTIONUM, ET PROPOSITIONEM TUM SOLATII TUM CAUTELÆ.

I°. *Refutatio objectionum.*
I. Objectio prima : Hæc reprobatio videtur contraria promissioni divinæ Judæis factæ. 6.
Refutatur
1°. Ratione ; quia promissio hæc non pertinet ad omnes Abrahæ posteros et tales secundum carnem ; sed ad illos secundum spiritum filios promissionis et imitatores fidei. 6-8.
2°. Exemplo
1. Isaaci solius præmissi ; 7, 9.
2. Jacobi, gratuita Dei benevolentia, Esau prælati. 10-13.
II. Objectio altera : Hæc discretio arbitraria videtur contraria justitiæ. 15.
Refutatur
1°. Ex parte miserationis ; quia hæc
1. Est Deo libera ; 15.
2. Nullatenus pendet ab homine. 16.
2°. Ex parte derelictionis ; quia hæc
1. Conducit ad Dei gloriam ; 17.
2. Nec minus est Deo libera. 18.

III. Objectio tertia : Hæc dispositio derelictis dat exceptionem contra Deum. 19.

Refutatur

1°. Paritate figuli, de vasis suis pro libitu disponentis; 20, 21.

2°. Ratione; quia Deus hoc permittit tantum, et potuit permittere; cum

1. Finis hujus sit manifestatio perfectionum divinarum tam erga reprobos quam erga electos; 22, 23.
2. Eventus reparetur substitutione gentilium; 24-26.
3. Decretum relinquat Judæis salutem sub finem mundi. 27-29.

II°. *Solutio quæstionum.*

I. Quæstio prima : Cur Judæi, quantumvis aspirent ad justitiam, nunc tamen non justificantur? 30, 31.

Responsio

1°. Indicat causam; quia Judæi

1. Ex operibus legis, non ex fide, justificari volunt; 32.
2. Scandalizantur in Christo, cujus fides salvat. 33.

2°. Detegit originem,

1. Præmittendo sui erga Judæos amoris testificationem; *cap.* x, *v.* 1.
2. Fatendo in illis zelum, sed non secundum scientiam; 2.
3. Dicendo errorem, eumque tribuendo ignorantiæ. 3.

3°. Defendit judicii circa hoc divini æquitatem, ostendendo justitiam convenire fidei,

1. Ob finem ipsius legis, qui est Christus; 4.
2. Ob effectum promissum, qui est,
   α. Respectu legis, incolumitas vitæ; 5.
   β. Respectu fidei, salus animæ : 9.
3. Ob medii facilitatem,
   α. Prædictam a Moyse; 6-8.
   β. Stantem in assensu cordis, et confessione oris : 9, 10.
4. Ob utilitatem ad omnes sine discrimine extensam,
   α. Scriptura testante, 11, 13.
   β. Ratione probante. 12.

II. Quæstio secunda : Cur Judæi in hoc casu non excusentur?

Responsio

1°. Concedit quidem, necessariam esse

1. Credituris prædicationem; 14.
2. Prædicaturis missionem; 15.

2°. Ostendit autem, Judæos Apostolis, Evangelio, et verbo Christi fuisse incredulos; 16, 17.

3°. Colligit hinc, esse inexcusabiles; quia obtendere nequeunt

1. Vel defectum medii, cum Evangelium fuerit ubique annuntiatum; 18.
2. Vel defectum exempli, cum gentes jam fidem susceperint; 19, 20.
3. Vel defectum auxilii, cum Deus ad eos manus extenderit. 21.

III°. *Propositio solatii et cautelæ.*

I. Solatium pro Judæis : horum repulsam

1°. Non esse universalem, constat

1. Experimento Pauli proprio; *cap.* xi, *v.* 1.
2. Adoptione Judæorum in populum Dei; 2.
3. Exemplo præservatorum ab idololatria, tempore Eliæ; 2-4.
4. Documento neophytorum gratuito electorum; 5, 6.
5. Electione paucorum stabilita, ex pluribus secundum prophetias derelictis et excæcatis; 7-10.

2°. Nec esse perpetuam, sed cum spe reditus conjunctam, 11. colligitur

1. Ex bono per Judæorum resipiscentiam eventuro; 12, 15.
2. Ex Pauli pro Judæis convertendis labore et zelo; 13, 14.
3. Ex Judæorum cum patriarchis, et Apostolorum cum Judæis cognatione. 16.

II. Cautelæ pro gentilibus, ne arrogantius sibi complaceant; quia gentiles

1°. Sunt exterius quasi assumpti, et penduli a Judæis; 17, 18.
2°. Debent timere similem incredulitatis casum; 19, 20.
3°. Punientur, ni perseverent, æquali excidio; 21, 22.
4°. Videbunt Judæos, nisi hi obstinati fuerint, rursus assumi. 23, 24.

III. Repetitio utriusque;

1°. Et quidem solatii pro Judæis; quia

1. Ruina Israelis est tantum ex parte, ac permissa ad certum tempus; 25.
2. Salus futura totius Israelis est jam prædicta; 26, 27.
3. Deus amat Judæos propter patriarchas; 28.
4. Idem est constans in donis et promissis. 29.

2°. Cautelæ autem pro gentilibus; quia

1. Deus utrorumque incredulitatem permisit ad alternam misericordiam et misericordiæ indigentiam declarandam; 30-32.
2. Judicia Dei sunt inscrutabilia et abyssus; 33, 34.
3. Beneficiorum suorum Deus nulli est debitor, sed arbiter et auctor. 35, 36.

PARS II. ETHICA

SUBJICIT TRIA DOCUMENTA MORALIA.

I°. *Documentum primum.* Ad ortas inter gentiles et Judæos contentiones compescendas, Paulus commendat,

I. Tanquam fundamenta pacis,

1°. Mortificationem corporis; *cap.* XII, *v.* 1.

2°. Reformationem spiritus; 2.

3°. Modestiam mentis et sensus; 3.

4°. Studium boni communis, et mutuam, sine turbatione tamen, communicationem. 4, 5.

II. Tanquam adjumenta pacis,

1°. Propria viris ecclesiasticis,

1. Universis, perfectionem functionum, cujuslibet conditioni propriarum; 6.

2. Interpretibus, conformitatem cum fide; 6.

3. Ministris et catechistis, homogeneas officio rationes; 7.

4. Prædicatoribus exhortationem; œconomis integritatem; præsidibus sollicitudinem; parabolariis hilaritatem : 8.

2°. Communia fidelibus omnibus,

1. Circa se, tum sinceritatem tum odium mali et amorem boni; 9.

2. Circa proximum, charitatem fraternam et studium officiosum; 10.

3. Circa Deum, alacritatem, fervorem, reverentiam, confidentiam, patientiam et orationis constantiam. 11, 12.

III. Tanquam exercitia pacis, officia virtutum erga quoscumque, maxime autem

1°. Erga egentes et peregrinos; 13.

2°. Erga persecutores; 14.

3°. Erga lætos et mœstos; 15.

4°. Erga sentientes aliter; 16.

5°. Erga dantes offensam; 17.

6°. Erga contentiosos; 18.

7°. Erga injuriosos; 19.

8°. Erga inimicos. 20, 21.

II°. *Documentum secundum.* Ad effectum independentiæ et nimiam libertatem in Judæis coercendam, exponit Paulus officia erga homines debita : scilicet debetur

I. Superioribus subjectio, et præstatio; *cap.* XIII, *v.* 1, 7.

1°. Quia potestatis superioris auctor et vindex est Deus; 1, 2.

2°. Quia ejusdem finis est protectio boni et vindicta mali; 3, 4.

3°. Quia illius effectus est obligatio etiam in conscientia et coram Deo. 5, 6.

II. Proximo dilectio;

1°. Quia hæc est compendium secundæ tabulæ; 9.

2°. Quia eadem est plenitudo legis. 8, 10.

III. Sibi ipsi

1°. Vigilantia, ob vitæ brevitatem et mortis instantiam; 11.

2°. Operatio boni et fuga mali, ob Evangelii præsentiam ; 12.

3°. Omnigena temperantia, ob et ad exemplum Christi. 13, 14.

III°. *Documentum tertium.* Ad dirigendas neophytorum conscientias, circa variantem inter Judæos et gentiles tum usum ciborum tum observationem dierum, Paulus præscribit regulas, quarum hic est tenor :

I. Infirmi in fide tractantor leniter. *Cap.* XIV, *v.* 1.

II. Quisque ex sua conscientia vivere permittitor. 2, 5.

III. Alter alterum judicare non præsumito; 3.

1°. Quia hoc ad Dei rationes pertinet; 4.

2°. Quia in agendo differentes eumdem tamen finem bonum spectant; 6.

3°. Quia quilibet est sub Dei et Christi dominio; 7-9.

4°. Quia judicium sibi Christus cum Deo reservavit. 10-12.

IV. Scandalum ne dator libertate edendi; 13.

1°. Quia, licet cibus nulli per se sed tantum per accidens sit illicitus, scandalizans tamen agit contra charitatem, et perdit proximum; 14, 15,

2°. Quia cavenda est occasio obtrectationum ; 16.

3°. Quia non alimenti usu, sed in justitiæ et pacis studio ac gaudio spirituali, stat christiana perfectio. 17, 18.

V. Pax et ædificatio custoditor. 19.

VI. Omittitor manducatio alias licita, si scandali sit occasio;

1°. Quia infirmo alias est ruinæ causa ; 20.

2°. Quia melior est abstinentia offensam impediens; 21.

3°. Quia conscientia recta spectat ad proprium habentis usum; 22.

4°. Quia agens præter aut contra conscientiam, licet erroneam, peccat. 23.

VII. Non sibi, sed proximo, ubique commodandi studium esto; *cap.* XV, *v.* 1, 2.

1°. Quia Christus, sustinendo pœnas pro nobis, non sibi sed proximo commodavit ; 3.

2°. Quia decet nos, dato ad patientiam et consolationem, exemplo Christi conformari; 4-6.

3°. Quia et Christus, tam gentibus quam Judæis indulgendo, honorem Dei promovit, 7.

1. Respectu Judæorum quidem, aperiendo Dei fidelitatem ; 8.

2. Respectu gentium autem, illustrando Dei misericordiam, a Davide et Isaia prædictam. 9-12.

EPILOGUS

CONTINET CAPTATIONEM BENEVOLENTIÆ, EXCUSATIONEM, EXPOSITIONEM, POSTULATIONEM ET APPRECATIONEM.

I°. *Paulus captat benevolentiam,*

I. Optando pacem et augmentum spei donorumque Spiritus Sancti : *cap.* XV, *v.* 13.

II. Humaniter tribuendo Romanis encomium charitatis et scientiæ. 14.

II°. *Excusat litterarum suarum libertatem aliquam,*

I. Ex scripti argumento, quod nihil novi continet, sed res jam cognitas in memoriam tantum revocat : 15.

II. Ex scriptoris munere, apostolatu scilicet per Evangelium ad gentes exercendo : 16.

III. Ex sperato scriptionis successu, qui hactenus ad Pauli prædicationem fuerat

1°. Coram Deo gloriosus ; 17.

2°. In gentium conversione efficax et miraculis comitatus ; 18.

3°. Ab Hierosolyma usque in Illiricum diffusus ; 19.

4°. Ad nationes, ab aliis necdum excultas prolatus, sine alicujus laboris aut honoris diminutione, cum prophetiæ complemento. 20, 21.

III°. *Exponit de suo in urbem adventu*

I. Hactenus omisso, rationem et impedimentum : 22.

II. Aliquando futuro, desiderium et opportunitatem : 23, 24.

III. Adhuc differendo, interventum profectionis Hierosolymam suscipiendæ : 25-27.

IV. Tandem eventuro, modum et fructum. 28, 29.

IV°. *Postulat Romanorum preces,*

I. Pro impetrando sibi adjumento : 30.

II. Pro obtinendo contra infideles præsidio, et a fidelibus beneplacito : 31.

III. Pro perficiendo in urbem appulsu. 32.

V°. *Apprecatur omnibus pacem.* 33.

ADJECTIO SIVE POSTSCRIPTUM

CONTINET COMMENDATIONEM, SALUTATIONEM ET SALUTANTIUM RECENSIONEM, MONITIONEM ET APPRECATIONEM.

I°. *Commendat Paulus Phæben ejusque negotia.* Cap. XVI, v. 1, 2.

II°. *Salutat fideles viginti octo, præter integras quorumdam familias, eos nominatim compellando et honorario quodam attributo distinguendo.* 3–15.

III°. *Recenset salutantes*, inter quos sunt

I. Ecclesiæ integræ : 16.

II. Viri, numero septem et muneribus distincti : 21, 23.

III. Amanuensis, ipse nomen suum et salutationem inferens. 22.

IV°. *Monet notari et vitari dissensionum auctores ;* 17.

I. Quia, non Deo, sed ventri serviunt, et seducunt incautos : 18.

II. Quia obedientia adhuc præstita, et providentia, in futurum habenda, id postulant. 19.

V°. *Precatur et optat*

I. Satanæ oppressionem et ruinam : 20.

II. Fidelibus gratiam Christi : 24.

III. Deo, tanquam perseverantiæ in fide nunc revelata et diffusa auctori, honorem et gloriam. 25–27.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD CORINTHIOS PRIMA.

EXORDIUM

CONTINET SALUTATIONEM, GRATULATIONEM ET PROMISSIONEM.

Paulus Apostolus cum Sosthene cap. I, v. 1.

I. Salutat christianos Corinthi et in vicinia,
 1°. Compellando eos honorifice; 2.
 2°. Apprecando illis gratiam et pacem. 3.

II. Gratulatur iisdem
 1°. De gratia ipsis data; 4.
 2°. De charismatis externis; 5.
 3°. De accepta per hæc confirmatione fidei. 6.

III. Præstat certos, ob Dei fidelitatem, 9.
 1°. De gratiarum posthac necessariarum præsentia; 7.
 2°. De futura in finem perseverantia. 8.

PARS I. ELENCTICA

CONTINET REPREHENSIONEM SCHISMATIS ET SIMULTATIS, CRIMINIS ET REATUS, DEFECTUS ET ERRORIS.

§ I. FACTIOSA CORINTHIORUM IN PARTES SCISSIO.

I°. *Proponitur factum*

I. Per obsecrationem Apostoli a schismate dehortantis: 10.

II. Per relationem denuntiantium: 11.

III. Per expositionem dissensionis et tesseram dissidentium. 12.

II°. *Reprobatur hæc divisio,*

I. Spectata secundum se, hoc argumento:
 * Qui tanquam caput et nomenclator sectæ, in religionem Christi inducendæ, assumitur, debet esse redemptor, et auctor sacramentorum, præsertim baptismi: sed

1°. Neque plures sunt Christi; 13.
2°. Neque ullus in sectæ caput assumptus est redemptor hominum vel auctor baptismi; 13, 15.
3°. Neque Paulus quidem fuit communis minister baptismi;
1. Quia baptizavit reipsa tantum tres; 14, 16.
2. Quia non tam ad baptizandum, quam ad evangelizandum est missus. 17.

II. Considerata secundum causam ob quam unus magister præferatur alteri, hoc argumento :

• Propter id unus alteri in religione non est præferendus, cujus rationem Deus in diffusione Evangelii nullam habuit : sed Deus rationem humanæ vel eloquentiæ vel sapientiæ vel præcellentiæ nullam habuit in hac diffusione : ergo propter has nullus alteri, nec Apollo Paulo est præferendus.

Minor ostenditur

1°. Ex effectu, qui est mundi conversio, non debita sapientiæ humanæ, sed cruci Christi: quæ reprobis est stultitia, salvandis autem medium efficax; 17, 18.
2°. Ex medio, quod, secundum prophetiam, prædicatio simplex et incompta præbuit, neglecta sermonis eloquentia, et frustrata ratione humana; 19-22.
3°. Ex objecto, quod est Christus, Judæis quidem scandalum et gentibus stultitia, reipsa tamen potentia et sapientia divina; 23-25.
4°. Ex instrumento, quod fuerunt Apostoli, dotibus humanis minus nobiles, 26.
1. Ad confundendam præcellentiam humanam; 27, 28.
2. Ad tollendam gloriationem vanam; 29.
3. Ad tribuendam Deo gloriam. 30, 31.

Eadem minor confirmatur ex Pauli prædicantis exemplo, qui, in sua prædicatione,

1°. Neglexit sapientiam humanam, *cap.* II, *v.* 1.
1. Objectum scientiæ aliud sibi proponendo; 2.
2. Modum minus accommodum usurpando; 3.
3. Medium oppositum deligendo; 4.
4. Effectum præstantiorem obtinendo. 5.
2°. Sectatus est sapientiam ab humana diversam : 6. cujus præcellentia et divinitas patet
1. Ex argumento, mysteria complectente; 7.
2. Ex natura, cognitionem humanam et omnem sensum transcendente; 8, 9.
3. Ex dato illius magistro Spiritu Sancto, solo omnia et divina cognoscente; 10-12,

4. Ex discipulis, ejus intelligendæ
    α. Capacibus, perfectis scilicet et spiritualibus; 6, 13, 15.
    β. Incapacibus etiam, hoc est, animalibus; 14, 16.
    γ. Ineptis demum, scilicet carnalibus, aut jurgia adhuc foventibus; cujusmodi etiamnum sunt Corinthii. *Cap.* III, *v.* 1-4.

III. Relata ad personas propter quas est schisma, hoc argumento :

* Non est tanquam dux vel auctor factionis alicujus statuendus, qui non est dominus aut primas, sed merus famulus et obnoxius alteri : sed Apostoli et reliqui doctores sunt meri famuli et obnoxii Deo ac Christo : ergo.

Minor ostenditur, tum id simpliciter asserendo, 5. tum probando

1°. Ratione operæ, quam tantum secundum diversa officia præstant
1. Vel ut boni coloni, 6, 9.
2. Vel ut architecti : 10.

2°. Ratione præcipui a Deo et Christo ad operam conferendi : scilicet
1. Incrementi in plantis, 7.
2. Fundamenti in ædificio : 11.

3°. Ratione mercedis proportionatæ
1. Ad laborem in horto, 8.
2. Ad opus in ædificio : 13.

4°. Ratione examinis rigidi pro opere subeundi; 12, 13. ita ut reddatur, pro imposita fundamento fabrica
1. Utili et stabili, præmium ; 14.
2. Minus utili et defectuosa, correctio pœnalis ; 15.
3. Difformi et noxia, destructio et excidium : 16, 17.

5°. Ratione frustranei subsidii, aliunde accersendi
1. Sive a sapientia humana, 18-20.
2. Sive a favore hominum : 21.

6°. Ratione finis, qui est
1. Proximus quidem, utilitas hominis; 22.
2. Remotus autem, gloria Christi et Dei : 23.

7°. Ratione muneris mere dispensatorii et ex fidelitate dijudicandi; *cap.* IV, *v.* 1, 2. quod judicium
1. Ab hominibus usurpatum, non æstimatur; 3.
2. A dispensatore sibi ipsi datum, non sufficit; 4.
3. A Deo judice omniscio olim ferendum, rem plene decidet. 5.

III°. *Componitur triplici documento,* quo Paulus Corinthios

I. Dehortatur, ne superbiant, 6.

1°. Sive propter dona, quia mero Dei beneficio sunt data, 7.
2°. Sive propter sufficientiam, quia hæc principaliter debetur aliis ; 8.
3°. Sive propter prosperitatem, quia hæc aliena est ab Apostolorum
1. Conditione, 9, 10.
2. More, 11, 12.
3. Experimento. 13.

II. Monet eosdem,

1°. Ut sibi tanquam patri obediant; 14, 15.

2°. Ut suum, et ita Christi, exemplum sectentur; 16.

3°. Ut Timotheum, eos nomine suo commonefacturum, audiant. 17.

III. Minatur discolis

1°. Suum ad eos adventum proximum; 18.

2°. Inquisitionem in eorum, non tam verba speciosa, quam opera virtutum instituendam; 19, 20.

3°. Severitatem pœnæ in reos exerendam. 21.

§ II. CRIMEN INCESTUOSI, REATUS CORINTHIORUM, ILLIUS POENA, HUJUS CORRECTIO.

I°. *Exponitur factum,*

I. Ostensa criminis ab incestuoso commissi malitia: *cap.* v, *v.* 1.

II. Exprobrata Corinthiorum incestuosum apud se tolerantium indolentia. 2.

II°. *Punitur crimen excommunicatione,* cujus proponitur

I. Judicialis sententia: 3.

II. Causa efficiens et concomitans: 4.

III. Forma et finis. 5.

III°. *Corrigitur reatus,* præscripta cautela

I. De ejiciendis facinorosis, sub allegoria fermenti tempore paschali expurgandi: 6-8.

II. De vitanda communione cum sceleratis, 9.

1°. Non quidem quibuscumque et infidelibus; 10, 12, 13.

2°. Sed fidelibus alias et christianis. 11.

§ III. DEFECTUS ACTIONIS REPREHENSUS, ERROR OPINIONIS DAMNATUS.

I°. *Defectus actionis,* stans in delatione litis ad judicem infidelem a fideli contra fidelem facta, dedecet plane christianum: *cap.* VI, *v.* 1.

I. Et quidem etiamsi actor sit læsus; quia hac actione

1°. Spoliat se dignitate, qua olim pollebit ut judex mundi; 2, 3.

2°. Ecclesiam infamat, quasi hæc nequeat dare arbitrum aut judicem; 4, 5.

3°. Fraternam charitatem lædit cum scandalo; 6.

4°. Deficit a perfectione christiana. 7.

II. Multo magis si actor ipse est lædens: quia

1°. Injustitia crescit ex violato charitatis debito; 8.

2°. Iniquitas hæc est amissione cœli vindicanda. 9.

II°. *Error damnatus* versatur

I. Circa mala intrinseca : quæ

1°. Certo inferunt jacturam cœli ; 9, 10.

2°. Repugnant conditioni christianorum. 11.

II. Circa indifferentia : quorum usus

1°. Non semper expedit ; 12.

2°. Libertatem sæpe minuit ; 12.

3°. Ad salutem nihil prodest. 13.

III. Circa fornicationem ; utpote quia

1°. Male refertur inter indifferentia ; 13, 14.

2°. Violat unionem cum Christo, et facit cum scorto ; 15-17.

3°. Injuriam facit proprio corpori ; 18.

4°. Sacrilegium committit in Spiritum Sanctum ; 19.

5°. Rapinam agit contra Deum. 20.

PARS II. DIDACTICA

CONTINET INSTRUCTIONES DE MATRIMONIO ET COELIBATU, IDOLOTHYTORUM USU, DECORO IN ECCLESIIS, CHARISMATIBUS, ET RESURRECTIONE MORTUORUM.

§ I. INSTRUCTIO DE MATRIMONIO ET COELIBATU.

I°. *Matrimonii*

I. Usus

1°. Per se loquendo melius cohibetur; *cap.* VII, *v.* 1.

2°. Per accidens expedit, 2.

1. Jure conjugis utriusque æquali; 3, 4.

2. Omissione consensum, tempus et causam exigente; 5.

3°. Indulgetur, non præcipitur; 6.

4°. Intermitti potius suadetur. 7.

II. Aditio

1°. Absolute non est utilior; 8.

2°. Respective tamen præfertur periculo incontinentiæ. 9.

III. Solutio

1°. Inter conjuges utrinque fideles

1. Non habet locum, 10.

2. Saltem quoad vinculum : 11.

2°. Inter dispares fide,

1. Ubi infidelis cohabitare vult sine contumelia creatoris, solutio nec suadenda nec necessaria est; 12-14.

2. Si infidelis nolit, nec sit spes fructus, solutio habet locum; 15, 16.

3. In hoc tamen casu nihil agendum temere; quantum etiam religio sinit, non minus retinendum est matrimonium, ac pristinum vitæ institutum circumcisionis aut præputii, servitutis aut libertatis. 17-24.

II°. *Cœlibatus*

I. Virginibus, non quidem præcipitur, sed tamen suadetur, 25.

1°. Ob vitæ conditionem eamdem, pro temporis difficultate, retinendam; 26, 27.

2°. Ob molestias matrimonii; 28.

3°. Ob vitæ brevitatem, et rerum terrenarum fluxam ac fallacem conditionem; ratione cujus adhærendum est

1. Nullis affectibus; 29.

2. Nullis rebus : 30, 31.

4°. Ob sollicitudinem, qua

1. Liberantur cœlibes; 32.

2. Gravantur conjuges : 33, 34.

5°. Ob perfectionem cœlibatus, 35, 38. excepto tamen et absente casu
1. Vel dedecoris futuri; 36.
2. Vel necessitatis aut impotentiæ præsentis. 37.

II. Viduis
1°. Cœlibatus declaratur non minus liber, ac novum conjugium; 39.
2°. Suadetur tamen tanquam melior præ nuptiis. 40.

§ II. INSTRUCTIO DE IDOLOTHYTORUM USU.

I°. *Deliberatio de hoc usu* instituitur : porro usus ille,

I. Ratione subjecti,
1°. Videtur licitus; quia vescentes idolothytis sciunt, *cap.* VIII, *v.* 1.
1. Idolum esse nihil; 4.
2. Non dari Deos aut dominos gentilium; 5.
3. Patrem unum esse Deum, et Christum unum Dominum.
2°. Ostenditur illicitus; quia scientia hæc
1. Vel est sine charitate, et hinc
α. Inflat; 1.
β. Non est vera et practica scientia; 2.
γ. Nec approbata a Deo; 3.
2. Vel abest a manducantibus, ex errore idola et idolothyta adhuc æstimantibus. 7.

II. Ratione objecti,
1°. Videtur licitus; quia nec cibus ullus nec ejus manducatio vel abstinentia ex se et per se prodest aut obest; 8.
2°. Ostenditur illicitus; quia manducatio ejusmodi obest
1. Infirmis,
α. Ob scandalum capiendum; 9,
β. Ob imitationem futuram; 10.
γ. Ob ruinam secuturam; 11.
2. Fortibus, ob peccatum scandali activi committendum. 12.

III. Ratione circumstantiarum, concluditur semper omittendus, ubi scandalum proximi hinc sequeretur. 13.

II°. *Confirmatio conclusionis* desumitur ex exemplo Pauli, a rebus alias licitis abstinentis. Argumentum hoc est : Apostoli gaudent facultate vivendi ex sumptibus, vel gratuito vel debito subministratis : Paulus est Apostolus: ergo hac facultate gaudet. Subsumitur : atqui tamen eadem nullatenus est usus : ergo.

I. Minor constat
1°. A priori; quia Paulus ab ipso Christo est missus; *cap.* IX, *v.* 1.
2°. A posteriori; quia Pauli apostolatum ipsi maxime Corinthii experti testautur et defendunt. 2, 3.

II. Conclusio

1°. Sequitur : Ergo Paulus habet facultatem

1. Vel acceptandi victum sumptu publico præstandum; 4.
2. Vel admittendi gratuitum mulierum ministrantium officium; 5.

2°. Probatur; quia Paulus reliquis Apostolis, alterutro jure gaudentibus, est omnino æqualis. 6.

III. Major seu debitum subministrandi Apostolis omnia ad sustentationem necessaria, probatur

1°. Ex similitudine cum militia, cum cultura vinitoria et pastoritia; 7.
2°. Ex lege veteri de bove triturante, principaliter ad operarios pertinente; 8-10.
3°. Ex beneficii dati excessu supra officium reddendum; 11.
4°. Ex comparatione cum aliis operariis et legis veteris ministris; 12, 13.
5°. Ex ordinatione Christi. 14.

IV. Subsumptum ostenditur

1°. Positive; quia Paulus hac facultate nec usus est hactenus, nec utitur in præsens, nec utetur postea,

1. Ne difficilem reddat Evangelii promulgationem; 12.
2. Ne amittat gloriam, et meriti materiam : 15. quæ stat in Evangelii prædicatione,
   - α. Non simpliciter exercita, 16, 17.
   - β. Sed gratis ac sine ullius sumptu suscepta. 18.

2°. Comparative; quia Paulus, ulterius progressus, et addens potius de suo,

1. Subjecit se omnibus et servum fecit; 19.
2. Accommodavit se moribus ac consuetudini
   - α. Judæorum, aut legem adhuc observantium; 20.
   - β. Gentilium, aut legem negligentium; 21.
   - γ. Infirmorum ac rudium : 22.
3. Intendit in his omnibus duntaxat
   - α. Lucrum et salutem omnium : 22.
   - β. Evangelii diffusionem et fructum. 23.

III°. *Amplificatio confirmationis* inducitur per commendationem temperantiæ et abstinentiæ; hanc enim necessariam esse

I. Ad consequendam gloriam, ostendit similitudo

1°. Cursorum in stadio; 24.
2°. Luctatorum in arena : 25.

II. Ad curandam salutem, demonstrat exemplum Pauli

1°. Cursu et lucta contendentis; 26.
2°. Corpus subigentis et castigantis : 27.

III. Ad præcavenda peccata, exponit figura Judaici populi, qui typice repræsentabat *cap.* x, *v.* 6, 11.

1°. Concessa christianis beneficia, scilicet

1. Evocationis ex infidelitate ad fidem; 1.
2. Emundationis per baptismum; 2.
3. Nutritionis per eucharistiam : 3, 4.
2°. Timendam iisdem ruinam ex oriundis a gula peccatis 5.
1. Idololatriæ, 7.
2. Fornicationis, 8.
3. Tentationis contra Deum, 9.
4. Murmurationis. 10.

IV. Ad vincendas tentationes, insinuant
1°. Commendatæ etiam fortibus cautio et vigilantia; 12.
2°. Indicatæ tentationum gravitas et divini auxilii necessitas. 13.

IV°. *Regularum adjectio et necessitas.*

I. Regula circa idolothyta in idolio
1°. Proponitur: abstinendum hic omnino est ab illorum esu tanquam idololatrico; 14.
2°. Exponitur: quia communicatio hic cum idololatris intercedens facile ab omnibus agnoscitur, 15.
1. Ex comparatione cum communicatione eucharistica; 16, 17.
2. Ex comparatione communicationis cum sacris leviticis; 18.
3°. Impugnatur ea exceptione, quod idola sint nihil, et nihil immolata iisdem; 19.
4°. Vindicatur : quia
1. Idolothyta a gentiibus revera immolantur dæmoniis; 20.
2. Participatio autem cum dæmoniis est omnino illicita, et Dei vindictam provocat. 21, 22.

II. Regula circa adiaphora : in horum usu attendendum, non præcise quid liceat, sed præterea, an et
1°. Quid expediat; 22.
2°. Quid ædificet; 23.
3°. Quid proximo prosit. 24.

III. Regula de cibis extra idolium
1°. Proponitur, respectu diversorum casuum :
1. Si exponantur publice cum aliis, licet eorum esus, inquisitione etiam non præmissa; 25, 26.
2. Si offerantur in convivio etiam infidelis, idem licet et eodem modo; 27.
3. Si prodantur tanquam immolati, non licet esus propter futurum alias monitoris scandalum; 28.
2°. Impugnatur ex eo, quod postremæ regniæ
1. Obstet jus libertatis propriæ; 29.
2. Prævalere possit bona intentio; 30.
3°. Vindicatur : quia quæcumque agimus agenda sunt
1. In gloriam Dei; 31.
2. Sine scandalo cujuscumque; 32.
3. Ad proximi salutem, ex Christi et Pauli exemplo. 33. *Cap.* XI, *v.* 1.

§ III. INSTRUCTIO DE DECORO IN ECCLESIIS SERVANDO.

* Transitio fit laudando Corinthios, tanquam memores Pauli per imitationem, et obedientes Paulo per observantiam præceptorum. 2.

I°. *De habitu virorum et mulierum in templo.*

* Argumentum : Conditionem cuilibet propriam decet profiteri externis etiam signis : cujuslibet sunt, signa quidem præeminentiæ, caput apertum seu nudum, dependentiæ autem, opertum seu velatum; sed viris præeminentia, feminis dependentia est propria : ergo utrosque decet, conditionem hanc sibi propriam profiteri signis externis, et viros quidem apertum, feminas autem opertum caput gerere, maxime in templis.

I. Majoris pars prima fundatur in ratione et æquitate naturali ac supponitur : secunda nititur tum in usu et acceptione Corinthiorum, tum in ratione symbolica, secundum quam nuditas capitis libertatem, et revelatio gloriam significat, velamen autem subjectionem aut turpitudinem denotat; prout hæc versibus 7, 13, 15, insinuantur.

II. Minor, et quod præeminentia viro, feminæ autem dependentia conveniat, probatur : quia
- 1°. Caput viri est solus Christus, feminæ autem vir; 3.
- 2°. Gloria viri est ex Deo, feminæ autem ex viro; 7.
- 3°. Principium viri non est femina, feminæ autem vir; 8.
- 4°. Finis viri non est femina, feminæ autem vir. 9.

III. Conclusio, et usus horum signorum necessarius
- 1°. Probatur : quia contrarium
  1. Cederet in dedecus cuivis proprium; 4, 5.
  2. Foret turpe, non minus quam decalvatio feminæ; 5, 6.
  3. Esset irreverentia feminæ erga Angelos; 10.
- 2°. Vindicatur : quia non obstat
  1. Quod vir ope feminæ, et vicissim femina ope viri indigeat; 11.
  2. Quod viri, præter Adamum, omnes ex feminis nascantur; 12.
- 3°. Confirmatur
  1. Ex judicio Corinthiorum proprio; 11.
  2. Ex instinctu naturæ, tribuentis
     - α. Viro neglectum crinium; 14.
     - β. Feminæ cultum comarum : 15.
  3. Ex consuetudine gentis et Ecclesiæ. 16.

* Transitio exprimit præceptum de præcedente, displicentiam de sequente. 17.

II°. *De epulis sacris ex agape et eucharistia compositis.* Circa has proponitur factum, defectus, pœna, remedium.

I. Facti speciem constituunt

1°. Convenientium ad Ecclesiam secessio in partes; 18, 19.

2°. Eucharistiæ neglectus aut cura posterior; 20.

3°. Agaparum manducatio præcedanea, nec exspectatis nec satiatis omnibus. 21.

II. Defectus, plane non laudandi, numerantur

1°. Profanatio loci, ob intemperantiæ interventum et proximi contemptum; 22.

2°. Discrepantia usus ab institutione cœnæ dominica, cujus historia, finis et memoria refertur. 23-26.

III. Pœnæ indigne communicantium sunt

1°. Reatus profanati corporis et sanguinis Christi; 27.

2°. Damnatio in proprium caput accersita; 29.

3°. Infirmitas aut mors multis immissa. 30.

IV. Medium præcavendi has pœnas stat

1°. In probatione sui ipsius ante communionem : 28. utpote quæ

1. Præservat a damnatione; 31.

2. Punitionem aliam, fors jam inflictam, reddit proficuam; 32.

2°. In communi et conjuncto agaparum esu; 33.

3°. In manducatione domi facienda, ubi fames urserit. 34.

§ IV. INSTRUCTIO DE CHARISMATIBUS SEU DONIS GRATIS DATIS.

I°. *De charismatum œconomia.*

I. Ignorantia charismatum

1°. Non est toleranda in neophytis; *cap.* XII, *v.* 1.

2°. Regnabat in ipsis olim infidelibus. 2.

II. Subjectum charismatum

1°. Non sunt blasphemi in Christum seu infideles; 3.

2°. Sed Christum professi seu fideles. 3.

III. Principium charismatum

1°. Per appropriationem est, relative

1. Ad gratias, Spiritus Sanctus; 4.

2. Ad ministrationes, Filius; 5.

3. Ad operationes, Pater: 6.

2°. Per efficientiam est unus idemque Deus, diversis diversa pro voluntate tribuens : 11. scilicet

1. Donum sapientiæ et scientiæ; 8.

2. Donum fidei et sanitatum; 9.

3. Donum virtutis, prophetiæ, discretionis linguarum et interpretationis. 10.

IV. Finis charismatum et utilitas aliena et Ecclesiæ. 7.

V. Habitudo charismatum exponitur,

1°. Universim, ex comparatione corporis humani cum Ecclesia; 12, 13.

2°. Speciatim, ex comparatione membrorum corporis cum membris Ecclesiæ: horum vero

1. Priora

α. Sunt plura, distincta, ad unum constituendum relata ac necessaria; 14-20.

β. Indigent se mutuo; 21, 22.

γ. Honorem invicem conferunt; 23, 24.

δ. Collaborant et compatiuntur: 25, 26.

2. Posteriora similiter

α. Connectuntur invicem et dependent; 27.

β. Muneribus et donis distinguuntur; 28.

γ. Ob distractionem in diversos, egent communicatione. 29, 30.

VI. Perfectio gradualis charismatum insinuatur et commendatur. 31.

II°. *De charismatum comparatione cum charitate.* In hac charitas præfertur

I. Utilitate: nam, neglecta charitate, sunt

1°. Donum linguarum sine fructu; *cap.* XIII, *v.* 1.

2°. Prophetia, scientia, et fides miraculorum sine pretio; 2.

3°. Opitulationes et ministrationes sine commodo. 3.

II. Energia: nam charitas

1°. Excludit defectus cum donis facile conjunctos, scilicet

1. Æmulationem, simulationem, arrogantiam, 4.

2. Ambitionem, amorem proprium, pronitatem ad iram et suspiciones, 5.

3. Lætitiam malignam de malo alieno: 6.

2°. Includit virtutes a donis non raro absentes, scilicet

1. Patientiam et benignitatem, 4.

2. Gaudium commune de bono, 6.

3. Tolerantiam, credulitatem et spem boni ac sustinentiam. 7.

III. Stabilitate: nam in vita altera

1°. Desinent tum dona, tum fides et spes, 8, 13.

1. Ratione usus tunc superflui; 8.

2. Ratione imperfectæ, quam pariunt, cognitionis; utpote quæ est

α. Tantum partialis, 9.

β. Quasi infantilis, 11.

γ. Abstractiva et obscura: 12.

2°. Durabit charitas, tunc conjungenda cum cognitione

1. Integra et totali, 10.

2. Quasi mascula, 11.

3. Intuitiva et clara. 12.

III°. *De charismatum comparatione ad se invicem.*

I. Propositio : statuitur

1°. Universim, charitatem præcipue sectandam, charismata appetenda, prophetiam præferendam ; *cap.* XIV, *v.* 1.

2°. Speciatim, inter donum linguarum et donum prophetiæ, primo secundum esse præstantius. 5.

II. Probatio propositionis postremæ sumitur ex collatione : nam spectando utrumque donum,

1°. Quoad terminum,

1. Primum Deo soli innotescit, non hominibus ; 2.

2. Secundum, relatum ad homines, ab iisdem intelligitur : 3.

2°. Quoad fructum,

1. Primum ædificat loquentem, non Ecclesiam audientem ; 4, 6.

2. Secundum Ecclesiam ædificat : 4, 5.

3°. Quoad vim et efficaciam,

1. Primum, instar instrumenti musici sonum indistinctum edentis, nec delectat nec movet, et, instar idiomatis peregrini ac incogniti, non instruit aut applicat ; 7-11.

2. Secundum abundanter hæc præstat : 12.

4°. Quoad usum in oratione,

1. Primum nec orantem habet attentum, nec comprecantem facit consentientem, nec congregationem reddit meliorem ; 14, 16, 17.

2. Secundum applicat affectum et intellectum : 15.

5°. Quoad destinationem Dei,

1. Primum frustraneum fuit apud Judæos, et datum ut signum pro infidelibus ; 21, 22.

2. Secundum est signum pro fidelibus : 21, 22.

6°. Quoad effectum in prædicatione,

1. Primum idiotis et infidelibus dat ansam contemnendi inspiratos ; 23.

2. Secundum fit iisdem efficax medium conversionis. 24, 25.

III. Illatio et documenta :

1°. Qui donum linguæ solitarium habet, oret pro obtinendo etiam dono interpretationis ; 13.

2°. Qui utrumque possidet, gratias agat Deo ; 18.

3°. Idem utatur potius dono prophetiæ quam linguæ ; 19.

4°. Ne quis, puerorum more, præferat splendidius, quale est donum linguæ, sed utilius, cujusmodi est donum prophetiæ. 20.

IV°. *De regulis pro usu charismatum.*

I. Præmittitur regula generalis, jubens prospici ædificationi et utilitati Ecclesiæ : 26.

II. Exponuntur regulæ speciales

1°. Respectu loquentium linguis :

1. Loquantur duo, ad summum tres, et quidem per vices, ut interpres intercedat ; 27.

2. Si nullus adsit qui simul sit interpres, horum nemo loquatur in Ecclesia, sed donum sibi retineat soli : 28.

2°. Respectu prophetantium :

1. Nec hi numerum ternarium excedant, et relinquant aliis judicium discretionis ; 29.
2. In casu subitaneæ revelationis, afflato cedat locum qui prior loquebatur ; 30.
3. Permittitur etiam pluribus, sed successive, interpretari. 31.

* Hoc autem fieri

α. Potest, quia donum est in potestate habentis ; 32.
β. Oportet, quia Deus ordinem, non confusionem, amat ; 33.
γ. Decet, quia hic mos ab Apostolo est ubique inductus. 33.

3°. Respectu feminarum :

1. Feminæ non doceant, quia subjectæ sunt etiam secundum legem ; 34.
2. Ne quidem interrogent publice, quia hoc est contra verecundiam. 35.

III. Commendantur eædem,

1°. Adjecta probatione : hæ enim

1. Promanarunt et observantur a primariis Ecclesiis ; 36.
2. Sunt mandata Dei, ut illuminatus quilibet facile discernere potest ; 37.
3. Ignoratæ aut neglectæ inferunt damnum ; 38.

2°. Facta repetitione, cujus tenor est :

1. Prophetia præferitor ; linguæ permittuntor ; 39.
2. Servetur in omnibus decorum et ordo. 40.

§ V. INSTRUCTIO DE RESURRECTIONE MORTUORUM.

I°. *Demonstratio dogmatis.*

* Argumentum : Si mortui non resurgunt, nec *Christus* resurrexit ; sed Christus resurrexit : ergo et mortui resurgunt.

I. Minor probatur :

1°. Resurrectio Christi asserta

1. Est caput præcipuum Evangelii,

α. A Paulo prædicati ; *cap.* XV, *v.* 1.
β. A Corinthiis suscepti ; 2.
γ. Secundum se et antecedentia in Scripturis prædicti : 3, 4.

2. Est factum stabilitum apparitionibus, concessis

α. Cephæ et Apostolis, 5.
β. Quingentis discipulis, 6.
γ. Jacobo et Apostolis, 7.
δ. Paulo, qui se Apostolum minimum, sed gratia præ omnibus adjutum, fatetur. 8-10.

2°. Resurrectione negata, sequitur
1. Inanem fuisse prædicationem Pauli; 11, 14.
2. Falsam itidem testificationem Apostolorum; 11, 15.
3. Vanam fore fidem Corinthiorum; 14, 17.
4. Nullam fuisse factam credentium liberationem a peccatis; 18.
5. Miserrimam esse sortem sperantium in Christo; 19.
6. Frustraneam fore contentionem adeuntium pericula et labores pro salute aliena; 29.
7. Perditam item Pauli tolerantiam malorum, pro tuitione fidelium et impugnatione infidelium susceptam; 30-32.
8. Posse cum epicureis indulgeri genio, 32.

II. Major, seu connexio resurrectionis Christi cum resurrectione mortuorum,
1°. Ostenditur esse talis, quæ negari nequeat; 12, 13.
2°. Proponitur asserto claro ac simplici; 16.
3°. Probatur ex titulis Christi: cujusmodi sunt, quod Christus resurgens
1. Sit primitiæ dormientium; 20.
2. Sit principium vitæ et viventium, sicut Adam fuit principium mortis et mortuorum; 21, 22.
3. Sit primus in ordine resurrectionis stabilito; 23.
4. Sit victor mortis; 26. quam victoriam
α. Præcedit regnum Christi et subjugatio hostium; 24, 25.
β. Sequitur traditio regni et subjectio omnium cum Christo Patri. 27, 28.

III. Conclusio: resurrectione Christi stabilita,
1°. Non est neganda resurrectio mortuorum; 12.
2°. Non est audiendum axioma epicureorum; 33.
3°. Non est protrahendus voluptatis sopor, qui est causa peccati et effectus ignorantiæ Dei. 34.

II°. *Solutio dubiorum.*

I. Dubium duplex, alterum de modo resuscitandi corpus, alterum de qualitatibus corporis resuscitati: 35.

II. Solutio dubii de qualitate corporis: corpus quoad substantiam est idem, quoad qualitates diversum.
1°. Probatur hæc responsio similitudine
1. Cum semine et fructu; quorum
α. Illud putre est ac nudum; 36, 37.
β. Hic vivificatus et ornatus; 36, 38.
2. Cum carne hominis, pecudis, volucris et piscis diversa; 39.
3. Cum specie corporis, altera terrestris, altera cœlestis; 40.
4. Cum claritate solis, lunæ ac stellarum differente. 41.
2°. Declaratur eadem responsio
1. Per conditionem corporis, in utroque statu oppositam,
α. Quoad affectionis vigorem; 42.
β. Quoad formam externam ac vires; 43.

γ. Quoad rationem internam : 44.

2. Per conformitatem corporis, cum corporea Adami creati et Christi resuscitati norma correspondentis,

α. Secundum vitam ; 45.

β. Secundum ordinem ; 46.

γ. Secundum originem. 47.

* Hæc autem conformitas necessaria est,

α. Ob originis rationem ; 48.

β. Ob imitationis convenientiam ; 49.

γ. Ob status cœlestis exigentiam. 50.

III. Solutio dubii de modo suscitandi corporis : modus hic mysterio plenus est, quatenus

1°. Omnes resurgent in instanti, non tamen omnes immutabuntur ; 51.

2°. Reprobi surgent quidem integri, electi autem etiam gloriosi ; 52, 53.

3°. Hac resurrectione complebitur victoria,

1. Prædicata a prophetis ; 54, 55.

2. Reportata de morte, occasione legis ex peccato orta ; 56.

3. Data a Christo. 57.

IV. Adhortatio ad constantiam in fide, industriam in labore, securitatem in spe præmii. 58.

EPILOGUS

CONTINET NEGOTIA, NUNTIA, COMMENDATIONES, SALUTATIONES ET ADJECTIONES.

I°. *Paulus dat negotium*

I. Faciendi collectam pro pauperibus Hierosolymitanis : *cap.* XVI, *v.* 1.

II. Seponendi singulis Dominicis hanc eleemosynam : 2.

III. Habendi illam paratam,

1°. Vel ut mittatur per probatos ; 3.

2°. Vel ut deferatur a Paulo. 4.

II°. *Nuntiat Corinthiis*

I. Suum transitum instantem per Macedoniam : 5.

II. Adventum secuturum ad Corinthios : 6.

III. Commorationem cum his futuram diuturnam : 7.

IV. Moram Ephesinam duraturam,

1°. Ob spem fructus ; 8.

2°. Ob hostium obstacula : 9.

V. Apollo adventum tardiorem. 12.

III°. *Commendat iisdem*

I. Timotheum, tanquam egregium operarium,

1°. Ut habeatur pacate; 10.

2°. Ut deducatur cum honore : 11.

II. Exercitium virtutum, præsertim

1°. Constantiæ in fide et laboris strenui; 13.

2°. Charitatis in omnibus : 14.

III. Domum Stephanæ, Fortunati et Achaici, quos

1°. Laudat ut primos fideles et ministros; 15.

2°. Vult audiri et coli; 16.

3°. Habet et æstimat ut vicarios absentium, et consolatores tum sui tum aliorum. 17, 18.

IV°. *Salutem dicit ab Ecclesiis Asiæ, Aquila et Priscilla, ac omnibus fidelibus.* 19, 20.

V°. *Adjicit ipse*

I. Salutem propria manu : 21.

II. Anathema in eum, qui non amat Dominum Nostrum Jesum Christum : 22.

III. Apprecationem gratiæ Christi : 23.

IV. Assertionem de suo erga Corinthios amore. 24.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD CORINTHIOS SECUNDA.

EXORDIUM

CONTINET INSCRIPTIONEM ET CAPTATIONEM BENEVOLENTIÆ.

I°. *Paulus cum Timotheo*

I. Salutat Corinthios et omnes Achæos fideles: *cap.* 1, *v.* 1.

II. Apprecatur gratiam et pacem. 2.

II°. *Captat benevolentiam*, declarando

I. Studium suum erga Corinthios,

1°. Per relationem consolationis suæ ad illos consolandos; 3, 4.

2°. Per usum tolerantiæ et instructionis, a Deo acceptæ, ad illos excitandos et salvandos; 5, 6.

3°. Per spem conceptam de illorum profectu. 7.

II. Suam in Corinthiis fiduciam,

1°. Per enarrationem tribulationis in Asia perlatæ; 8, 9.

2°. Per confessionem et spem auxilii divini, in ea tum collati tum adhuc conferendi; 9, 10.

3°. Per postulationem precum a Corinthiis, ad illud obtinendum. 11.

III. Candorem suum et fidem optimam,

1°. Ubique ac Corinthi præsertim exhibitam; 12.

2°. Corinthiis hactenus et constanter cognitam; 13.

3°. Ab iisdem cum mutua gloria porro cognoscendam. 14.

PARS I. APOLOGETICO-PARACLETICA.

§ I. DEFENSIO FACTORUM PARTICULARIUM.

I°. *Controversia prima.*

I. Factum : Paulus non venit Corinthum, prout constituerat vel promiserat. 15, 16.

II. Criminatio : videtur hinc levitas in facto, vel mendacium in dicto, aut saltem variatio in prædicatione. 17.

III. Defensio contra utrumque criminationis caput :

1°. Variatio in prædicatione locum habet nullum,

1. Ratione Dei, cujus ministri sunt Apostoli ; 18.
2. Ratione Christi, quem iidem prædicant ; 19.
3. Ratione promissorum Dei, quæ sunt immutabilia ; 20.
4. Ratione donorum Dei, quæ fidelibus sunt stabiliter collata : 21, 22.

2°. Levitas in facto nulla, sed una moderatio fuit ; cum Paulus non venerit,

1. Ne ageret durius cum Corinthiis ; 23.
2. Ne contristaret omnes severitate, et gaudium commune turbaret ; *cap.* II, *v.* 1, 2.
3. Ne tristaretur Paulus ipse. 3.

II°. *Controversia secunda.*

I. Factum et criminatio : litterarum Paulinarum durities tristitiam et dolorem excitavit apud Corinthios. 4.

II. Defensio : litteræ a Paulo conscriptæ erant

1°. Cum dolore animi, non autem cum indignatione ; 4.
2°. Cum charitate, neutiquam cum animo faciendi ægre ; 4.
3°. Cum conscientia doloris quem Corinthii ipsi jam conceperant. 5.

III°. *Controversia tertia.*

I. Factum et criminatio : rigor in pœna incestuosi videtur nimius.

II. Defensio : neutiquam est nimius,

1°. Ob brevitatem temporis quo pœna duravit ; 6.
2°. Ob finem ad quem pœna est imposita ; 9.
3°. Ob facilitatem qua pœna in præsens relaxatur, 10.

1. Ad cavendam rei desperationem ; 7.
2. Ad excitandam Corinthiorum charitatem ; 8.
3. Ad evitandas satanæ fraudes. 11.

IV°. *Controversia quarta.*

I. Factum et criminatio : Paulus etiam Epheso digressus non venit Corinthum.

II. Defensio : rationes hujus facti genuinæ ac sufficientes erant sequentes :

1°. Paulus, Tito ad se necdum regresso, nullam acceperat adhuc de Corinthiis notitiam ; 12.

2°. Profectio in Macedoniam prævie erat suscipienda ; 13.

3°. Voluit Deus Paulo ibidem uti,

1. Ad ostendendum misericordiæ triumphum, et notitiam sui manifestandam ; 14.

2. Ad offerendam, prædicato Christi Evangelio, occasionem salutis pro bene utentibus, interitus pro abutentibus. 15, 16.

§ II. DEFENSIO MINISTERII APOSTOLICI PAULINI GEMINA.

I°. *Prior defensio* sumitur ex comparatione inter ministros instituta, relate ad duplex prædicatum idoneitatis et præcellentiæ.

I. De idoneitate, in quæstionem adducta, 16.

* Argumentum hoc est : Idoneitas ministri ad habendum prædicationis fructum pendet ex probitate doctrinæ, et commendatione doctoris; utraque reperitur in Paulo : ergo. Probatur minor,

1°. Respectu doctrinæ, quæ

1. In pseudo-apostolis est mixta falsis vel vanis dogmatibus ; 17.

2. In Paulo est sincera ac divina : 17.

2°. Respectu commendationis, quæ

1. Ex parte pseudo-apostolorum est emendicata ; *cap.* III, *v.* 1.

2. Ex parte Pauli ultronea, et effectu comprobata. 2, 3.

* Protestatio, quod spes fructus et ipsa idoneitas a solo Deo pendeat. 4, 5.

II. De præcellentia, in questionem adducta,

* Argumentum : Præcellentia ministri habetur a præcellentia testamenti, cui is servit; sed testamentum novum præcellit testamento veteri : ergo Paulus novo serviens præcellit pseudo-apostolis testamento veteri servientibus. Probatur minor,

1°. Ratione substantiæ, quia testamentum vetus est littera occidens, novum, spiritus vivificans; 6.

2°. Ratione adjunctæ testamento gloriæ, quæ

1. Minor erat in veteri quam novo; cum

α. Illud fuerit ministerium mortis, hoc sit spiritus; 7, 8.

β. Illud ministerium damnationis, hoc justitiæ ; 9.

γ. Illud temporaneum, hoc æternum : 11.

2. Imo erat nulla, comparate ad novum : 10.

3°. Ratione status et conditionis, quia
1. In veteri testamento est servitus et cæcitas,
α. Significata per velum Moysis; 13.
β. Translata ad Judæos præsentes; 14.
γ. Duratura usque ad fidem Christi recipiendam. 15, 16.
2. In novo testamento autem est
α. Confidentia spei; 12.
β. Libertas spiritus; 17.
γ. Claritas cognitionis. 18.

II°. *Posterior defensio* sumitur ex præcipuis ministerii dotibus, quæ Pauli munus commendant; sunt autem hæ :

I. Integritas administrationis, utpote quæ
1°. Caret
1. Socordia, *cap.* IV, *v.* 1.
2. Privata intentione et abusu, 2.
3. Vanitate et arrogantia; 5.
2°. Abundat fructu, nisi auditores ipsi eum respuerint; 3, 4.
3°. Ornatur
1. Sinceritate et efficacia, 2.
2. Promptitudine serviendi omnibus, 5.
3. Facultate erudiendi ignaros. 6.

II. Tolerantia laboris : cujus rei
1°. Documenta sunt
1. In tribulatione nec angustiari nec destitui; 8.
2. In persecutione nec derelinqui nec perire; 9.
3. Cum Christo et propter Christum mortificari : 10, 11.
2°. Scopus et finis est, ut
1. Dona Dei intelligantur non esse ex nobis; 7.
2. Vita Christi manifestetur in nobis; 10, 11.
3. Patientia nostra prosit aliis ad salutem. 12.

III. Constantia operis : cujus
1°. Initium et fundamentum habetur
1. Ex fide, secundum Davidis exemplum; 13.
2. Ex spe resurrectionis beatæ; 14.
3. Ex charitate proximi, directa ad Dei gloriam : 15.
2°. Continuatio et restauratio fit
1. Per renovationem hominis interioris quotidianam; 16.
2. Per considerationem obtinendæ mercedis excedentis et æternæ. 17, 18.

IV. Fervor contentionis,
1°. Ortus ex desiderio beatitudinis obtinendæ,
1. Vel per corporis immutationem et raptum; *cap.* V, *v.* 1, 2, 4.
2. Vel per corporis mortem et resurrectionem : 6-8.
2°. Formatus ex cognitione,
1. Tum necessariæ per virtutes dispositionis; 3.
2. Tum efficaciæ a divino dono pendentis : 5.

3°. Directus ad placendum Deo, 9.
1. Ob reddendam Deo operum omnium rationem; 10.
2. Ob timorem Dei, etiam conscientias, præ hominibus, inspicientis. 11.

V. Puritas intentionis : talis scilicet, quæ
1°. Negligit laudem propriam; 12.
2°. Quærit in omnibus gloriam Dei vel utilitatem proximi ; 13.
3°. Sequitur charitatem et exemplum Christi, pro omnium salute se impendentis; 14, 15.
4°. Respicit, non rationes humanas et carnales, sed christianas et spirituales. 16, 17.

PARS II. PARÆNETICA.

§ I. ADHORTATIO GENERALIS

I°. *Ad reconciliationem cum Deo,* cujus
- I. Auctor est ipse Deus : *cap.* v, *v.* 18, 19, 21.
- II. Mediator et executor Christus : 18, 19, 21.
- III. Minister, præco, legatus Paulus. 18, 19, 20.

II°. *Ad cooperationem cum gratia*, cap. vi, v. 1.
- I. Ob temporis a propheta prædicti opportunitatem : 2.
- II. Ob impedimenti et scandali absentiam : 3.
- III. Ob Pauli exemplum,
  - 1°. In tolerantia adversorum et laborum; 4, 5.
  - 2°. In exercitio virtutum et officii; 6, 7.
  - 3°. In bono quarumcumque vicissitudinum usu : 8-10.
- IV. Ob debitum præstandi reciprocas charitati Pauli vices. 11-13.

III°. *Ad fugam commercii cum infidelibus,*
- I. Ob congruentiam fidelium cum infidelibus prorsus impossibilem : 14-16.
- II. Ob mandatum Dei, et factam obsequentibus promissionem. 17, 18.

IV°. *Ad studium sanctitatis.* Cap. vii, v. 1.

§ II. ADHORTATIO SPECIALIS

I°. *Ad retinendam erga Paulum confidentiam*, quam is apud Corinthios
- I. Conciliare sibi studuit,
  - 1°. Cavendo ab omni aversionis causa ; 2.
  - 2°. Ostendendo paternum affectum ; 3, 4.
  - 3°. Capiendo inter adversa solatium, ex accepto de benevolo illorum affectu nuntio. 5-7.
- II. Amittere non meruit ob litteras priores; utpote quarum
  - 1°. Effectus, hoc est tristitia exinde nata, fuit
    - 1. Brevis et ad horam ; 8.
    - 2. Ordinata secundum Deum, et ad pœnitentiam ; 9.
    - 3. Utilis ad salutem ; 10.
    - 4. Ferax multarum virtutum ; 11.
  - 2°. Scriptio fuit, non ex vindicta, sed ex sollicitudine; 11.

3°. Exceptio evenit
1. Ad Titi internuntii solatium læta; 12, 13.
2. Ad Pauli prædictionem Tito factam conformis; 14.
3. Ad Corinthiorum commendationem a Tito reduce laudata; 15.
4. Ad Pauli fiducia pleni solatium confirmata. 16.

II°. *Ad colligendam pro christianis Hierosolymitanis eleemosynam.* Hanc adhortationem Paulus

I. Orditur a facto Macedonum offerentium *cap.* VIII, *v.* 1.
1°. Eleemosynas, et quidem
1. Generose, 2.
2. Large ac liberaliter, 3.
3. Studiose: 4.
2°. Seipsos in ministerium. 5.

II. Proponit
1°. Rogando cœpti jam operis consummationem; 6.
2°. Monendo ad aliarum virtutum æmulationem; 7.
3°. Excitando ad Macedonum imitationem. 8.

III. Probat
1°. Ex Christi dato exemplo; 9.
2°. Ex facti jam propositi et initi honesta ac utili adimpletione; 10, 11.
3°. Ex doni, ultra vires non erogandi, facilitate; 12, 13.
4°. Ex remunerationis, ad dati mensuram futuræ, abundantia et utilitate. 14, 15.

IV. Confirmat adductis
1°. Studiò simili et profectione a Tito jam susceptis; 16, 17.
2°. Dotibus et virtutibus sociorum missorum commemoratis; 18, 19, 22.
3°. Œconomia ad proprium et commune bonum usurpata; 20, 21.
4°. Confidentia de charitatis officio legatis a Corinthiis exhibendò manifestata. 23, 24.

V. Repetit
1°. Insinuando certam persuasionem de ipsa operis substantia sine dubio præstanda; *cap.* IX, *v.* 1, 2.
2°. Declarando largitionis faciendæ modum
1. Promptum, 3, 4.
2. Liberalem, 5, 6.
3. Benevolum. 7.

VI. Amplificat explicando utilitatem
1°. Pro dantibus, utpote qui
1. Egebunt nunquam; 8, 9.
2. Abundabunt etiam: 10, 11.
2°. Pro accipientibus, utpote qui
1. Agent Deo grates; 12.
2. Laudabunt Deum; 13.
3. Orabunt pro benefactoribus. 14.

VII. Concludit agendo gratias. 15.

PARS II. DIACRITICO-APOLOGETICA.

§ I. REFUTATIO OBTRECTATIONUM PERSONALIUM.

I°. *Obtrectatio prima*

I. Proponitur : Modus agendi adhibetur a Paulo ex respectu humano alternans et imbecillis. *Cap.* x, *v.* 1.

II. Refutatur vitium

1°. Primum, per constantiam executionis minarum futuræ; 2.

2°. Alterum, per efficaciam mediorum

1. Ad evertendam contumaciam et astutiam; 3, 4.

2. Ad deprimendam superbiam et scientiam humanam; 5.

3. Ad ulciscendam inobedientiam. 6.

II°. *Obtrectatio secunda*

I. Proponitur : Dignitas Pauli videtur modica. 7.

II. Refutatur, quia

1°. Dignitas Pauli est eadem, quæ inest aliis; 7.

2°. Potestas ejusdem etiam est major. 8.

III°. *Obtrectatio tertia*

I. Proponitur : Auctoritas Pauli absentis ac in litteris apparet major, quam sit præsentis et in sermone. 10.

II. Refutatur, quia

1°. Epistolæ non sunt vana terriculamenta; 9.

2°. Facta præsentis correspondent litteris absentis; 11.

3°. Utrumque persuadetur, etiam non facta Pauli cum aliis seipsos commendantibus comparatione. 12.

IV°. *Obtrectatio quarta*

I. Proponitur : Celebritas Pauli habetur ex usurpatione juris alieni, et captata hinc gloriatione. 13.

II. Refutatur, quia Paulus

1°. Nec excessit limites regionum divinitus sibi destinatarum, intra quas est Corinthus; 13, 14.

2°. Nec transiit ad regiones ab aliis jam excultas; 15.

3°. Nec egrediendi habet necessitatem, cum ulteriores in suo dimenso regiones supersint; 16.

4°. Nec judicat, veram gloriam aut commendationem aliunde sumendam, quam a Deo. 17, 18.

§ II. DEROGATIO EXCELLENTIÆ PSEUDOAPOSTOLIS ADSCRIPTÆ

I°. *Indirecta, et indicata per excusationem laudis propriæ. Cap.* XI, *v.* 1. Hanc Paulus

I. Præmittendo assumit

1°. Ex zelo justo; 2.

2°. Ex metu seductionis, quæ imminet a pseudoapostolis: 3.

II. Immiscendo repetit

1°. Per correctionem; 16.

2°. Per concessionem; 17.

3°. Per oppositionem et ironiam. 18, 19.

II°. *Directa et probata.* Pseudoapostoli

I. Non sunt superiores in prædicatione,

1°. Quoad objectum, vel effectum, vel Evangelium; 4.

2°. Quoad laborem aut fructum; 5.

3°. Quoad scientiam, ex rudi etiam sermone promicantem. 6.

II. Sunt inæquales in ministerio; quod, ex parte Pauli, est gratuitum, 7.

1°. Ex Macedonum beneficio; 8.

2°. Sine Corinthiorum incommodo; 9, 10.

3°. Ex defectu amoris nullo; 11.

4°. Exemplo pseudoapostolis non imitando. 12.

III. Sunt inferiores, tanquam

1°. Operarii subdoli et simulatores; 13.

2°. Ministri Satanæ, et fraudis imitatores; 14, 15.

3°. Oppressores fidelium, et tyrannice dominantes. 20.

IV. Sunt æquales tantum in gentis, stirpis et sanguinis nobilitate. 21, 22.

§ III. DEMONSTRATIO PRÆCELLENTIÆ PAULO DEBITÆ.

I°. *Paulus universim et ubique excellit*

I. Tolerantia

1°. Malorum sibi illatorum; 23-25.

2°. Periculorum aditorum; 26.

3°. Laborum susceptorum; 27.

4°. Curæ, sollicitudinis et compassionis impensarum; 28, 29.

5°. Humiliationum Deo cognitarum; 30, 31.

6°. Persecutionis Damascenæ auxilio fidelium declinatæ. 32, 33.

II. Dono et experimento

1°. Visionum et revelationum; *cap.* XII, *v.* 1.

2°. Raptus extatici in paradisum; 2-4.

3°. Gratiæ vires præstantis 9. contra carnis tentationem;

1. Datam ad humiliationem; 7.
2. Nec ablatam ad preces. 8.
* Unde Paulus gloriari
1°. Posset in hujusmodi donis; 5, 6.
2°. Elegit autem in infirmitatibus; 9, 10.
3°. Debuit, coactus a Corinthiis. 11.

II°. *Speciatim et apud Corinthios præcellit apostolatu;* qui commendatur
I. Patientia et virtute miraculorum : 12.
II. Fructu, et donis Ecclesiæ collatis : 13.
III. Abstinentia et quæstu nunquam facto
1°. Sive palam et per se, 14.
2°. Sive occulte, 16.
3°. Sive per alios. 17, 18.
IV. Viribus et vita in salutem animarum impensis : 15.
V. Contestatione sincera et studio ædificandi Corinthios. 19.

§ IV. COMMINATIO SEVERITATIS JUDICIALIS.

Judicii in Corinthios canonice formandi
I. Materia esse possunt Corinthiorum peccata
1°. Spiritualia, 20.
2°. Carnalia. 21.
II. Forma erit
1°. Secundum probationem legitima; *cap.* XIII, *v.* 1.
2°. Secundum sententiam rigida. 2.
III. Potestas est
1°. A Christo derivata, et in Paulo vigens; 3, 4.
2°. A Corinthiis jam cognita experimento. 5, 6.
IV. Executio
1°. Ne fiat, optatur; 7.
2°. Si fiat, secundum justitiam erit; 8.
3°. Qui præpediatur, suggeritur. 9, 10.

EPILOGUS

CONTINET COMMENDATIONEM, SALUTATIONEM, VOTUM.

I°. *Paulus excitat Corinthios ad perfectionem, solatium et concordiam, adjuncta promissione gratiæ.* 11.
II°. *Salutem dici jubet omnibus, et nomine omnium.* 12.
III°. *Precatur gratiam Christi, charitatem Dei, communicationem Spiritus Sancti.* 13.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD GALATAS.

EXORDIUM

CONTINET RELIGIOSAM INSCRIPTIONEM ET ARGUMENTUM EPISTOLÆ.

I°. *Inscriptio :* Paulus, immediate a Deo missus, *cap.* I, *v.* 1.
 I. Cum suis salutat Ecclesias Galatiæ : 2.
 II. Precatur gratiam et pacem 3.
  1°. Christi, pro nobis oblati ; 4.
  2°. Dei, cui gloria æterna. 5.
II°. *Argumentum :* Idem
 I. Miratur Galatarum defectionem ab Evangelio : 5.
 II. Notat mutationis auctores : 7.
 III. Damnat prædicationis alteratores, etsi forent
  1°. Vel ipse Paulus, vel Angelus, 8.
  2°. Aut alius quicumque. 9, 10.
 IV. Excusat scriptionis severitatem ex justa Deo placendi intentione. 10.

PARS I. HISTORICA.

§ I. MINISTERIUM PAULI DIVINUM ASSERITUR ET PROBATUR.

I°. *Assertum :*
 I. Nec doctrina, nec missio obtigit Paulo humanitus ; 11.
 II. Sed collata est divinitus,
  1°. Illa quidem revelata a Christo ; 12.
  2°. Hæc demandata a Deo. 16.
II°. *Probatio sumitur ex historia vitæ Pauli :* nam Paulus
 I. Ante conversionem
  1°. Persecutus est christianos ; 13.
  2°. Æmulabatur cum et pro Judæis. 14.
 II. Sub conversionem, ex gratia factam, 15.
  1°. Non consuluit hominem ullum ; 16.
  2°. Nec contulit se ad Apostolos. 17.

III. Post conversionem

1°. Hierosolymam non venit, nisi triennio transacto; 18.

2°. Apostolorum neminem, nisi Petrum et Jacobum, ibidem vidit; 19, 20.

3°. Post dies quindecim Hierosolyma discessit in Syriam et Ciliciam; 21.

4°. Transiens Judæam, erat ignotus ex visu, 22. fama autem cognitus

1. Prius ut persecutor christianorum; 23.

2. Nunc ut missus a Deo. 24.

§ II. DOCTRINA PAULI CUM HIEROSOLYMITANIS CONCORS ET CONSTANS.

Dogma de Christianorum libertate ab observantia legis, fuit a Paulo

I. Publice expositum

1°. Facto; dum is Titum incircumcisum assumpsit secum Hierosolymam; *cap.* II, *v.* 1.

2°. Verbo; dum dogma communicavit cum omnibus, et examinandum dedit præcipuis. 2.

II. Probatum, et quidem

1°. Negative; quia

1. Nihil fuit correctum in exemplo; 3.

2. Nihil indultum adversariorum postulato; 4, 5.

3. Nihil mutatum examinatorum judicio: 6.

2°. Positive; quia

1. Missio Pauli fuit agnita ut divina; 7, 8.

2. Societas cum eo a præcipuis inita; 9.

3. Communio cum eodem per eleemosynas pacta. 10.

III. Confirmatum solemni facto, dum Cepham

1°. Variantem repressit; 11, 12.

2°. Scandala dantem reprehendit; 13, 14.

3°. Eumdem de observantia legis haud necessaria convicit; quia

1. Justificatio etiam Judæis, non per legem, sed per fidem obtigit; 15, 16.

2. Christus, abolens legem, alias foret peccati causa; 17.

3. Christianus, variando in observantia, peccaret contra ipsam legem; 18, 19.

4. Vita nova tota debetur fidei in Christum; 20.

5. Mors Christi alias esset frustranea. 21.

PARS II. POLEMICA.

LEGIS OBSERVANTIAM NON ESSE NECESSARIAM, PROBATUR MULTIPLICI ARGUMENTO.

I°. *Argumentum ad hominem.* Galatæ observantes legem produnt stultitiam; quia

I. Mysterium crucis vivide propositum, velut fascinati, non conspiciunt : *cap.* III, *v.* 1.

II. Spiritum Sanctum, non per opera, sed per fidem, sibi datum norunt : 2.

III. Spiritualiter cœptum carnaliter finiunt : 3.

IV. Fructum tolerantiæ perdunt : 4.

V. Chrismata unice per fidem dari sentiunt. 5.

II°. *Argumentum ab exemplo Abrahæ.*

I. Justificatio tum Abrahæ tum filiis obtigit per fidem : 6, 7.

II. Benedictio

1°. Data est Abrahæ fideli ; 8.

2°. Cedet habentibus fidem in Christum, tanquam causam benedictionis et objectum fidei : 9, 13, 14.

III. Promissio hæreditatis,

1°. Testamento confirmata, nec fallit, nec rescinditur ; 15.

2°. Facta in Christo et per Christum, est stabilita testamento ; 16, 17.

3°. Neque rescissa est per legem postea inductam, ne liberale donum esse desineret. 17, 18.

III°. *Argumentum ab oppositione legis et fidei.*

I. Oppositio prima :

1°. Lex, nisi impleatur, inducit maledictionem ; 10.

2°. Fides sola tribuit vires implendi, non vero lex ; quia hæc nec fides est, nec orta ex fide. 11, 12.

II. Oppositio secunda :

1°. Lex est occasio transgressionis ; quia data est sub conditione operis, et per mediatorem ; 19.

2°. Fides, quia promissione gratuita fundatur, neutrum habet. 20.

III. Oppositio tertia :

1°. Lex data est, non ut justificaret per se, 21. sed

1. Ut manifestaret omnium peccata ; 22.

2. Ut pœnis custodiret a peccatis ; 23.

3. Ut docerét medium adversus peccata. 24.

2°. Fides tollit hanc pædagogiam, et facit filios Dei; 25, 26. quia baptizati
1. Christum induunt; 27.
2. Sine discrimine unum sunt in Christo: 28.
3. Habent complementum promissionis. 29.

IV°. *Argumentum a comparatione Judæorum et Gentilium.* Observatio legis

I. Judæis quidem

1°. Conveniebat antea; cum sicut minores sub tutore, sic ipsi sub legis tutela fuerint; *cap.* IV, *v.* 1-3.

2°. Nunc non convenit; quia, sub ætatis plenitudinem, a Christo facti sunt filii majorennes. 4, 5.

II. Gentilibus autem

1°. Nec nunc convenit; quia ex servis facti sunt filii adoptivi; 6, 7.

2°. Nec convenit postea; quia servitus
1. Prior idolorum erat ab ignorantibus; 8.
2. Posterior legalium foret a scientibus; 8, 9.
3. Utraque perderet labores Pauli. 10.

* Parenthesis qua Paulus asperiorem in refutando libertatem emollit, et suum erga Galatas amorem persuadere contendit,

1°. Declarando timorem sollicitum circa prædicationis fructum; 11.
2°. Desiderando mutuam amicitiam; 12.
3°. Refutando causas pro animi a Galatis abalienatione; quandoquidem
1. Galatæ Paulum
α. Læserunt nunquam; 12.
β. Potius æstimarunt maximi; 13, 14.
γ. Habuerunt semper charissimum; 15.
2. Paulus nulla re, nisi dicendo veritatem, possit videri inimicus; 16.
3. Pseudoapostoli excitare invidiam non possunt; cum æmulentur male, et in perniciem Galatarum; 17.
4°. Excusando Galatas, qui bonum tantum et semper bene amant; 18.
5°. Contestando maternum erga Galatas amorem; 19.
6°. Optando præsentem cum Galatis conversationem, ad eosdem commodius tractandos. 20.

V°. *Argumentum a figura et figurato,* quod sensus mysticus veteris testamenti suggerit. 21.

I. Figura sunt Abrahæ

1°. Uxores, Agar et Sara; 22.
2°. Filii, Ismael et Isaac. 23.

II. Figuratum vero, et quidem

1°. Agaris, est synagoga seu Jerusalem cum Judæis serviens; 24, 25.
2°. Saræ, est Ecclesia seu Jerusalem superna, mater scilicet fœcundissima et fidelissima; 26-28.

3°. Ismaelis, sunt Judæi, persecutores christianorum, et reprobati cum synagoga; 29, 30.

4°. Isaaci, sunt christiani, liberi et hæredes regni. 31.

VI°. *Argumentum a damnis seductorum, et malis seducentium.*

I. Seductorum ad legis observantiam damna sunt : *cap*. V, *v*. 1. quod

1°. Christus circumcisis nihil prosit; 2.

2°. Circumcisi fiant debitores universæ legis; 3.

3°. Iidem separentur a Christo, et gratia excidant; 4.

4°. Nec habeant spem justitiæ; 5.

5°. Etiam ex circumcisione tam parum, quam ex præputio, proficiant. 6.

II. Seducentium mala sunt : quod

1°. Impediant veritatis obedientiam; 7.

2°. Sint emissarii diaboli; 8.

3°. Quantumvis pauci, totam communitatem corrumpant; 9.

4°. Pœnam non effugiant; 10.

5°. Mereantur excommunicationem. 12.

* Horum numero Paulus per calumniam adscribitur. 11.

PARS III. MORALIS.

I°. ***Monitum generale pro usu libertatis evangelicæ.***

I. Libertas christiana non prætexatur ad morum licentiam : 13. quia

1°. Nec liberat a damno temporali ; *cap.* v, *v.* 15.

2°. Nec avertit pœnam æternam imminentem operibus carnis, 19.

1. Sive internis ac mente commissis ; 20.

2. Sive externis ac corpore perpetratis. 21.

II. Ea autem exerceatur

1°. Charitate spiritus, qua impletur lex ; 13, 14.

2°. Vita spiritus, qua frænatur caro, spiritui repugnans ; 16, 17.

3°. Impulsu et fructibus spiritus, queis vis legis noxia frangitur ; 18, 22, 23.

4°. Spiritu Christi, quo mortificantur vitia, et vigent virtutes. 24, 25.

II°. *Monita specialia*

I. Pro veteranis :

1°. Coerceatur cupiditas vanæ gloriæ ; 26.

2°. Emendentur cum mansuetudine infirmiorum lapsus ; *cap.* vi, *v.* 1.

3°. Tolerentur leniter aliorum defectus ; 2.

4°. Superbiat nemo,

1. Sive spectando se, quia nihil est ; 3.

2. Sive se comparando cum aliis, quia inde nec melior est, nec evadit judicium. 4, 5.

II. Pro neophytis :

1°. Gratitudo erga fidei magistros sit liberalis ; 6.

2°. Beneficentia erga quoscumque

1. Non omittatur ex vano prætextu ; 7.

2. Fiat bono animo et affectu ; 8.

3. Non remittatur ob retributionis defectum ; 9.

4. Præstetur continuo, præsertim erga fideles. 10.

EPILOGUS

CONTINET SUBSCRIPTIONEM, COMMENDATIONEM ET APPRECATIONEM.

I°. *Subscriptio* : epistola tota scripta est propria Pauli manu. *Cap.* vi, *v.* 11.

II°. *Commendatio discriminis*

I. Inter pseudoapostolos, qui urgent circumcisionem

1°. Ob commodum proprium ; 12.

2°. Ob gloriam ex alieno ; 13.

3°. Non ob zelum legis ; 13.

II. Et inter Paulum, qui

1°. Gloriatur in sola Christi cruce; 14.
2°. A mundo abhorret et abhorretur; 14.
3°. Nec circumcisioni nec præputio quid tribuit; 15.
4°. Sed novo per fidem homini adscribit benedictionem legis; 16.
5°. Cæterum, notis plagarum pro Christo toleratarum relictis se satis distinctum profitetur. 17.

III°. *Apprecatio gratiæ Christi.* 18.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD EPHESIOS.

EXORDIUM

CONTINET INSCRIPTIONEM ET APPRECATIONEM.

I°. *Inscriptio est Pauli ad fideles Ephesi.* Cap. I, v. 1.
II°. *Apprecatio gratiæ et pacis.* 2.

PARS I. DOGMATICA.

MULTIPLEX EXPOSITIO BENEFICII DIVINI IN VOCATIONE AD FIDEM.

§ I. EXPOSITIO SUMMARIA HUJUS BENEFICII

I°. *Secundum effectus.* Hi sunt
- I. Spiritualia et cœlestia dona, in tempore collata : 3.
- II. Gratia sanctificans, exclusis peccatis et adjunctis virtutibus, ab æterno decreta : 4.
- III. Filiatio adoptiva, propter Christum firmiter destinata. 5.

II°. *Secundum finem.* Hic est
- I. Applicatio gratiæ et fructus ex redemptione Christi : 6, 7.
- II. Manifestatio perfectionum et consiliorum divinorum : 8, 9.
- III. Restauratio mundi, in Angelis et hominibus lapsi. 10.

III°. *Secundum subjectum.* Hoc sunt
- I. Judæi
  - 1°. Ad Dei laudem specialiter prædestinati ; 11.
  - 2°. Notitia Christi jam antea instructi : 12.
- II. Gentiles
  - 1°. Per Evangelium primum vocati ; 13.
  - 2°. Ob fidem, Spiritu Sancto signati et arrha beatitudinis dotati. 14.

IV°. *Secundum adjuncta.* Hæc sunt
- I. Certitudo spei, vocatis datæ : 18.

II. Excellentia collatæ in Dei Ecclesia stationis : 18.

III. Magnitudo potentiæ credentibus impensæ. 19.

Inseritur pro Ephesiis

1°. Gratiarum actio pro beneficio, secundum omnes effectus dato ; 15, 16.

2°. Precatio pro obtinenda clariore cognitione beneficii secundum adjuncta. 16, 17.

§ II. EXPOSITIO SPECIALIOR ET DISTINCTA HUJUS BENEFICII

I°. *Secundum operationem potentiæ divinæ, peccatores justificantis.* Potentia divina emicuit

I. Tum in Christo, qui fuit

1°. Suscitatus a mortuis ; *cap.* I, *v.* 20.

2°. Constitutus ad dexteram Dei ; 20.

3°. Exaltatus super Angelos et omnia ; 21, 22.

4°. Caput Ecclesiæ, tanquam sui corporis : 22, 23.

II. Tum in vocatis ac fidelibus, qui,

1°. Judæi æque ac gentiles, antea per peccata erant mortui ; *cap.* II, *v.* 1-3.

2°. Nunc per gratiam in Christo 4.

1. Sunt vivificati ; 5.

2. Suscitati et positi in cœlo ; 6.

3. Ostendendæ gratiæ causa et gratuito salvati per fidem ; 7-9.

4. Facti nova creatura Dei. 10.

II°. *Secundum excellentiam factæ cum Dei Ecclesia consociationis.* Felicitas hujus rei elucet ex oppositione

I. Status præteriti ; in quo gentiles

1°. Habebantur contemptui et odio a Judæis ; 11.

2°. Erant exclusi ab illorum consortio, extranei a fœdere et spe promissionis, sine Christo, sine Deo. 12.

II. Status præsentis, in quo gentiles jam fideles

1°. Associantur Judæis ; 13.

2°. Sublatis per Christum divisione, odio et cærimoniis, fiunt cum Judæis unus homo et unum corpus in Christo ; 14-16.

3°. Conciliata pace, admittuntur cum iisdem ad Deum ; 17, 18.

4°. Jus civitatis et familiæ apud Deum obtinent ; 19.

5°. Constituunt unam Ecclesiam, in Apostolorum et prophetarum doctrina fundatam, in Christo tanquam angulari lapide conjunctam, in Dei cultum constructam. 20-22.

III°. *Secundum certitudinem spei vocatis concessam.* Certitudo spei declaratur ex firmitate vocationis gentium,

I. Quæ fuit mysterium

1°. Ephesiis non sat cognitum ; *cap.* III, *v.* 2.

2°. Antiquis ignotum; 5.
3°. In Deo absconditum : 9.

II. Quæ nunc est

1°. Revelata primum
1. Paulo, pro gentibus vincto; 1, 3, 4.
2. Apostolis etiam ac prophetis : 5.

2°. Nunc Pauli ministerio
1. Confirmanda miraculis; 7.
2. Prædicanda gentibus; 8.
3. Explicanda omnibus : 9.

III. Quæ habet

1°. Pro notione, jus hæreditatis, unionem cum Christo, participationem promissionis; 6.
2°. Pro fine, manifestationem divinæ sapientiæ et fidelitatis; 10, 11.
3°. Pro effectu, fiduciam et libertatem agendi cum Deo; 12.
4°. Pro fructu, gloriam ex ipsis etiam tribulationibus oriundam. 13.

Conclusio expositionis fit

1°. Per obtestationem ad Deum,
1. Tum patrem Christi, 14.
2. Tum patrem Ecclesiæ triumphantis et militantis : 15.

2°. Per deprecationem pro gratiis
1. Tam virtutum moralium, 16, 17.
2. Quam virtutum intellectualium : 18, 19.

3°. Per doxologiam
1. Auctori omnium gratiarum, 20.
2. Ab Ecclesia et Christo deferendam. 21.

PARS II. MORALIS.

PRÆCEPTA MORALIA, SECUNDUM HABITUDINEM DIVERSAM, PRO DIVERSIS SOCIETATIBUS.

§ I. PRÆCEPTA MORALIA PERTINENTIA AD SOCIETATEM ECCLESIASTICAM.

I°. *Commendatur*

- I. Vita vocatione digna : *cap.* IV, *v.* 1.
- II. Virtutes pacem foventes : 2.
- III. Unio animorum religiosa. 3.

II°. *Proponuntur motiva unionis religiosæ.* Eorum

- I. Primum est unitas
  - 1°. Corporis, spiritus, spei ; 4.
  - 2°. Christi, fidei, baptismi ; 5.
  - 3°. Dei et Patris omnium. 6.
- II. Secundum est ratio
  - 1°. Donorum distributorum a Christo,
    - 1. Agente pro arbitrio ; 7.
    - 2. Probante se gratiarum auctorem, per descensum e cœlo ac reditum ad illud ; 8-10.
  - 2°. Functionum in Ecclesia quidem diversarum, sed ab eodem auctore ortarum. 11.
- III. Tertium est finis donorum ac ministeriorum : hic autem est
  - 1°. Consummatio sanctorum ; 12.
  - 2°. Formatio hominis perfecti, 13.
    - 1. Quæ sit libera a defectibus ætatis infantilis ; 14.
    - 2. Plena item vigoris et incrementi per charitatem. 15, 16.

§ II. PRÆCEPTA MORALIA PERTINENTIA AD SOCIETATEM CIVILEM.

I°. *Præceptum generale morum.* Vitæ ratio

- I. Differat a gentilium
  - 1°. Statu interno, quoad intellectum et voluntatem corrupto ; *cap.* IV, *v.* 17, 18.
  - 2°. Statu etiam externo, per scelera vitiato. 19.
- II. Congrua cum doctrina Christi, 20, 21. jubentis
  - 1°. Depositionem veteris hominis ; 22.
  - 2°. Renovationem mentis ; 23.
  - 3°. Formationem totius hominis novi. 24.

II°. *Præcepta particularia exterius regulantia.*

- I. Commercium humanum sit sine mendacio et fraude : 25.

II. Affectus iræ

1°. Non excedat modo, nec mora; 26.

2°. Non pateat calumniatori aut diabolo. 27.

III. Manus abstineant a furto, laborent pro necessitate, largiantur eleemosynam : 28.

IV. Sermo et colloquium

1°. Non sit scandalo, sed ædificationi; 29.

2°. Non contristet Spiritum Sanctum, aut violet ejus signaculum; 30.

3°. Careat amaritudine, ira, clamore, blasphemia. 31.

III°. *Præcepta particularia interius dirigentia.*

I. Sectandum exemplum

1°. Dei, in benignitate et misericordia; 32.

2°. Christi, in dilectione. *Cap.* v, *v.* 1, 2.

II. Puritas maxime curanda

1°. Nec nominando quidem vitia opposita; 3.

2°. Nec proferendo verbum obscœnum, stultum, aut scurrile; 4.

3°. Nec admittendo vanas excusationes horum vitiorum; utpote quæ excludunt a regno et accersunt iram Dei; 5, 6.

4°. Nec participando aut communicando cum luxuriosis. 7, 11.

III. Vivendum ex fide; 8. quia hæc

1°. Profert bonitatem, justitiam et veritatem; 9.

2°. Ostendit verum Dei beneplacitum; 10.

3°. Corrigit peccatores, 11.

1. Detegendo turpitudinem vitiorum; 12.
2. Inducendo horum detestationem; 13.
3. Excitando ad conversionem. 14.

IV. Cautio adhibenda

1°. Universim, agendo prudenter; 15.

2°. Circa tempus, illo utendo bene; 16.

3°. Circa voluntatem Dei, eam attente perpendendo; 17.

4°. Circa usum vini, ebrietatem cavendo; 18.

5°. Circa lætitiam, eam

1. Hauriendo ex Spiritu Sancto; 18.
2. Testando cantionibus sacris; 19.
3. Conjungendo cum gratiarum actione. 20.

§ III. PRÆCEPTA MORALIA PERTINENTIA AD SOCIETATEM ŒCONOMICAM.

I°. *Præceptum generale de subjectione superiori præstanda.* 21.

II°. *Præcepta particularia pro societate conjugali.*

I. Uxores sint subditæ maritis; 22, 24. quia

1°. Mariti sunt caput, adinstar Christi; 23.

2°. Uxores sunt inferiores, sicut Ecclesia Christo. 24.

II. Mariti diligant uxores : 25.

1°. Quia quilibet amat corpus suum, etiam mysticum; 29. ut patet in Christo, qui Ecclesiam, quæ est corpus Christi, 30. dilexit

1. Tradendo se pro illa; 25.

2. Sanctificando eamdem; 26.

3. Parando eam ad gloriam : 27.

2°. Atqui uxores sunt corpus mariti mysticum; ut constat

1. Ex Adami effato; 31.

2. Ex significatione matrimonii : 32.

3°. Ergo mariti debent diligere uxores suas, ut sua corpora, imo ut seipsos. 28, 33.

III°. *Præcepta particularia pro societate parentali.*

I. Liberi obedientiam et honorem parentibus præstent; quia id

1°. Exigit justitia; *cap.* VI, *v.* 1.

2°. Præcipit Deus; 2.

3°. Suadet utilitas. 3.

II. Parentes in educatione liberorum nec severitate nec indulgentia excedant. 4.

IV°. *Præcepta particularia pro societate herili.*

I. Servorum ministerium erga dominos, ut erga Christum, sit

1°. Reverens, sollicitum, sincerum; 5.

2°. Non comicum, sed bonæ fidei; 6.

3°. Voluntarium ac benevolum. 7.

* Ratio, quia et servos pro bono opere Deus præmiat. 8.

II. Dominorum in servos imperium sit moderatum, quia et ipsi subsunt justi Domini imperio. 9.

EPILOGUS

CONTINET ADHORTATIONEM, EXPOSITIONEM, POSTULATIONEM, SIGNIFICATIONEM ET APPRECATIONEM.

I°. *Paulus adhortatur*

I. Ad constantiam : *cap.* VI, *v.* 10.

II. Ad capiendam armaturam Dei : 11.

III. Ad resistendum

1°. Tentationi dæmonum; 12.

2°. Violentiæ persecutionum. 13.

II°. *Exponit constantiæ subsidia*, monendo, ut usurpentur

I. Rectitudo conscientiæ pro baltheo, et perfectio vitæ pro lorica; 14.

II. Promptitudo obedientiæ pro ocreis : 15.
III. Fides cum dilectione pro scuto : 16.
IV. Spes salutis pro galea, verbum Dei pro gladio : 17.
V. Oratio et vigilantia continua. 18.

III°. *Postulat preces pro se,* ut detur prædicare Evangelium
I. Facile et abundanter : 19.
II. Libere et pro dignitate. 20.

IV°. *Significat notitiam de sua sorte capiendam ex Tychico;* qui
I. Eam dare potest : 21.
II. Ut det, est missus. 22.

V°. *Apprecatur pacem, charitatem, fidem et gratiam omnibus Christum diligentibus.* 23, 24.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

EXORDIUM

CONTINET INSCRIPTIONEM ET CAPTATIONEM BENEVOLENTIÆ.

I°. *Inscriptio.* Paulus cum Timotheo

I. Salutat Philippenses universim, episcopos et diaconos nominatim : *cap.* I, *v.* 1.

II. Apprecatur gratiam et pacem. 2.

II°. *Captatio benevolentiæ.* Idem cum eodem

I. Gratulatur,

1°. Agendo grates; 3.

2°. Gaudendo de suscepta a Philippensibus et retenta fide; 4, 5.

3°. Sperando et desiderando eorum perseverantiam, ex suo erga eos amore. 6-8.

II. Precatur, ut

1°. Excellant cognitione; 9.

2°. Præstent delectu; 10.

3°. Fulgeant innocentia; 10.

4°. Ditescant justitiæ fructu. 11.

PARS I. PARACLETICA.

EXIMITUR SOLLICITUDO QUÆ HABEBATUR PRO PAULO, DESUMPTO EX TRIPLICI TEMPORIS DIFFERENTIA ARGUMENTO.

I°. *Quoad tempus præteritum,* captivitas Pauli cessit
- I. In bonum fidei; *cap.* I, *v.* 12.
- II. In honorem Christi, ubique manifestati : 13.
- III. In occasionem Evangelii, libere prædicati. 14.

II°. *Quoad præsens,* prædicatio Evangelii interim facta,
- I. Quantum ad prædicatores, est
  - 1°. Ex æmulatione aut malignitate quorumdam; 15, 17.
  - 2°. Ex charitate et adjuvandi studio aliorum : 15, 16.
- II. Quantum ad Paulum, est
  - 1°. Materia gaudii; 18.
  - 2°. Occasio salutis; 19.
  - 3°. Stimulus ad amplificandam Dei gloriam. 20.

III°. *Quoad futurum,* vitæ et mortis ratio est,
- I. Quantum ad lucrum, par utriusque : 21.
- II. Quantum ad delectum, neutrius cognitio sufficiens : 22.
- III. Quantum ad utilitatem, mortis melior pro Paulo : 23.
- IV. Quantum ad necessitatem, vitæ potior pro Philippensibus : 24.
- V. Quantum ad eventum, vitæ certior et lætior pro utrisque. 25, 26.

PARS II. STEREOTICA.

ERIGITUR SOLLICITUDO RELIGIONI TIMENS,

I°. *Suggerendo media pro fidei et religionis incolumitate.* Hujusmodi sunt

I. Christiana constantia in unitate spiritus et laboris evangelici : *cap.* I, *v.* 27.

II. Intrepida fortitudo in persecutionibus : quæ sunt

1°. Causa perditionis pro persequentibus, salutis autem pro tolerantibus; 28.

2°. Donum credentibus a Deo datum; 29.

3°. Exemplum a Paulo probatum. 30.

III. Concordia fraterna,

1°. Ad solatium Pauli exercenda; *cap.* II, *v.* 1.

2°. Charitate formanda; 2.

3°. Humilitati jungenda; 3.

4°. Alieni boni studiosa. 4.

IV. Imitatio Christi : 5. qui,

1°. Cum esset Deus, factus est homo; 6, 7.

2°. Cum fuisset humilis et obediens usque ad mortem crucis, 8. exaltatus est et donatus nomine

1. Magnifico super omnia; 9.

2. Venerando ab omnibus; 10.

3. Glorioso ex confessione omnium. 11.

V. Studium salutis exercendum

1°. Cum timore et tremore, ob dependentiam a Deo; 12, 13.

2°. Sine dissidio et scandalo; 14, 15.

3°. Cum incremento fidei,

1. A Paulo prædicatæ; 16.

2. Morte ejusdem confirmandæ; 17.

3. Fidelibus et Paulo gloriosæ. 18.

II°. *Suppeditando adjutores et ministros.*

I. Spondetur venturus Timotheus, 19, 23.

1°. Philippensibus plane addictus; 20.

2°. Divinæ gloriæ, non sui commodi, studiosus; 21.

3°. Paulo fidus et probatus. 22.

II. Addicitur Pauli adventus : 24.

III. Præmittitur cum epistola Epaphroditus,

1°. Multis titulis commendatus; 25.

2°. Sua sponte ad iter paratus; 26.

3°. Ad Pauli solatium a morte liberatus; 27.

4°. Ad commune gaudium faciendum legatus; 28.

5°. Excipiendus cum gaudio, et, pro suo erga Philippenses merito, ab illis honorifice habendus. 29, 30.

PARS III. APOLYTICA.

EXPLODITUR SOLLICITUDO QUÆ EST A PSEUDODOCTORIBUS, DEPRESSA ILLORUM AUCTORITATE

I°. *Circa prærogativas legales.*

I. Universim quidem

1°. Provocatione ad exposita jam alibi; *cap.* III, *v.* 1.

2°. Exprobratione defectuum : 2.

II. Speciatim vero consideratione varia; quia prærogativæ hujusmodi,

1°. Spectatæ in se, non sunt veræ ac proprii nominis; 3.

2°. Spectatæ in Paulo, sunt majores et communibus ampliores; 4-6.

3°. Spectatæ ad finem, sunt impedimenta et nullius æstimationis. 7, 8.

* Finis hic, præter Christum, est

1. Justitia vera et in fide fundata; 9.

2. Notitia resurrectionis et communio passionis Christi; 10.

3. Conformitas in utraque. 11.

II°. *Circa perfectionem christianam.*

I. Nec enim Paulus eamdem penitus est assecutus : 12.

II. Nec is contentus est præteritis, sed aspirat ad ulteriora : 13, 14.

III. Idem oportet etiam

1°. Perfectos sapere; 15.

2°. Imperfectos facere; 16.

3°. Utrosque, Paulum imitando, tenere. 17.

III°. *Circa dignitatem operum.* Nam vitæ ratio

I. Pseudodoctorum

1°. Est contraria cruci Christi; 18.

2°. Servit ventri, terrenis affixa et hinc damnabilis : 19.

II. Pauli et Christianorum

1°. Est cœlestis, ideoque conjuncta cum spe; 20.

2°. Immutabitur per gloriosam resurrectionem. 21.

EPILOGUS

CONTINET ADHORTATIONEM, GRATIARUM ACTIONEM, SALUTATIONEM ET APPRECATIONEM.

I°. *Adhortatur Paulus*

I. Speciatim

1°. Evodium et Syntichen ad concordiam; *cap.* IV, *v.* 2.

2°. Anonymum ad opem illis, Clementi et aliis Pauli adjutoribus ferendam. 3.

II. Universim omnes

1°. Ad constantiam; 4.

2°. Ad alacritatem; 4.

3°. Ad moderationem, ob proximum suum adventum; 5.

4°. Ad sollicitudinis remissionem et orationis exercitium, adjecta pacis optimæ promissione; 6, 7.

5°. Ad omne virtutis genus; 8.

6°. Ad executionem dictorum et factorum a Paulo. 9.

II°. *Grates agit pro suppeditata eleemosyna,*

I. Gaudendo de sui memoria ad primam opportunitatem redintegrata : 10.

II. Contestando suam in varia fortuna æquanimitatem, a Dei auxilio profectam : 11-13.

III. Laudando communicationem sibi factam : 14.

IV. Memorando et prædicando similem liberalitatem olim et iterato sibi præstitam : 15-17.

V. Fidem dando de transmissis, per Epaphroditum fideliter traditis : 18.

VI. Optando Philippensibus remunerationem a Deo, et huic gloriam. 19, 20.

III°. *Salutat Philippenses*

I. Nomine suo : 21.

II. Nomine fidelium, ad Cæsaris familiam etiam pertinentium. 22.

IV°. *Apprecatur gratiam Christi.* 23.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

EXORDIUM

CONTINET INSCRIPTIONEM ET APPRECATIONEM.

I°. *Inscriptio est Pauli ac Timothei ad christianos Colossenses.* cap. I, v. 1, 2.
II°. *Apprecatio gratiæ et pacis.* 3.

PARS I. DOGMATICA.

§ I. INDICATUR ORTHODOXIA RELIGIONIS COLOSSENSIUM

I°. *Laudando, profectam ex prædicato ipsis Evangelio,*
- I. Fidem et dilectionem : 4.
- II. Spem et desiderium cœlestium : 5.
- III. Promptam virtutum exercitationem. 7.

II°. *Approbando doctrinam prædicatam ab Epaphra,* qui est
- I. Conservus Pauli, et minister Christi fidelis : 7.
- II: Commendator Colossensium. 8.

III°. *Optando amplificatam cognitionem Christi,*
- I. Per sapientiæ et intellectus dona : 9.
- II. Per vitæ Deo placentis et sanctorum operum exercitia : 10.
- III. Per fortitudinem in perferendis malis, exspectandis bonis. 11.

§ II. DECLARATUR ORTHODOXIÆ HUJUS PERFECTIO,

I°. *Ostendendo generatim illius prærogativam,*
- I. Ex parte christianorum : utpote qui
  - 1°. Participant sortem sanctorum ; 12.
  - 2°. Transferuntur ex potestate dæmonis in regnum Filii Dei. 13.

II. Ex parte Christi : qui scilicet obtinet primatum

1°. In redemptione; 14.

2°. In similitudine cum Deo, et origine; 15.

3°. In ratione causæ et finis omnium; 16.

4°. In æternitate et conservatione rerum; 17.

5°. In dignitate principii et capitis, respectu Ecclesiæ militantis et triumphantis. 18.

* Unde Christo propria est

1. Plenitudo excellentiæ; 19.

2. Auctoritas mediatoris. 20.

II°. *Applicando eamdem ad Colossenses.*

I. Hi enimvero

1°. Antea erant exosi Deo; 21.

2°. Nunc sunt cum Deo reconciliati; 22.

3°. In posterum erunt Deo grati, sed sub certis conditionibus. 23.

II. Conditiones istæ sunt, si Colossenses fuerint

1°. Constantes in Evangelio per Epaphram prædicato; quia hoc est catholicum, cujus Paulus et minister; 23.

2°. Adnati ecclesiæ ab Epaphra fundatæ; quia Paulus pro hac ecclesia

1. Vice Christi sustinet passiones; 24.

2. Ex ordinatione divina fungitur ministerio; 25.

3. Secundum Dei dispensationem manifestat mysterium; 26, 27.

3°. Conjuncti cum Christo per Epaphram proposito; quia Paulus, eum annuntians, et malos arguit, et bonos perficit, indefesso labore ac virtute divina. 28, 29.

III°. *Concludendo ex novis rationibus.*

I. Rationes sunt, quia Paulus

1°. Habet tantam sollicitudinem pro Colossensibus, Laodicenis et aliis, quibus de facie etiam est ignotus; *cap.* II, *v.* 1.

2°. Præter cognitionis et virtutis augmentum, unice intendit ipsorum solatium; 2.

3°. Absens etiam lætatur de rectitudine disciplinæ, ac soliditate fidei apud ipsos conspicua. 5.

II. Conclusio : Licet ergo et decet Colossenses perseverare in doctrina et fide Christi, secundum datam ab Epaphra institutionem. 6, 7.

§ III. COMMENDATUR PERFECTIONIS ISTIUS INTEGRITAS,

I°. *Præmuniendo contra Simoniacorum fallacem eloquentiam, et fabulosam philosophiam;* 4-8. quia Christus

I. Possidet sapientiam infinitam : 3.

II. Substantialiter unitam habet totam divinitatem : 9.

III. Est fons donorum in homines redundantium, et caput ordinum angelicorum. 10.

II°. *Præferendo sacramenta fidei ritibus legis;* quia

I. Circumcisio christiana non est carnalis, sed spiritualis : 11.

II. Baptismus sepelit et delet peccata, atque per fidem resuscitat mortuos ac vivificat : 12, 13.

III. Christus crucifixus debitum et sententiam mortis abolevit, et dæmones superavit. 14, 15.

III°. *Exhortando Colossenses*

I. Contra judaizantes, ne legalia observent, tanquam umbras evanidas, præsente jam veritate : 16, 17.

II. Contra Simonianos, ne superstitiosum Angelorum cultum suscipiant, quo scilicet suprema Christi excellentia violetur : 18, 19.

III. Contra utrosque, ne rebus superstitiosis vel ritibus abrogatis utantur; cum, quantumvis sapientiam aut mortificationem respirent, sint inutiles, nec Deo probati. 20-23.

PARS II. ETHICA.

§ I. PRÆCEPTA MORALIA.

I°. *Præceptum generale.* Christianus
- I. Quærat cœlestia : *cap.* III, *v.* 1.
- II. Negligat terrestria. 2.
  - * Ratio utriusque; quia hoc exigit
    - 1°. Vita præsens hominis mundo mortui, et viventis in Christo; 3.
    - 2°. Vita ejusdem olim in gloria futuri. 4.

II°. *Præcepta dehortatoria a vitiis*
- I. Carnalibus ac libidinis : 5.
- II. Appetitus concupiscibilis : 6, 7.
- III. Appetitus irascibilis : 8.
- IV. Linguæ ac sermonis. 8, 9.

III°. *Præcepta adhortatoria,* ad
- I. Novi hominis induitionem, omnibus communem : 10, 11.
- II. Virtutes, oppositas vitiis appetitus irascibilis : 12, 13.
- III. Charitatem et unitatem : 14, 15.
- IV. Rerum divinarum memoriam et mutuam ædificationem : 16.
- V. Rectam actionum intentionem. 17.

§ II. OFFICIA HUMANA.

I°. *Officia œconomiæ*
- I. Conjugalis :
  - 1°. Uxores maritis sint subditæ; 18.
  - 2°. Mariti ament ac blande tractent uxores. 19.
- II. Parentalis :
  - 1°. Liberi obediant parentibus; 20.
  - 2°. Parentes non exasperent liberos. 21.
- III. Herilis :
  - 1°. Servi sincere et alacriter famulentur dominis; 22, 23.
  - 2°. Iidem certi sint de præmio ob bona opera, et de pœna propter malefacta; 24, 25.
  - 3°. Domini præstent servis quod justum et æquum est. *Cap.* IV, *v.* 1.

II°. *Officia pietatis.* Fiat
- I. Oratio constans et gratiarum actio : 2.
- II. Postulatio pro Evangelio per Paulum digne prædicando. 3, 4.

III°. *Officia conversationis.* Adhibeatur

I. In commercio humano, maxime cum infidelibus, circumspectio et usus temporis : 5.

II. In sermone gratia et prudentia. 6.

EPILOGUS

CONTINET DECLARATIONEM, SALUTATIONEM, MANDATUM ET FORMULAS.

I°. *Declarat Paulus*, mitti epistolæ suæ bajulos Tychicum et Onesimum,

I. Ad dandam de se notitiam : 7.

II. Ad referendam sibi informationem, adferendum vero Colossensibus solatium : 8.

III. Ad exponendum statum Ecclesiæ romanæ. 9.

II°. *Salutationem*

I. Refert commissam sibi

1°. Ab Aristarcho concaptivo, et Marco Barnabæ consobrino, quem Colossas venturum commendat; 10.

2°. A Jesu Justo, suo cum prioribus cooperatore; 11.

3°. Ab Epaphra, sollicito et insigni operario; 12, 13.

4°. A Luca medico, et Dema. 14.

II. Jubet dici a se Laodicenis, Nymphæ, et domesticæ hujus ecclesiæ. 15.

III°. *Mandat*,

I. Epistolam hanc communicari cum Laodicenis, datam ad istos legi a Colossensibus : 16.

II. Moneri Archippum ad implendum suum ministerium. 17.

IV°. *Postremo suscribit propria manu : postulat captivitatis suæ memoriam : apprecatur pacem.* 18.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD THESSALONICENSES PRIMA.

EXORDIUM.

Paulus, Silvanus et Timotheus apprecantur Thessalonicensibus gratiam et pacem. Cap. I, v. 1, 2.

PARS I. PARACLETICO-PARÆNETICA.

PAULUS, THESSALONICENSES AD PERSEVERANTIAM IN FIDE EXCITATURUS,

I°. *Agit gratias Deo* pro Thessalonicensium
- I. Fide viva, charitate laboriosa, et spe patiente : 2, 3.
- II. Segregatione a mundo : 4.
- III. Susceptione Evangelii magnanima, ad ejus prædicationem miraculis et donis confirmatam. 5, 6.

II°. *Laudat hanc ipsam magnanimitatem,* qua facti sunt
- I. Macedonibus et Achaicis in exemplum : 7.
- II. Fidei in opportunitatem diffusionis : 8.
- III. Sibi ipsis in salutem, ob conversionem ab idolis ad Christum, et spem liberationis in judicio futuræ. 9, 10.

III°. *Commemorat apostolatus sui apud Thessalonicenses functionem,* quam
- I. Suscepit utiliter, fortiter et sollicite : *cap.* II, *v.* 1, 2.
- II. Exsecutus est strenue,
  - 1°. Proponendo doctrinam sanctam et sanam ; 3, 4.
  - 2°. Prædicando animo placendi, non hominibus, sed Deo, nec serviendi avaritiæ aut vanæ gloriæ ; 4-6.
  - 3°. Vivendo sumptibus propriis, ac sine ullius onere ; 7, 9.
  - 4°. Tractando illos amantissime, ad modum nutricis, et desiderando illorum salutem ; 7, 8.
  - 5°. Agendo sancte, juste ac irreprehensibiliter ; 10.
  - 6°. Imitando patrem obsecratione, consolatione, exhortatione. 11, 12.

IV°. *Commendat*, cum gratiarum actione, eorum

I. In suscipiendo Dei verbo religionem : 13.

II. In conservando constantiam : 14.

III. In communicando præcellentiam præ habitatoribus Judææ, qui

1°. Occiderunt Christum et prophetas, Deo et hominibus invisi ; 15.

2°. Impediunt inter gentes prædicationem Evangelii, in perniciem propriam. 16.

V°. *Declarat suum in Thessalonicenses affectum tenerrimum*,

I. Promisso et tentato ad eos adventu : 17, 18.

II. Dato suavissimæ compellationis allicio : 19, 20.

III. Misso ad illos Timotheo, *cap.* III, *v.* 1, 2.

1°. Pro auferenda inquietudine, ex Pauli afflictionibus fors orta ; 3, 4.

2°. Pro referendo nuntio de Thessalonicensium constantia. 5.

IV. Concepto gaudio ex reddita per Timotheum notitia, de Thessalonicensium

1°. Reciproco erga Paulum affectu ; 6.

2°. Charitate et fide ; 6, 7.

3°. Constanti perseverantia. 8.

V. Adjunctis ad Deum

1°. Actione gratiarum pro isto gaudio ; 9.

2°. Voto pro opportunitate illos revisendi ; 10, 11.

3°. Precatione pro illorum incremento in numero, charitate et sanctitate. 12, 13.

PARS II. DIDACTICO-ETHICA.

PAULUS THESSALONICENSES AD VITÆ SANCTIMONIAM PROMOTURUS, REVOCAT IN MEMORIAM

I°. *Præceptum generale circa perseverantiam et profectum in monitis olim ab Apostolo datis.* Cap. IV, v. 1, 2.

II°. *Præcepta specialia* : sunt autem hæc,

I. Circa castimoniam,

1°. Abstinendum a fornicatione ; 3.
2°. Utendum matrimonio sancte et honeste ; 4.
3°. Non indulgendum libidini aut zelotypiæ ; 5.
4°. Cavendum ab adulterio. 6.

* Ratio omnium est, quia Deus

1. Vult, nos sanctificari, non sectari impuritatem ; 3, 7.
2. Vindex est omnis impudicitiæ ; 6.
3. Spernitur ipse, utpote qui legem continentiæ dedit, et corpus nostrum tanquam templum inhabitat. 8.

II. Circa vitam communem :

1°. De charitate fraterna non repetitur lex, cum Thessalonicæ vigeat illius usus : commendatur tamen in eo profectus ; 9, 10.
2°. Prohibetur curiositas, ne turbetur quies, et otium, ne molestia creetur aliis. 11.

III. Circa luctum de mortuis :

1°. Is non sit immoderatus, ad morem gentilium ; 12.
2°. Sit temperatus solatio, 17.

1. Ob certitudinem resurrectionis universalis ; 13.
2. Ob facilitatem et promptitudinem hujus futuram ; 14, 15.
3. Ob gloriam fidelium in eadem perennaturam. 16.

IV. Circa præparationem ad judicium :

1°. Necesse non est inquirere in tempus et diem futuri judicii ; *cap.* V, *v.* 1.

1. Quia notum est id eventurum inopinato, ut fur noctu obrepit et dormientibus inexspectatus adest ; 2, 3.
2. Quia hoc scire non pertinet ad Thessalonicenses, qui scilicet tanquam filii lucis non versantur in nocte. 4, 5.

2°. Non licet tamen iisdem dormire, sive per peccatum sive per oblivionem judicii ; sed oportet esse vigiles, per hujus memoriam, et sobrios, per abstinentiam a peccatis ; 6.

1. Quia somnus et ebrietas tantum cum nocte convenit ; 7.
2. Vigilia autem et sobrietas congruit diei. 7.

3°. Quin decet illos esse paratos, et instructos fide et charitate, præsertim etiam spe ; 8. quia

1. Deus nos destinavit ad salutem ; 9.
2. Christus pro nobis ac nostra salute est mortuus. 10.

V. Circa officia mutua :

1°. Omnes, ob communem salutis spem, mutuo se consolentur, et ad bonum excitent; 11.

2°. Inferiores, ob antistitum laborem, præsidium et utilitatem, reddant cum reverentia charitatem, nec cum iis contendant; 12, 13.

3°. Præsules corripiant, solentur, suscipiant et tolerent subditos, pro varia illorum ratione : a malo reddendo prohibeant omnes, et infidelibus etiam benefaciant. 14, 15.

VI. Circa exercitia privatorum : quilibet

1°. Sit læto animo; 16.

2°. Deditus orationi continuæ; 17.

3°. Gratus erga Deum in omnibus. 18.

VII. Circa usum donorum :

1°. Linguas aliaque dona nemo supprimat sive in se sive in aliis; 19.

2°. Prophetias negligat aut vilipendat nullus; 20.

3°. Non admittantur tamen illæ, sine discretionis spiritu et examine; 21.

4°. Quarum bonitas explorata est, illæ recipiantur : quæ speciem mali aut scandalum præbent, rejiciantur. 22.

EPILOGUS

CONTINET VOTUM, COMMENDATIONEM, SALUTATIONEM, JUSSIONEM, APPRECATIONEM.

I° *Votum facit* Paulus pro consummata Thessalonicensium sanctitate. 23, 24.

II°. *Commendat se* eorum precibus. 25.

III° *Salutat* fideles omnes, demandato osculo, charitatis symbolo. 26.

IV°. *Jubet*, epistolam hanc legi in publico conventu. 27.

V°. *Apprecatur* gratiam Christi. 28.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD THESSALONICENSES SECUNDA.

EXORDIUM.

Paulus, Silvanus et Timotheus apprecantur Thessalonicensibus gratiam et pacem. Cap. I, v. 1, 2.

PARS I. PARACLETICA.

PAULUS, PRÆMISSO GRATIARUM DEO AGENDARUM DEBITO, THESSALONICENSIBUS

I°. *Gratulatur*
- I. De incremento fidei et charitatis : 3.
- II. De patientia in tribulationibus : 4.
- III. De dignitate ad beatitudinem obtinendam. 5.

II°. *Commendat justitiam*
- I. Dei, retribuentis
  - 1°. Tribulationem tribulantibus; 6.
  - 2°. Solatium tribulatis : 7.
- II. Christi judicis,
  - 1°. Damnantis incredulos; 8, 9.
  - 2°. Beatificantis fideles. 10.

III°. *Apprecatur*
- I. Progressum in bene cœptis : 11.
- II. Augmentum gloriæ in Christum redundaturæ. 12.

PARS II. EXEGETICA.

TRACTAT PAULUS DE JUDICIO EXTREMO,

I°. *Monendo Thessalonicenses,*

I. Ne sinant se induci, terreri aut decipi, quasi proximus sit dies supremus : *cap.* II, *v.* 1, 2.

II. Ut recordentur olim dictorum. 5.

II°. *Exponendo*

I. Signa judicium præcedentia, scilicet defectionem a fide, et adventum Antichristi : 3.

II. Circumstantias Antichristi, scilicet

1°. Characteres; 4.

2°. Adventum, nunc quidem impeditum, sed a præcursoribus tamen inchoatum; 6, 7.

3°. Operationes præstigiosas, seductrices infidelium, permissas juxto Dei judicio; 9, 11.

4°. Exitium a Christo inferendum. 8.

III°. *Excitando eosdem,*

I. Gratiarum actione, pro tempestiva eorum electione, et per Apostolos facta vocatione : 12, 13.

II. Exhortatione ad retinenda et observanda præcepta, seu verbo seu scripto tradita : 14.

III. Deprecatione, ut Deus eos consoletur, et confirmet in doctrina et opere bono. 15, 16.

PARS III. PARÆNETICA.

ADHORTATIO TRIPLICIS GENERIS.

I°. *Adhortatio dogmatica.* Optatur
  I. Profectus et gloria Evangelii : *cap.* III, *v.* 1.
  II. Immunitas ab obsistentium impedimentis : 2.
  III. Fidei confirmatio in credentibus. 3.
II°. *Adhortatio ethica.* Commendatur
  I. Observatio præceptorum : 4.
  II. Amor Dei et patientia Christi. 5.
III°. *Adhortatio œconomica.* Præscribitur
  I. Abstinentia a consortio otiosorum et curiosorum, qui inter Thessalonicenses habentur : 6, 11.
  II. Imitatio Pauli nec curiosi nec otiosi : 7–9.
  III. Memoria axiomatis olim de hac materia dati : 10.
  IV. Studium modestiæ et laboris ad procurandam sufficientiam : 12.
  V. Continuatio beneficentiæ : 13.
  VI. Exclusio inobedientum a communione : 14.
  VII. Correptio eorumdem fraterna. 15.

EPILOGUS

CONTINET APPRECATIONEM, SALUTATIONEM, VOTUM.

I° *Paulus apprecatur pacem.* 16.
II°. *Salutat manu propria et apposito signo characteristico.* 17.
III°. *Votum facit finale.* 18.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEUM PRIMA.

EXORDIUM.

Paulus Timotheo, suo in fide filio, apprecatur gratiam, misericordiam et pacem. Cap. I, v. 1, 2.

ARGUMENTUM.

TRACTATIO DIDACTICA.

§ I. INSTRUCTIO SPECTANS AD EXERCITIA SACRA.

I°. *Quod prædicationem ecclesiasticam attinet,*

I. Eliminentur heterodoxiæ, fabulæ, genealogiæ Judaicæ et quæstiones litigiosæ : 3, 4.

II. Intendantur ædificatio pietatis per fidem, scopus legis charitas, et puritas conscientiæ. 4, 5.

* Ex hujus intentionis defectu

1°. Prædicatio fit vaniloquium ; 6.

2°. Doctores legis produnt ignorantiam. 7-9.

III. Assumatur doctrina sacra secundum Evangelium. 10, 11.

* Hujus prædicatio commissa est Paulo, 12.

1°. Prius blasphemo, persecutori et contumelioso ; 13.

2°. Postea Apostolo. 14.

IV. Seligatur in præcipuum doctrinæ argumentum finis factæ incarnationis, quæ est salus peccatorum. 15.

* Hujus veritas est demonstrata in Paulo,

1°. Ad informationem aliorum fidelium ; 16.

2°. Ad gloriam Dei. 17.

V. Conjungatur doctrina hæc cum fide sincera et conscientia bona, 19 maxime a Timotheo,

1°. Pro sui officii debito ; 18.

2°. Pro evitando Hymenæi et Alexandri fato. 19, 20.

II° *Quod precationem publicam concernit,*

I. Modus orandi omne precum genus complectitur : *cap.* II, *v.* 1.

II. Finis orandi *cui* ad omnem magistratum, *qui* ad vitæ civilis quietem et honestatem extenditur : 2 (1).

III. Causa orandi pro omnibus est Dei beneplacitum : 3. hoc manifestum est

1°. Ex voluntate Dei salvandi omnes ; 4.

2°. Ex unitate Dei et mediatoris inter Deum et hominem ; 5.

3°. Ex morte Christi ac redemptione omnium, quæ documentum est voluntatis illius generalis , a Paulo publicandum. 6, 7.

IV. Locus orandi est quælibet ecclesia : 8.

V. Circumstantiæ orandi sunt,

1°. Pro viris et omnibus, immunitas a peccato, maxime odio et discordia ; 8.

2°. Pro feminis speciatim,

1. Cultus vestium decens , sed modestus et sine luxu ; 9.

2. Ornatus virtutum. 10.

* Cæterum feminis

1. Imperatur , ut audiant doctrinam in silentio, et obtemperent cum submissione ; 11.

2. Prohibetur, ne doceant in Ecclesia, nec auctoritatem sibi in virum arrogent. 12.

** Utriusque datur ratio :

α. Posterioris quidem, quia Adam fuit prior Eva , non tantum ortu , sed etiam dignitate et præstantia ; 13.

β. Prioris autem , quia Eva deceptioni patuit, non Adam. 14.

3. Promittitur salus ex pia liberorum educatione , et constantia in fide , charitate , sanctitate et morum sobrietate. 15.

§ II. INSTRUCTIO SPECTANS AD MINISTROS SACROS.

I°. *Dotes quæ requiruntur in sacris ministris ante eorum electionem.*

I. Episcopatus, tanquam muneris eximii et onerosi, candidatus *cap.* III, *v.* 1.

1°. Sit irreprehensibilis, non bigamus, sobrius et vigilans , prudens, compositus , castus , peregrinorum amans , aptus et paratus ad docendum ; 2.

2°. Vino haud deditus, nec violentus, sed mansuetus, litium abstinens, nec amator argenti ; 3.

(1) Omnis humanæ actionis finis alius est *qui*, seu res ipsa quæ per actionem intenditur; alius *cui*, persona scilicet in cujus gratiam intenditur ipsa res.

3°. In familia sua bene regenda probatus, sicque spem Ecclesiæ recte gubernandæ faciens; 4, 5.
4°. In religione non novellus, ne superbiæ sit obnoxius; 6,
5°. Fama bona apud infideles etiam fruens, ne pateat contemptui. 7.

II. Ad Diaconatum assumendus, similiter sit
1°. Castus, duplicitate carens, nec bibacitati nec avaritiæ deditus; 8.
2°. Fidei christianæ custos per conscientiam bonam; 9.
3°. Probatus, et immunis a crimine; 10.
4°. Monogamus, et regendæ familiæ expertus; 11, 12.
5°. Aptus ad altiorem gradum, et ad confidentiam sibi conciliandam. 13.

III. Diaconissæ futuræ polleant castitate, pacis studio, sobrietate ac fidelitate. 11.

II°. *Quænam debeat esse agendi ratio ministrorum post electionem, accommodata Timothei personæ ac tempori,*

I. Respectu Ecclesiæ ædificandæ: debet
1°. Conversatio esse ornata virtutibus supra expositis; 14, 15.
2°. Prædicatio studiosa, præcipue in Ecclesia veritatis, de mysterio incarnationis; 16.
3°. Præmunitio sollicita fidei et doctrinæ, contra instantes hæreticos et errores; *cap.* IV, *v.* 1. horum
1. Priores notantur ab hypocrisi, mendacio et conscientia cauteriata: 2.
2. Posteriores prohibent nuptias et certos cibos, tanquam malos. 3.
* Hic de cibis error refutatur
α. Ex intentione Dei creatoris, cum benefactoris laude; 3.
β. Ex natura rei creatæ, quæ bona est; 4.
γ. Ex bono fidelium usu, et adjunctis ad manducationem precibus. 5.
4°. Cautio solers a fabulis. 7.

II. Respectu studii suscipiendi: in quo exercitium pietatis seu devotionis internæ omni corporali exercitationi est præferendum; quia pietas
1°. Est ad omnia utilis; 8.
2°. Habet promissa hujus et futuræ vitæ bona; 8.
3°. Superat mala omnia
1. Certitudine fidei; 9.
2. Infallibilitate spei in Deo salvatore omnium, maxime fidelium. 10.

III. Respectu subditorum continendorum;
1°. Hæc omnia docenda sunt verbo; 10.
2°. Confirmanda sunt exemplo, omnigena virtute instructo, ne, ob juventutem loquentis, spernantur. 11.

IV. Respectu sui ipsius perficiendi:
1°. Incumbendum est lectioni et devotioni; 13.

2°. Satisfaciendum muneri suscepto et dono collato ; 14.
3°. Proficiendum meditatione et usu ; 15.
4°. Vivendum sancte, et docendum sane, ut quis sit suis et sibi causa salutis. 16.

§ III. INSTRUCTIO SPECTANS AD POLITIAM SACRAM,

I°. *Quantum ad correptionis discretionem.* Corrigendi sunt

I. Seniores ut patres, juniores ut fratres : *cap.* v, *v.* 1.

II. Anus ut matres, adolescentulæ ut sorores, observato castitatis officio. 2.

II°. *Quantum ad eleemosynæ ecclesiasticæ distributionem.*

I. Viduæ sustententur hac eleemosyna, si tamen sint

1°. Veræ viduæ, ac omni auxilio destitutæ; 3, 5.
2°. Pietati deditæ; 5, 6.
3°. Irreprehensibiles; 7.
4°. Ætate sexaginta annos egressæ, et monogamæ; 9.
5°. Exercitiis virtutum erga liberos, peregrinos et afflictos assuetæ. 10.

II. Hoc beneficio non gaudeant viduæ

1°. Facultatibus propriis instructæ, quæ, si liberos habent, eos bene regant et instituant,
  1. Ut beneficia in his reddant parentibus, et Deo gratum faciant; 4.
  2. Ne consanguineorum neglectu fiant deteriores infidelibus : 8.
2°. Careant item sexagenariis minores et adolescentulæ; 9.
  1. Quia pleræque castitatis votum haud diu servant, sed saginatæ lasciviunt et pruriunt ad nuptias; 11, 12.
  2. Plerumque otiosæ, garrulæ, per domos vagæ, et aliarum rerum curiosæ, vitiis aliis laborant. 13.
  * Hujusmodi præstat nubere, dare operam liberis et horum educationi, familiæ curam gerere, ne sint scandalo, et, quod jam quibusdam contigit, sequantur Satanam, relicto Christo. 14, 15.
3°. Denique nec fruantur illæ, quibus divites sunt agnati aut affines; quia ab his, non ab Ecclesia, illas sustentari oportet. 16.

III. Presbyteri, Ecclesiæ præpositi et prædicationi addicti, digni sunt ampliori subsidio : ut liquet ex legibus de bove triturante, et operario mercede digno. 17, 18.

III°. *Quantum ad auctoritatis episcopalis usum*

I. In judicando :

1°. Contra presbyterum non admittenda est accusatio, nisi duobus vel tribus testibus probata; 19.
2°. Publice peccantes etiam publice sunt arguendi; 20.
3°. Judicium ipsum non fiat vel ex præcipitantia vel ex affectu. 21.

II. In ordinando :

1°. Sine examine nemini facile sunt imponendæ manus, ne ordinans fiat particeps peccati alieni; 22.

2°. Examinis omittendi rationem dare potest casus

1. Vel notoriæ per vitia indignitatis, 24.

2. Vel manifestæ per virtutes dignitatis. 25.

* Inseritur monitum de castitatis studio, et usu vini, sed modici, propter stomachi infirmitatem et debilitatem corporis. 23.

IV°. *Quantum ad servorum institutionem.*

I. Doceantur servi obedire dominis

1°. Infidelibus, ne, ob eorum inobedientiam, professio christiana male audiat; *cap.* VI, *v.* 1.

2°. Fidelibus, ut his, tanquam suis in Christo fratribus, fiant chariores. 2.

II. Contrarium docere conantes

1°. Contradicunt Christo et pietati; 3.

2°. Produnt suam superbiam, ignorantiam, inane ac perversum cordis studium, abusumque pietatis ad quæstum. 4, 5.

V°. *Quantum ad quæstus moderationem.*

I. Moderanda est rerum terrenarum cupiditas; quia

1°. Pietas, conjuncta sufficientiæ, est quæstus maximus; 6.

2°. His opibus nuda natura nostra et prodiit et discedet. 7.

* Concluditur hinc, quemlibet alimentis et vestimentis contentum esse oportere. 8.

II. Cavendum avaritiæ studium; quia est

1°. Occasio multarum tentationum et desideriorum tum inutilium tum noxiorum; 9.

2°. Radix malorum omnium, et via ad apostasiam. 10.

EPILOGUS

CONTINET INSTRUCTIONEM TUM GENERALEM TUM ALIQUAM PARTICULAREM, CUM APPRECATIONE.

I°. *Anacephaleosis et doctrina generalis pro omnibus.*

I. Fugienda sunt vitia et sectandæ virtutes : 11.

II. Pro fide certandum est fortiter, et contendendum ad vitam æternam : 12.

III. Observanda sunt mandata omnia, hactenus data, constanter, usque ad adventum Christi, 14.

1°. Per quem fit obtestatio; 13.

2°. Qui ad judicium veniet missus a Deo, supremo domino, immortali et invisibili. 15, 16.

II°. *Monita pro divitibus.*

I. Non superbiant nec confidant in divitiis, sed in Deo omnium largitore : 17.

II. Abundent operibus bonis et largiantur de suis opibus : 18.
III. Thesauros meritorum colligant, profecturos ad vitam æternam. 19.
III°. *Documentum pro episcopis*, de custodienda doctrina per modum depositi tradita, evitanda profana vocum novitate, et retundendis hæreticorum objectionibus. 20, 21.
IV°. *Apprecatio gratiæ*. 21.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEUM SECUNDA.

EXORDIUM

CONTINET SALUTATIONEM, APPRECATIONEM ET CAPTATIONEM BENEVOLENTIÆ.

Paulus, Dei voluntate et salutis causa Apostolus,

I. Salutat Timotheum : *cap.* I, *v.* 1.

II. Precatur gratiam, misericordiam et pacem : 2.

III. Habet Timothei

1° Memoriam in precibus; 3.

2°. Desiderium visendi. 4.

IV. Honorifice meminit fidei, tum Timotheo propriæ tum avitæ. 5.

ARGUMENTUM.

TRACTATIO PARÆNETICA.

I°. ***Excitat Paulus Timotheum ad fortitudinem in munere,***

I. Monendo, ut

1°. Resuscitetur fervor gratiæ, per ordinationem acceptæ; 6.

2°. Excludatur timiditas alacritate, charitate, discretione; 7.

3°. Deponatur pudor, ex opprobriis Christi et vinculis Pauli forsan conceptus. 8.

II. Exhortando ad collaborandum in Evangelio, 8.

1°. Propter vocationem divinam,

1. Gratuito in æternitate decretam; 9.

2. Abundanter in tempore completam : 10.

2°. Propter exemplum Pauli,

1. Vocati ad apostolatum; 11.

2. Pro Evangelio perpessi equidem multa, sed certi de præmio et securi. 12.

III. Commendando in prædicatione

1°. Attentionem, et selectum verborum; 13.

2°. Custodiam et conservationem doctrinæ. 14.

IV. Notando, in peragratione locorum,

1°. Infidos et hostes asiaticos, et ex his Phigellum et Hermogenem; 15.

2°. Fidum et amicum Onesiphorum, cui precatur optima. 16-18.

V. Addendo

1°. Animum, pro exercenda gratia accepta; *cap.* II, *v.* 1.

2°. Monitum, ad formandos prædicatores idoneos. 2.

II°. *Excitat ad constantiam in labore*, 3.

I. Præscribendo conditiones, scilicet

1°. Remotionem impedimentorum, 4.

2°. Perseverantiam, 5.

3°. Diligentiam. 6.

* Quas, sub comparationibus propositas, attendendas monet. 7.

II. Ostendendo spem præmii

1°. In exemplo Christi; 8.

2°. In schemate Pauli; 9, 10.

3°. In promissione gloriæ sub merito operum; 11, 12.

4°. In fidelitate Dei. 13.

III°. *Excitat ad prudentem œconomiam in ministerio*,

I. Dehortando

1°. A contentionibus verborum et litibus; 14, 24.

2°. A profanis, inanibus et incompositis quæstionibus; 16, 23.

* Utpote quibus perdi auditores, patet ex Hymenæi et Phileti exemplo. 17, 18.

II. Instruendo de Ecclesiæ, vel inter multorum defectum constantis, perpetuitate,

1°. Ob immutabilitatem divinæ electionis; 19.

2°. Ob hominis libertatem, et facilitatem ad resipiscentiam et emendationem. 20, 21.

III. Adhortando

1°. Ad ministerium, vita et doctrina probandum; 15.

2°. Ad sectandam justitiam, fidem, charitatem et pacem; 22.

3°. Ad mansuetudinem et patientiam exercendam; 24.

4°. Ad tractandos leniter errantes, ob possibilem eorumdem mutationem in melius. 25, 26.

IV. Præmonendo de instantibus

1°. Temporibus periculosis; *cap.* III, *v.* 1.

2°. Pseudodoctoribus, qui depinguntur tanquam

1. Omnium vitiorum genere corrupti; 2-4.

2. Solam pietatis speciem præ se ferentes; 5.

3. Magistri mulierculārum, pridem moribus corruptarum, institutione nihil proficientium; 6, 7.

4. Veritati refractarii, ad Jannæ et Mambres exemplum, non tamen ad sectatorum diuturnitatem. 8, 9.

V. Muniendo contra eosdem,

1°. Proposito Pauli exemplo

1. In doctrina et virtutibus; 10.
2. In persecutionibus feliciter superatis : 11.

2°. Exposita conditione

1. Bonorum, qui adversis tentantur et liberantur; 12.
2. Malorum, qui in deterius ruunt : 13.

3°. Commendato exercitio cognitorum

1. Tum ex magisterio Apostoli; 14.
2. Tum ex studio Scripturæ sacræ; 15.
* Hæc enim Scriptura est utilis
1. Ad officia præstanda doctoris; 16.
2. Ad plenam efformationem præsulis. 17, 18.

IV°. *Excitat ad promptitudinem in executione,*

I. Obtestando per Christi judicis adventum : *cap.* IV, *v.* 1.

II. Urgendo

1°. Prædicationem omni tempore et modo; 2.
2°. Idque ob hominum magistros sibi blandientes captantium frequontiam. 3, 4.

III. Movendo ad omnimodam officii præstationem, 5.

1°. Ob Pauli mortem instantem; 6.
2°. Ob ejusdem cursum consummatum; 7.
3°. Ob certam tum Pauli tum omnium Deum amantium remunerationem. 8.

IV. Jubendo maturationem itineris, et adductionem Marci, 8, 11, 21.

1°. Ob desertionem Demæ; 9.
2°. Ob missionem Crescentis, Titi et Tychici in alias regiones; 10, 12.
3°. Ob absentiam Erasti et Trophimi, alibi relictorum. 20.

V. Petendo

1°. Translationem penulæ et librorum; 13.
2°. Devitationem Alexandri Paulo adversantis. 14, 15.

EPILOGUS

CONTINET EXPOSITIONEM, SALUTATIONEM ET APPRECATIONEM.

I°. *Exponit Paulus*

I. Causæ suæ Romanæ exordium, adjutoribus destitutum : 16.
II. Christi apparentis subsidium et promissum : 17.
III. Liberationem suam ab ore leonis et malo. 17, 18.

II°. *Salutem*

I. Dat Priscæ, Aquilæ et Onesiphori familiæ : 19.
II. Dicit ex Eubulo, Pudente, Lino, Claudia et reliquis. 21.

III°. *Apprecatur Christi gratiam Timotheo et fidelibus.* 22.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD TITUM.

EXORDIUM

CONTINET DECLARATIONEM, APPRECATIONEM ET EXPOSITIONEM.

Paulus, salutando Titum, ex fide utrique communi filium,

I. Declarat apostolatus sui
 1°. Finem, qui est fides vera, seu agnitio veritatis cum Dei cultu conjuncta; *cap.* 1, *v.* 1.
 2°. Effectum, qui est spes vitæ æternæ a Deo promissæ; 2.
 3°. Medium, quod est prædicatio Paulo demandata a Christo. 3.

II. Apprecatur gratiam et pacem : 4.

III. Exponit consilium relicti in Creta Titi, quod est
 1°. Recta episcoporum constitutio; 5.
 2°. Congrua fidelium instructio. 5.

ARGUMENTUM.

TRACTATIO DIDACTICA.

§ I. INSTRUCTIO PRO RECTA EPISCOPORUM CONSTITUTIONE.

I°. *Episcopus constituendus,*
 I. Quantum ad familiam, sit monogamus, et ex liberis bene educatis probatus : 6.
 II. Quantum ad mores, pro officio dispensatoris Dei,
  1°. Careat vitiis; 7.
  2°. Polleat virtutibus. 8.
 III. Quantum ad scientiam, sit doctrina evangelica instructus, ut fideles ad pietatem hortari et adversarios convincere possit. 9.

II°. *Necessitas constituendi in Creta episcopos* habetur
 I. Ex multitudine ac vi noxia pseudodoctorum, quos oportet redargui : 10, 11.

II. Ex vitiis variis Cretensium, quos juvat acriter corripi : 12, 13.

III. Ex importunitate judaizantium, quos a fabulis et vanis hominum mandatis decet avocari : 14.

* Constat enim, eorumdem

1°. Dogma de ciborum discrimine esse erroneum; 15.

2°. Rationem vivendi esse contrariam fidei et sceleratam. 16.

§ II. INSTRUCTIO PRO CONGRUA FIDELIUM INSTITUTIONE.

I°. *Universim fideles doceantur doctrinam sanam.* Cap. II, v. 1.

II°. *Quoad instituta privata*, doceantur

I. Senes sobrietatem, prudentiam, sinceritatem in fide, dilectione et patientia : 2.

II. Matronæ profectiores,

1°. Respectu sui, sanctam corporis compositionem et abstinentiam a calumniis ac bibacitate ; 3.

2°. Respectu adolescentularum sibi commissarum, omnes sexui huic olim maritando proprias virtutes. 4, 5.

III. Juvenes, temperantiam et sobrietatem. 6.

* Ob juventutem suam Titus hic monetur, cum verbo exemplum, et cum doctrina sana gravitatem morum conjungere. 7, 8.

IV. Servi, subjectionem et dominis placendi studium; fidelitatem item, abstinentiam et obedientiam. 9, 10.

* Ad ista tum Tito tum docendis persuadenda, proponitur Christi

1°. Exemplum, gratiæ erga omnes; 10, 11.

2°. Doctrina, de sobrietate, justitia et pietate; 12.

3°. Scopus et finis, tum ultimus, qui est beatitudo æterna, tum proximus, qui est specialis vitæ sanctimonia. 13, 14.

* Commendatur Tito instructionis hujus faciendæ modus utilis et efficax. 15.

III°. *Quoad instituta publica*, doceantur,

I. Respectu magistratus, subjectionem, obedientiam et promptitudinem ad bona : *cap.* III, *v.* 1.

II. Respectu gentilium, fugam maledicentiæ et rixarum, modestiam et speciatim mansuetudinem : 2.

* Quia fidelibus etiam, cum olim peccatores maximi essent, Deus mansuetudinem et singularem amorem exhibuit, 3, 4.

1°. Immeritos salvando per baptismum; 5.

2°. Ornando Spiritus Sancti donis; 6.
3°. Donando spe beatitudinis. 7.

III. Respectu fidelium, exemplum et præcellentiam bonorum operum : 8.

IV. Respectu judaizantium; abstinentiam ab inutilibus eorum studiis et quæstionibus : 9.

V. Respectu hæreticorum, post correctionem aliquoties incassum tentatam, omnimodam eorum tanquam reproborum devitationem. 10, 11.

EPILOGUS

CONTINET VARIA TITO COMMISSA NEGOTIA.

I°. *Nempe Paulus jubet, Titum venire ad se Nicopolim*, delectam sibi stationem hibernam, si tamen mittendus ad eum Artemas aut Tychius advenerit : 12.

II°. *Præmittere Zenam et Apollo*, necessariis omnibus rite instructos : 13.

III°. *Monere Cretenses*, ut in hoc liberalitatis exercitio præstare bono opere et fructu addiscant : 14.

IV°. *Salutare ex aliis et ex se omnes*, cum adjuncto voto. 15.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD PHILEMONEM.

I°. *Inscriptio.* Paulus captivus cum Timotheo
- I. Salutem dicit
  - 1°. Philemoni, quem ob hospitalitatem vocat suum cooperatorem; 1.
  - 2°. Appiæ fideli Philemonis uxori aut sorori; 2.
  - 3°. Archippo, ecclesiæ Colossensis ministro; 2.
  - 4°. Familiæ Philemonis christianæ. 2.
- II. Apprecatur his omnibus gratiam et pacem. 3.

II°. *Ingressus.* Gratias agendo, precando Deum, et gaudium declarando, 4, 7. laudat charitatem Philemonis,
- I. Ortam ex fide et propagatam ad fideles : 5.
- II. Efficacem et operibus plenam : 6.
- III. Liberalem in sublevandis afflictorum miseriis. 7.

III°. *Transitio.* Captat benevolentiam, dicens propositionem faciendam,
- I. Non imperando, pro auctoritate Apostoli; 8.
- II. Sed obsecrando, pro charitate et veneratione mutua. 9.

IV°. *Propositio.* Veniam petit pro Onesimo filio suo, per fidem in vinculis genito. 10.

V°. *Confirmatio.* Pro obtinendo postulato motiva allaturus,
- I. Spondet, Onesimum, ante noxium, post utilem futurum : 11.
- II. Asserit eum sibi charissimum : 12.
- III. Ostendit officia, a Philemone lubenter præstanda, sibi ab illo fuisse exhibita : 13.
- IV. Exponit, non detentum a se Onesimum, ne officium, sibi ab eodem exhibitum, videretur haud libere, sed coacte a Philemone permitti ac præstari : 14.
- V. Indicat, Onesimi fugam fuisse occasionem, ut, facta ad fidem conversione, ille domino uniretur perpetuo, servique loco redderetur frater, utrique charissimus : 15, 16.

VI. Provocat ad societatem fidei, et beneficium quasi sibi exhibendum profitetur : 17.

VII. Promittit reparationem damni ab Onesimo illati; pro sponsione has litteras cupit accipi; insinuat tamen, Philemonem aliunde suum debitorem : 18, 19.

VIII. Urget contestando, summum inde solatium sibi præstitum iri. 20.

VI°. *Conclusio.* Pro clausula

I. Demonstrat fiduciam certam impetrandi, etiam amplius quam postularat : 21.

II. Rogat, præparari hospitium sibi, e vinculis, ut sperat, liberando per illorum preces; 22.

III. Dicit salutem ex Epaphra vinculorum, laborum autem Marco, Aristarcho, Dema et Luca sociis : 23.

IV. Adjicit apprecationem gratiæ. 24.

EPISTOLA

SANCTI PAULI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

TRACTATIO ACEPHALA.

PARS I. DOGMATICA.

COLENDAM ESSE RELIGIONEM EVANGELICAM, ABJICIENDAM AUTEM OBSERVANTIAM LEGALEM, OSTENDITUR COMPARANDO UTRIUSQUE TUM PRÆCONES SEU PRIMOS INTERPRETES, TUM MINISTROS SEU SUMMOS PONTIFICES, TUM TESTAMENTA, CULTUM ET SACRIFICIA.

§ I. PRÆCELLENTIA CHRISTI, QUI AUCTOR ET PROMULGATOR FUIT EVANGELII, PRÆ PATRIBUS PRÆNUNTIATORIBUS, ANGELIS ORDINATORIBUS, ET MOYSE MEDIATORE LEGIS.

I°. *Christus præcelluit antiquis Patribus, a Deo afflatis, voluntatis divinæ interpretibus,*

I. Non quidem tempore, quo his ille fuit posterior, *cap.* 1, *v.* 1, 2.

II. Sed dignitate; qua est superior, tum qua Deus, ob filiationem, hæreditatem et universi causalitatem ac conservationem, tum qua homo, ob dominium universale, redemptionem a peccatis, et elevationem ad dexteram Dei. 2, 3.

II°. *Christus præcelluit Angelis*

I. Ratione originis divinæ, ab Angelorum natura differentis: 4, 5.

II. Ratione adorationis illi debitæ, et ab ipsis Angelis præstandæ: 6.

III. Ratione officii angelico majoris: 7-9.

IV. Ratione omnipotentiæ creatricis: 10.

V. Ratione æternitatis immutabilis: 11, 12.

VI. Ratione deputationis, Christi quidem ad præsidendum, Angelorum autem ad ministrandum. 13, 14.

* *Corollarium : Itaque accuratius est obediendum doctrinæ evangelicæ.* Cap. II, v. 1.

I. Probatur : Hanc obedientiam exigit

1°. Comparatio Evangelii cum lege, quæ, licet ab Angelis tum ministrata, imponebat obediendi necessitatem; 2.

2°. Conditio præcellens Evangelii, utpote quod ab ipso Domino editum, ab Apostolis promulgatum, signis et donis fuit confirmatum; 3, 4.

3°. Auctoritas postremo tempori seu Ecclesiæ imperandi, concredita,

1. Non Angelis, 5.

2. Sed, teste Davide, homini, Angelis quidem secundum naturam minori, secundum dominium autem et judicis potestatem majori. 6-8.

II. Illustratur : Hunc hominem esse Christum Jesum,

1°. Declaratur ex ejus minoratione per passionem, et gloria per resurrectionem; 9.

2°. Confirmatur, ostendendo mortis Christi congruentiam,

1. Ex communi salutem consequendi conditione; 10.

2. Ex congrua salvatoris et salvandorum æqualitate; 11-13.

3. Ex fructibus inde profectis; qui sunt

α. Abolitio imperii diabolici; 14.

β. Liberatio ad imperio mortis; 15.

γ. Contestatio assumptæ humanitatis; 16.

δ. Demonstratio mediationis impendendæ a mediatore similem conditionem experto. 17, 18.

III°. *Christus præcelluit Moysi, quantumvis suo in ministerio fideli :* quia

I. Moyses tantum legatus Dei, Christus legatus et pontifex : *cap.* III, *v.* 1, 2.

II. Moyses pars Ecclesiæ, Christus architectus ejusdem : 3.

III. Moyses creatura, Christus creator : 4.

IV. Moyses famulus Dei et in domo aliena, Christus filius Dei et in domo propria. 5, 6.

* Adhortatio ad perseverantiam in fide Christi : 7. hæc fit

1°. Proponendo exemplum Israelitarum, ob incredulitatem in deserto pereuntium, et a Palæstina exclusorum; 8-11.

2°. Deterrendo a simili pœna ob similem culpam ; 12.

3°. Excitando ad mutuas cohortationes; 13.

4°. Declarando, participationem cum Christo dependere a perseverantia ; 14.

5°. Exponendo hoc ipsum allata rursus Israelitarum figura; 15-19.

6°. Applicando hunc typum Christianis : ubi ostenditur

1. Ad hos etiam pertinere monitum datum et promissum factum; *cap.* IV, *v.* 1-3.

2. Præter requiem sabbati et Palæstinæ, superesse aliam beatitudinis, in Psalmo promissam fidelibus et obedientibus; 4-6, 9, 10.

3. Restare etiam tempus aliud, distinctum ab Israelitarum ætate, quod a Psalmista vocatur hodie; 7, 8.

7°. Urgendo alacritatem in fide et obedientia evangelica, ob Verbi divini judicium increduiis timendum; 11-13.

8°. Incitando infirmos ad spem misericordiæ et gratiæ, impetrandæ per Christum pontificem nostrum, tum potentissimum, quia filius est Dei, tum ad miserendum pronissimum, quia homo nobis assimilatus. 14-16.

§ II. PRÆCELLENTIA CHRISTI, TANQUAM PONTIFICIS MAXIMI, PRÆ AARONE, SACERDOTIBUS ET LEVITIS ANTIQUI FŒDERIS.

I°. *Christus est verus pontifex summus.*

I. Probationis propositio : Omnis pontifex debet,

1°. Ratione naturæ, esse homo; *cap.* v, *v.* 1.

2°. Ratione dispositionis, affici compassione erga peccatores; 2.

3°. Ratione officii, offerre tum pro populo tum pro se; 3.

4°. Ratione electionis, vocari a Deo ad munus. 4.

II. Probationis assumptio : Supposita conditione prima, et dilata interim tertia, ostenditur quarta et secunda; quia Christus

1°. Non usurpavit suapte sacerdotium, sed vocatur a Deo in psalmis Filius Dei per incarnationem, et sacerdos secundum ordinem Melchisedech; 5, 6.

2°. In carne mortali constitutus,

1. Oravit pro se magna energia et fructu; 7.

2. Sacrificavit pro omnibus, factus obediens usque ad mortem; 8, 9.

3°. Declaratus est a Deo pontifex secundum ordinem Melchisedech. 10.

* Ratio intermissi sermonis, de summa sacerdotii Melchisedechiani dignitate hic instituendi, desumitur

1°. Ex parte auditorum; qui adhuc in fide sunt infirmi, et cum pueris ad rudimenta ablegandi, cum tamen deberent esse magistri; 11, 12.

2°. Ex parte doctrinæ; quæ perfecta et sublimis est, atque a perfectis tantum capienda. 13, 14.

** Occasione tamen ejusdem rationis non repetitur doctrina de fidei rudimentis; quia

1°. Neophyti etiam infirmi, cum rudimentorum jam sint gnari, perducendi sunt ad perfectoria; *cap.* VI, *v.* 1, 3.

2°. Apostatæ autem nequeunt per catechesim disponi ad baptismum, utpote quos rebaptizari est impossibile; 4-6.

3°. Peccatores porro nec fidei respondentes, ob gratiæ uberioris neglectum, approximant reprobationi; 7, 8.

4°. Christiani denique, ad quos hic scribitur, non indigent; quia his postremis sperantur meliores, et operum misericordiæ exercitio sat probantur. 9, 10.

*** Opportunitate mox dictæ existimationis, urgentur christiani ad profectum in bono, 11.

1°. Proponendo exempla fervidorum sodalium; 12.

2°. Commemorando, velut exempli loco,

1. Promissionem a Deo factam Abrahæ et juramento firmatam; 13, 14.

2. Obedientiam et constantiam hujus patriarchæ, his promissionibus sustentatam; 15.

3°. Exponendo eamdem Dei cum Abrahæ filiis quasi humanam agendi rationem, ad excitandos fidelium animos; 16-18.

4°. Commendando spem beatitudinis, a Christo jam cœlum ingresso nobis paratæ. 19, 20.

II°. *Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech.* 20.

Hinc vero leviticis sacerdotibus est superior : et quidem,

I. Proportione cum Melchisedech servata, est superior

1°. Dignitate; quia Melchisedech, secundum nomen, civitatem, conditionem, generationem, durationem et historiam in Genesi relatam, est eximius; *cap.* VII, *v.* 1-3.

2°. Auctoritate; quia,

1. Cum superioris sit accipere decimas ab inferiori, et benedicere minori, 4, 7.

2. Melchisedech, licet extraneus, decimavit et benedixit

α. Tum Abrahæ; 5, 6.

β. Tum in eodem Levi : 8-10.

3°. Perfectione; quia sacerdos secundum ordinem Melchisedech erat surrogandus, qui haberet vim perficiendi seu justificandi. 11.

* Ad hanc surrogationem factam, sacerdotium Aaronicum cum lege fuisse abrogatum, 12, constat

1. Tum ex abrogationis signis, quæ sunt

α. Mutatio tribus, 13, 14.

β. Mutatio ordinis, 15.

γ. Mutatio ordinationis; 16, 17.

2. Tum ex abrogationis motivis, quæ sunt

α. Legis antiquæ infirmitas ad perfectionem præstandam; 18.

β. Legis novæ energia ad amicitiam cum Deo conciliandam. 19.

II. Comparatione cum antiquis sacerdotibus facta, est superior

1°. Institutione sacerdotali, quæ cum juramento facta nobilius testamentum indicat; 20-22.

2°. Immortalitate sacerdotis, quæ sacrificii perpetuitatem ostendit; 23-25.

3°. Perfectione omnimoda pontificis, quæ oblationis utilitatem determinat. 26-28.

III. Attentione ad circumstantias relatas, est superior

1°. Statione; quia cum majestate sedet ad dexteram Dei; *cap.* VIII, *v.* 1.

2°. Ministerio; quia fungitur sacris in Ecclesia triumphante; 2.

3°. Oblatione; quia non terrena ant legalia, sed cœlestia et divina offert. 3-5.

§ III. PRÆCELLENTIA TESTAMENTI, CULTUS ET SACRIFICII NOVI PRÆ ANTIQUIS.

I°. *Præcellere Novum Testamentum,* cognoscitur ex eo, quod

I. Sancitum sit promissis melioribus: 6.

II. Non sit imperfectum, ut prius: 7.

III. Prædictum fuerit, tanquam antiquo præstantius 8, 9.

1°. Ratione subjecti; quia inscribetur cordibus populi specialiter Deo proprii; 10.

2°. Ratione cognitionis; quia manifestabit Deum omnibus sine alieno ministerio; 11.

3°. Ratione effectus; quia peccatorum veniam et oblivionem afferet. 12.

* Infertur, Testamentum Vetus, quod tempore prophetiæ allatæ jam senuerat, nunc interiisse. 13.

II°. *Præcellere novum cultum,* cognoscitur

I. Ex ritibus et instrumentis antiquæ legis: *cap.* IX. *v.* 1.

1°. Hæc enumerantur et sunt

1. Sanctum, habens candelabrum et mensam propositionis; 2.

2. Sanctum Sanctorum, habens aureum thuribulum et arcam, in qua urna manna continens, virga Aaronis et tabulæ Testamenti; 3-5.

3. Sacrificia quotidiana, in priori continuo celebrata; 6.

4. Sacrificium annuum, in posteriori a pontifice pro se et populo, non sine sanguine oblatum, 7.

2°. Eadem declarant inefficaciam cultus; quia figurabant

1. Viam et januam in cœlum necdum apertam; 8.

2. Expiationem conscientiæ oblatis hostiis non peractam; 9.

3. Corporales cærimonias, ad tempus duntaxat impositas. 10.

II. Ex mysteriis legis novæ: in qua est

1°. Pontifex bonorum æternorum et tabernaculum; 11.

2°. Libamen ac sanguis effusus, non pecudum, sed Christi proprius; 12.

3°. Effectus constitutus, non in purgatione corporis, sed in redemptione æterna, ac emundatione conscientiæ, 13, 14.

III. Ex Christi mediatoris morte,

1°. Tum necessaria

1. Ad hæreditatem æternam, expiatis etiam antiquorum peccatis, cernendam; 15.

2. Ad veram testamenti rationem habendam; 16, 17.

3. Ad figuram Veteris Testamenti, per omnia sanguine sanciti, complendam : 18-21.

2°. Tum efficiente

1. Remissionem peccatorum; 22.
2. Mundationem animarum et cœlorum; 23.
3. Ingressum ad cœlum et conspectum Dei : 24.

3°. Tum congruente, ut

1. Fieret sacrificium proprio, non alieno sanguine; 25.
2. Offerretur illud semel in fine temporum ad abolitionem peccati; 26.
3. Decerneretur Christo post mortem adventus ad judicium, sicut hoc homini est statutum. 27, 28.

III°. *Præcellere sacrificium novum,* colligitur

I. Ex sacrificiorum antiquorum insufficientia : quam probant

1°. Ratio umbræ ac figuræ legalibus tantum convenientis; unde vis significandi duntaxat, non sanctificandi habebatur; *cap.* x, *v.* 1.

2°. Necessaria sacrificii tum annui tum quotidiani repetitio pro iisdem peccatis; 2, 3, 11.

3°. Impotentia sanguinis pecuarii ad auferenda peccata. 4.

II. Ex eorumdem abrogatione : quam declarant

1°. Repudiatio hostiarum, oblationum et holocautomatum; 6, 8.

2°. Corporis Christi acceptatio in sacrificium; 5, 7.

3°. Substitutio hujus in locum illorum. 9.

III. Ex sacrificii a Christo oblati efficacia : quam docet

1°. Oblationis effectus, qui est hominum sanctificatio; 10.

2°. Oblationis unitas; quia, sacrificio hoc cruento semel oblato, iterationem

1. Nec permittit gloriosa Christi conditio; 12, 13.
2. Nec postulat sanctificatio jam consummata; 14.
3. Nec exigit peccatorum, juxta prophetiam jam penitus ablatorum, remissio. 15-18.

PARS II. PARÆNETICA.

§ I. EXHORTATIO AD CONSTANTIAM IN FIDE.

I°. *Proponuntur hujus constantiæ*

I. Fundamenta : scilicet

1°. Ostium cœli apertum per sanguinem Christi; *cap.* x, *v.* 19.

2°. Via ad illud strata per Christi exemplum; 20.

3°. Commoratio Christi in cœlo ad nos recipiendos parati. 21.

II. Exercitia : quæ sunt

1°. Fides plena, cum sinceritate cordis et munditia conscientiæ, per baptismum accepta; 22.

2°. Spes nixa fidelitati divinæ, cum professione fidei facta; 23.

3°. Charitas cum mutua ad bonum excitatione; 24.

4°. Conjunctio continuata cum Ecclesia, nec ad aliorum exemplum disrupta. 25.

III. Motiva, retrahentia ab apostasia : eorum

1°. Alia desumuntur ex subeundis alias malis; cujusmodi sunt

1. Futura impossibilitas reconciliationis; 26.

2. Imminens damnationis sententia; 27.

3. Major et severior pœna infligenda, quam quæ in lege olim inflicta fuit; 28, 29.

4. Vindicta a Deo irato judice sumenda : 30, 31.

2°. Alia desumuntur ab amittendis bonis, quæ Hebræi exspectare possunt,

1. Ob certamina post baptismum suscepta; 32.

2. Ob tribulationes vel in se vel in sociis toleratas; 33.

3. Ob bonorum jacturam, spe boni melioris non æstimatam. 34.

IV. Media conducentia : nempe

1°. Confidentia de mercede accipienda; 35.

2°. Patientia in exspectanda Dei promissione; 36.

3°. Certitudo de remuneratore propediem venturo; 37.

4°. Vita ex fide et sic ad Dei placitum instituta; 38.

5°. Exclusio ignaviæ et pusillanimitatis a fide. 39.

II°. *Exponuntur fidei retinendæ*

I. Definitio, quæ est, Sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium : *cap.* xi, *v.* 1.

II. Objectum, quod est, Deus existens et remunerator : 6.

III. Necessitas : quatenus sine fide impossibile est placere Deo : 6.

IV. Utilitas

1°. Ad consequendam justitiam : ut patet in justis omnibus ante Christum; 2.

2°. Ad obtinendam intelligentiam : ut patet in notitia de creatione mundi a Deo conditi. 3.

V. Merita et testimonia, quæ habuerunt et dederunt

1°. Patres ante legem :

1. Abel sacrificio pretiosiore duplex testimonium justitiæ consecutus ; 4.
2. Henoch Deo gratus et citra mortem ab hominibus translatus ; 5.
3. Noe, jussu Dei fabricata arca, hæres justitiæ constitutus ; 7.
4. Abraham, ad Domini vocem obediens, relicta patria peregrinatus in terra promissa, exspectatione cœlestis stationis erectus ; 8-10.
5. Sara, promissioni credens, in senecta sterili fœcunditatem consecuta, ex Abrahamo, secundum generandi vim emortuo, donata posteritate numerosa ; 11, 12.
6. Patriarchæ Abrahæ posteri, hospites se in hac terra professi, nec Palæstinam possidentes, nec Chaldæam repetentes, sed possessionem et patriam cœlestem exspectantes ; 12-16.
7. Abraham Isaac promissionis filium immolare paratus, et divinæ omnipotentiæ confisus ; 17-19.
8. Isaac dans filiis benedictionem de futuris ; 20.
9. Jacob similiter filiis benedicens, et Christum adorans ; 21.
10. Joseph memorans futurum exitum Israelitarum ex Ægypto, et de sepultura sua disponens. 22.

2°. Patres sub legis promulgatæ tempora :

1. Parentes Moysis natum occultantes, spreto regis edicto ; 23.
2. Moyses ipse, jam vir factus,
   - α. Spreta adoptione regia et deliciis aulæ divitiisque contemptis, ex spe cœlestis præmii eligens afflictam cum suis sortem ; 24-26.
   - β. Apparitionibus Dei familiariter usus, Pharaonem haud veritus, celebrato paschate et servatis a percussore Angelo Judæis, populum educens ex Ægypto ; 27, 28.
3. Filii Israel, ex Ægypto egressi,
   - α. Transeuntes mare rubrum quasi per aridam, suffocatis aqua Ægyptiis ; 29.
   - β. Iidem Jordanem transgressi, post septem dierum circuitum collapsos Jerichuntis muros conspicati : 30.
4. Rahab, exceptis hospitio exploratoribus, servata ab interitu. 31.

3°. Patres post legem :

1. Judices et prophetæ ; 32.
2. Heroes insignes præclare gestis, Palæstinæ occupatores, miraculorum tum patratores tum susceptores ; 33-35.
3. Viri tolerantia malorum et tormentorum sub Israelis regibus et Antiocho celebres. 35-38.

§ II. EXHORTATIO AD PATIENTIAM.

Motiva ad hanc virtutem excitantia sunt

I. Exempla

1°. Patrum enumeratorum, quantumvis dilata mercede, non deficientium; *cap.* XI, *v.* 39, 40; *cap.* XII, *v.* 1.

2°. Christi auctoris et consummatoris fidei, sponte sua et pro nobis graviora ferentis. 2-4.

II. Necessitas, quia castigatio est

1°. Probatio filiorum Dei; 5.

2°. Indicium amoris Dei erga nos paterni; 6.

3°. Conditio necessario genuinorum Dei filiorum. 7, 8.

III. Utilitas, quæ apparet

1°. Ex æquitate et effectu disciplinæ patrum carnalium, comparatis ad ampliores emergentes ex disciplina Dei, tanquam patris spiritus et sanctificationis; 9, 10.

2°. Ex fructu justitiæ pacatissimo, compensante mœrorum præsentem. 11.

§ III. EXHORTATIO AD STUDIUM PERFECTIONIS.

I°. *Agenda* :

I. Excussa socordia, strenue inchoandum : 12.

II. Recto tramite et firma alacritate pergendum : 13.

III. Paci cum omnibus, et pietati cordis studendum. 14.

II°. *Cavenda* :

I. Nemo gratiæ divinæ desit : 15.

II. Nec pravo exemplo aut dogmate aliis obsit : 15.

III. Nec sit scortator, sacrorum negligens, aut ventri deditus, ad morem Esau, primogenita sine recuperationis eventu pro vili esca vendentis. 16, 17.

III°. *Consideranda* :

I. Legis Mosaicæ conditio, quæ est

1°. Conflata ex adjunctis sensibilibus et materialibus; 18, 19.

2°. Conjuncta cum terrore auditorum et promulgatoris ipsius. 20, 21.

II. Legis evangelicæ præstantia, quæ habetur

1°. Ex origine cœlesti, et Angelorum consortio; 22.

2°. Ex communione beatorum et Dei præsidio; 23.

3°. Ex Christi mediatione et interventu. 24.

III. Nata hinc studii perfectionis obligatio,

1°. Ob Christi, multo minus quam Angeli contemnendi, æstimationem; 25.

2°. Ob judicii etiam nunc imminentis severitatem; 26.
3°. Ob futuræ sortis immutabilitatem; 27.
4°. Ob divinam negligentiæ vel abusus ultionem. 28, 29.

§ IV. EXHORTATIO AD VIRTUTIS OMNIGENÆ EXERCITIUM

I°. *In officiis civilibus.* Exhibeatur
I. Fratribus charitas : *cap.* XIII, *v.* 1.
II. Peregrinis hospitalitas, etiam miraculis celebrata : 2.
III. Vinctis auxilium, et patientibus compassio : 3.
IV. Pauperibus beneficentia, et bonorum communio, utpote grata Deo : 16.
V. Præpositis obedientia et subjectio, illorum meritis debita et subditis proficua. 17.

II°. *In officiis familiaribus.*
I. Servetur conjugalis castitas, cui opposita vitia Deus punit : 4.
II. Exclusa avaritia, acquiescat animus præsentibus, confidat in Deo de futuris. 5, 6.

III°. *In officiis religiosis.*
I. Vigeat Apostolorum memoria, imitatio et fides : 7.
II. Sicut Jesus Christus semper est idem, sic doctrina de eodem sit eadem et invariata : 8, 9.
III. Stabiliatur cor, non cibis legalibus aut victimis mosaicis, sed gratia Dei et sacramento altaris. 9, 10.
* Participatio hujus hostiæ non conceditur Hebræis, nisi a Judaismo conversis ; 10.
1°. Quia nec sacerdotibus leviticis dabatur portio ex sacrificio pro peccato, cum hostia hæc cremaretur extra castra ; 11.
2°. Sed Christi corpus est sacrificium pro peccato, cum ideo is passus fuerit extra urbem ; 12.
3°. Ergo ut Hebræi participare possint ex eodem, extra castra, hoc est extra synagogam exire debent ; 13.
4°. Nec obstat, hinc exilium spontaneum esse adeundum ; quandoquidem in hoc sæculo stabilem civitatem non habeamus, sed peregrinemur ad futuram seu cœlestem Jerusalem. 13, 14.
IV. Offeratur per Christum Deo sacrificium eucharisticum. 15.

ADJECTIO

CONTINET POSTULATIONEM, APPRECATIONEM, ROGATIONEM, SALUTATIONEM ET VOTUM.

I°. *Paulus postulat* Hebræorum preces pro se,
I. Tanquam optime erga illos affecto : *cap.* XIII, *v.* 18.
II. Tanquam optante acceleratum eorum conspectum. 19.
II°. *Apprecatur* illis gratiam ad omne bonum a Deo,
I. Tanquam auctore pacis, per Christi redemptionem datæ : 20.
II. Tanquam operatore omnis boni, per Christum in nobis faciendi. 21.
III°. *Rogat,* ut benevole suscipiant
I. Tum epistolarem hanc, pro rei gravitate brevem, adhortationem : 21.
II. Tum Timotheum epistolæ bajulum. 23.
IV°. *Salutat,* et ex se et ex Italis christianis, præpositos et reliquos fideles. 24.
V°. *Subjicit* votum characteristicum. 25.

LIBRI MORALES

NOVI TESTAMENTI.

II.

EPISTOLÆ

SANCTORUM JACOBI, PETRI, JOANNIS ET JUDÆ

APOSTOLORUM.

EPISTOLA

SANCTI JACOBI APOSTOLI.

INSCRIPTIO.

JACOBUS CHRISTI SERVUS SALUTAT CONVERSOS EX JUDAISMO CHRISTIANOS PER PROVINCIAS DISPERSOS. *Cap.* I, *v.* 1.

PARS I. PARÆNETICA.

ADHORTATUR APOSTOLUS AD CONSTANTIAM IN FIDE CONTRA
2. QUASCUMQUE TENTATIONES,

I°. *Proponendo fructus inde oriundos,* qui sunt
- I. Virtus patientiæ probata : 3.
- II. Perfectio Christiana consummata : 4.
- III. Charitas Dei coronata. 12.

II°. *Suggerendo media,* quæ sunt
- I. Precatio ad Deum,
  - 1°. Liberalitati divinæ commensurata ; 5.
  - 2°. Perseverantia fiduciali comitata ; 6.
  - 3°. A defectibus contrariis purgata. 7, 8.
- II. Virtus proportionata conditioni,
  - 1°. Pauperum quidem, acquiescentia in sorte adoptionis ; 9.
  - 2°. Divitum autem, humilitas facile secutura ad perpensam divitiarum vanitatem. 10, 11.

III°. *Exponendo cautelas*
- I. Circa judicium de origine mali et boni : 16. tenendum nempe est,
  - 1°. Originem mali et tentationis ad malum
    - 1. Non esse Deum ; 13.
    - 2. Sed esse cujuslibet concupiscentiam, quæ per complacentiam, assensum et opus, tanquam per gradus, ad peccatum et pœnam peccati pergit ; 14, 15.
  - 2°. Originem boni esse Deum, utpote omnis bonitatis auctorem universalem, constantem et gratuitum. 17, 18.

II. Circa moderationem

1°. Linguæ, per tardiloquium ; 19.

2°. Iræ, per remoram præcipitantiæ ; 20.

3°. Malignitatis, per abolitionem pravorum habituum. 21.

IV°. *Ostendendo subsidia,* quæ capi possunt

I. Ex verbo Dei,

1°. Suscepto cum docilitate ; 21.

2°. Redacto per opera ad praxin ; 22.

3°. Per oblivionem aut dissipationem non neglecto ; 23, 24.

4°. Per meditationem ac usum constanter custodito. 25.

II. Ex religionis exercitio,

1°. Coercente petulantiam linguæ et depravationem cordis ; 26.

2°. Perficiente sanctimoniam vitæ, opera misericordiæ et fugam corruptionis. 27.

PARS II. ELENCTICA.

APOSTOLUS, REPREHENDENDO, REPROBRANDO, ET DISSUADENDO, AGIT

I°. *Contra personarum acceptionem in delatione dignitatum sacrarum.*

I. Personarum acceptio, universim proposita, dissuadetur tanquam minus congruens cum fide : *cap.* II, *v.* 1.

II. Speciatim exposita, quæque divites ad honores ecclesiasticos promovet, pauperes autem inde repellit, 2, 3. reprobatur

1°. Ob iniquitatem judicii, ex hac discretione promicantis; 4.

2°. Ob contrarietatem divinæ providentiæ, pauperes præferentis; 5.

3°. Ob indignitatem divitum, ex frequentatis illorum vitiis provenientem; 6, 7.

4°. Ob violationem charitatis, quin et totius legis ac legislatoris, hinc resultantem; 8-11.

5°. Ob vices nostris actionibus a Deo reddendas. 12, 13.

II°. *Contra errorem de sufficientia fidei sine operibus.* Fides, sine operibus ex fide factis,

I. Inutilis est

1°. Tum ipsi fidem habenti; 14.

2°. Tum proximo rerum egenti. 15, 16.

II. Inanis et vana est,

1°. Quia mortua; 17, 20, 26.

2°. Quia impotens ad sui probationem; 18.

3°. Quia non satis distincta a fide dæmonum. 19.

III. Imperfecta est, quia justitiam

1°. Nec auget, ut factum ab Abrahamo Isaacum offerente; 21, 22.

2°. Nec consummat, ut ab eodem est præstitum; 22, 23.

3°. Nec conservat, ut a Rahab perfectum. 24, 25.

III°. *Contra ambitum docendi*, maxime *pruriginem spargendi doctrinas novas.*

I. Dissuadetur hic ambitus, ob graviorem de hujusmodi officio reddendam Deo rationem : *cap.* III, *v.* 1.

II. Ob præsens periculum delinquendi in hoc officio per linguam : 2. exponitur hoc periculum

1°. Per linguæ vim, maximam in membro minimo, comparatam

1. Cum fræno equum cogente; 3.

2. Cum gubernaculo navim regente; 4.

3. Cum ignis scintilla sylvam accendente : 5.

2°. Per difficultatem in lingua domanda,

1. Ob pronitatem ad omne malum; 6.

2. Ob ferociam præ bestiis majorem; 7.
3. Ob indolem lubricam et malignam; 8.

3°. Per promiscuum linguæ ad bona et mala usum,
1. Manifestatum per quotidianam benedictionis et maledictionis experientiam; 9, 10.
2. Illustratum a monstrosis comparationibus, tum fontis aquas dulces et amaras fundentis, tum germinis fructus discrepantes ferentis. 11, 12.

III. Ob vanam multorum de acquisita sapientia præsumptionem : quia

1°. Vita multorum
1. Caret operibus bonis et modestia; 13.
2. Abundat zelo amaro et contentionibus : 14.

2°. Sapientia
1. Falsa quidem, hoc est terrena, animalis et diabolica, zelum ejusmodi et contentionem cum operum pravitate exercet; 15, 16.
2. Vera autem, hoc est cœlestis, virtutibus et fructibus bonis abundat. 17, 18.

IV°. *Contra vitia generi humano communia.*

I. Contra concupiscentiam carnis et mundi, quæ proponitur

1°. Tanquam origo bellorum et litium; *cap.* IV, *v.* 1.
2°. Tanquam incitamentum vitiorum, fine tamen optato carentium; 2.
3°. Tanquam impedimentum votorum, a Deo impetrandorum; 3.
4°. Tanquam obstaculum amicitiæ et gratiæ divinæ. 4, 5.

II. Contra superbiam vitæ, quæ,

1°. Spectata ad Deum,
1. Habet eum sibi adversantem; 6.
2. Illius loco, subdit diabolo hominem; 7.
3. Recedit et elongatur a Deo : 7.

2°. Considerata ad subjectum,
1. Depravat actiones et affectus, reformandos per pœnitentiam; 8.
2. Corrumpit mores, emendandos per conversionem; 9.
3. Amittit exaltationis finem, obtinendum per humiliationem : 10.

3°. Relata ad proximum, temerario contra eum judicio
1. Detrahit, et inobediens est legi; 11.
2. Involat in manus divini judicis; 12.
3. Condemnat seipsam : 13.

4°. Comparata ad rerum eventum, facit, ut hic
1. Proponatur temere, ob lucri et temporis vicissitudinem; 13.
2. Nesciatur, ob ignorantiam futuri; 14.
3. Sit incertus, ob dependentiam a Dei arbitrio et vita instabiliter superstite : 15.

5°. Sumpta ad sequelas,
1. Perversa est, ob complacentiam in se malignam; 16.
2. Peccatrix est, ob boni negligentiam, cum debiti scientia conjunctam. 17.

III. Contra concupiscentiam oculorum : intemperantibus divitiarum amatoribus dolor in præsenti adest, miseria in futuro imminet : *cap.* v, *v*, 1. hi enim,

1°. Ob duritiam in pauperes, utensilia situ corrumpi et pecuniam æruginare sinunt ; 2, 3.
2°. Ob iniquam corrasionem, mala hujus et alterius vitæ colligunt ; 3.
3°. Ob fraudatam operariorum mercedem, vindictam divinam provocant ; 4.
4°. Ob effusam in luxum et luxuriam vitam, mortem accersunt ; 5.
5°. Ob insatiabilem appetitum, rapinas homicidiis innocentum cumulant. 6.

PARS III. ISAGOGICA.

DOCUMENTA PRO DIVERSIS VITÆ CONDITIONIBUS.

I°. *In adversitatibus exercenda est*

I. Patientia, constantiam sumptura

1°. Ab intuitu agricolæ perdurantis; *cap.* v, *v.* 7.

2°. Ab exspectatione judicis remunerantis; 8.

3°. Ab exemplo prophetarum, Jobi et Christi fortiter patientium. 10, 11.

II. Abstinentia a murmure et querelis, ob judicium imminens. 9.

II°. *In humano commercio utendum sermone simplici, non jurato.* 12.

III°. *In animi affectionibus, et quidem in tristitia est orandum, in lætitia psallendum.* 13.

IV°. *In ægritudine gravi usurpandum sacramentum infirmorum;* cujus indicatur

I. Subjectum, minister, materia et forma : 14.

II. Item effectus, tam in corpus quam in animam redundans. 15.

V°. *In statu peccati facienda est a peccatore confessio, addenda a justo oratio.* 16. Hujus efficacia

I. Asseritur, sub conditione justi et precantis et perseverantis : 16.

II. Probatur exemplo Eliæ, pro variatione precum jam claudentis cœlum, jam in pluviam aperientis. 17, 18.

VI°. *In casu apostasiæ curanda lapsi conversio.* Hæc

I. Indigitatur quidem ut difficilis : 19.

II. Commendatur tamen ut maxime utilis converso æque ac convertenti. 20.

EPISTOLA

SANCTI PETRI APOSTOLI PRIMA.

EXORDIUM

PETRUS APOSTOLUS CONVERSIS AD CHRISTUM JUDÆIS, PER ASIÆ PROVINCIAS DISPERSIS,

I°. *Dicit salutem*, cap. I, v. 1.
II°. *Precatur pacem*. 2.

PARS I. DOGMATICA.

DE CHRISTIANÆ RELIGIONIS BENEFICIIS ET OBLIGATIONIBUS, DE VARIIS CHRISTIANORUM OFFICIIS.

I°. *Beneficia, christianis divinitus concessa*, sunt
- I. Spes hæreditatis cœlestis, in et cum baptismo collata : 3, 4.
- II. Fides gratiæ auxilio ad perseverandum, inter tentationum probationes, usque ad finem adjuta : 5-7.
- III. Charitas Christi, cum gaudio et salute conjuncta : 8, 9.
- IV. Experimentum gratiarum, de Christo et Ecclesia a prophetis prædictarum, et ab Apostolis annuntiatarum. 10-12.

II°. *Obligationes, christianis propriæ*, sunt
- I. Vitæ sanctitas, stans
  - 1°. In affectuum moderatione; 13.
  - 2°. In obedientiæ præstatione ; 14.
  - 3°. In morum ad Christi vitam conformatione. 15, 16.
- II. Filialis erga Deum timor, excitandus
  - 1°. Ex Dei, patris simul et judicis, persona ; 17.
  - 2°. Ex pretii, pro hominum salute expensi, valore maximo; 18, 19.
  - 3°. Ex salute nostra, tanquam scopo, universæ redemptionis œconomiæ proposita. 20-22.

III. Fraterna proximi charitas, eaque sincera et constans, utpote

1°. Oriunda ex Dei verbo et Christi Evangelio immutabili; **23, 25.**

2°. Immunis inde a carnis mutabilitate; **4.**

3°. Purgata ab affectibus charitati **contrariis.** ***Cap.*** II, *v.* **1.**

IV. Studium propriæ perfectionis,

1°. Augendæ ex gustu Verbi divini, adinstar infantis ex lacte crescentis; **2, 3.**

2°. Amplificandæ per fidem et conjunctionem cum Christo, instar domus ex impositis fundamento muris consurgentis; **4-8.**

3°. Promovendæ per munera et exercitia, populo electo et sacerdotibus competentia.

V. Cura mortificationis,

1°. Coercendo interiores motus, ne succumbat anima; **11.**

2°. Impediendo exteriores actus, ne scandalizetur proximus, maxime gentilis. **12.**

PARS II. ETHICA.

DE VARIIS CHRISTIANORUM OFFICIIS.

I°. *Officia specialia, et propria usui politico.* Nempe

I. Subditorum : hi erga magistratus, tum supremos cum inferiores,

1°. Præstent subjectionem, pro Dei voluntate et utili gentilibus exemplo; *cap.* II, *v.* 13-15.

2°. Non obtendant pro rebellione libertatem evangelicam; 16.

3°. Deferant honorem, non omissis erga proximum, Ecclesiam et Deum officiis cæteris. 17.

II. Servorum : hi exhibeant submissionem et reverentiam dominis, etiam asperis et cum excessu rigidis : 18.

1°. Ob meritum patientiæ, ex duritia immerita augendum; 19, 20.

2°. Ob exemplum Christi innocentis, patienter sustinentis, et pro nobis satisfacientis; 21-24.

3°. Ob fructum justitiæ et veræ ad Deum conversionis inde capiendum. 25.

III. Conjugum : ex his

1°. Uxores, ad maritos infideles Christo lucrandos, istorum

1. Imperiis submissione respondeant; *cap.* III, *v.* 1.
2. Affectibus verecunda conversatione serviant; 2.
3. Oculis, non tam externo supellectilis, quam interno virtutum ornatu placeant; 3, 4.
4. Amoribus, ad Saræ aliarumque sanctarum mulierum exemplum, potiri studeant. 5, 6.

2°. Mariti cum uxoribus, natura quidem infirmioribus, sed gratia æqualibus, agant prudenter, honorifice et congrue ad pietatem. 7.

II°. *Officia communia omnibus.*

I. Spectantia ad commercium cum infidelibus :

1°. Exerceantur virtutes sociales, exclusa omni vindicta; 8, 9.

2°. Colatur justitia, fugiendo malum, præsertim linguæ intemperantiam, et prosequendo bonum, maxime pacem; 10-12.

3°. Servetur firmitas et quies animi, contra adversantium vim et minas; 13, 14.

4°. Custodiatur innocentia, sanctitate cordis et integritate morum irreprehensibili; 15-17.

5°. Erigatur inter adversa animus, ex Christi passi exemplo et mortis efficacia, 18.

1. Jam ante resurrectionem, in limbo Patrum probata; 15, 19.
2. Post resurrectionem, in baptismo credentium manifestata; 21.
3. Post ascensionem et deinceps, per salutem electorum confirmanda. 22.

II. Spectantia ad culturam propriam :

1°. Mortificentur desideria carnis,

1. Ad imitandum Christum, peccatis mortuum ; *cap.* IV, *v.* 1.
2. Ad obediendum voluntati Dei ; 2.
3. Ad reparandum dedecus vitæ præteritæ; 3.
4. Ad declinandum Dei judicium, infidelibus, hanc conversionem calumniantibus, impendens. 4-6.

2°. Jungatur prudentia et vigilantia orationibus, ob finem mundi instantem. 7.

III. Spectantia ad conversationem cum fidelibus :

1°. Foveatur charitas, multitudinem peccatorum operiens; 8.

2°. Exerceatur hospitalitas, absque significatione molestiæ; 9.

3°. Communicetur proximo gratia, pro ratione doni accepti; 10.

4°. Dirigatur hæc verbi ac ministerii dispensatio ad honorem et gloriam Dei. 11.

IV. Spectantia ad occursum adversitatum :

1°. Harum experimentum

1. Non videatur insolens; 12.
2. Accipiatur ut materia gaudii, et communicatio cum Christi passionibus; 13.
3. Habeatur pro indicio beatitudinis, argumento gloriæ et testimonio præsentis Spiritus Sancti : 14.

2°. Earumdem causa

1. Non sit crimen ullum a tolerante commissum; 15.
2. Sed sola religio aut nomen christiani : 16.

3°. Ipsarum præsentia vigens

1. Congruit tempori et conditioni ; 17.
2. Manifestat æquitatem Dei in pœna impiorum; 18.
3. Excipienda est secundum Dei voluntatem, et cum adjectione bonorum operum. 19.

III°. *Officia specialissima œconomiæ ecclesiasticæ.* Prænotata et, ex titulo presbyteri et testis de Christi mysteriis oculati, asserta Petro auctoritate, *cap.* V, *v.* 1.

I. Præscribitur presbyteris cura fidelium subditorum

1°. Suscipienda animo benevolo; 2.

2°. Gerenda Dei, non turpis lucri studio; 2.

3°. Promovenda, non duritia imperii, sed facilitate exempli. 3.

II. Promittitur iisdem superabundans merces a summo animarum pastore : 4.

III. Imperatur subditis fidelibus obedientia erga curatores sacros : 5.

IV. Commendatur utrisque

1°. Mutua reverentia et humilitas sub Deo; 5, 6.

2°. Omnimoda confidentia de Dei providentia; 7.
3°. Sobrietas et vigilantia contra diaboli tentationes; 8.
4°. Fortitudo in fide et constantia in adversis. 9.

EPILOGUS

CONTINET VOTUM, MONITUM ET SALUTATIONEM.

I°. *Precatur et optat*
I. Fidelibus hactenus tentatis perfectionem, confirmationem et constantiam vocationis : 10.
II. Deo gloriam et imperium. 11.
II°. *Monet* de litterarum latore Silvano, et argumenti expositi veritate. 12.
III°. *Salutem*
I. Dicit a Romana ecclesia et Marco : 13.
II. Communicari osculo mutuo imperat : precatur gratiam. 14.

EPISTOLA

SANCTI PETRI APOSTOLI SECUNDA.

EXORDIUM.

SIMON PETRUS SERVUS ET APOSTOLUS CHRISTI FIDELIBUS CHRISTIANIS

I°. *Dicit salutem,* cap. I, v. 1.
II°. *Precatur gratiam et pacem.* 2.

ARGUMENTUM.

TRACTATIO PARÆNETICA.

I°. *Adhortatio ad profectum fidei, desumpta ex præteritis,* qua Petrus

I. Exoptat, tanquam profectus fundamentum, plenam cognitionem 2. divinæ
1°. Potentiæ, in vocatione ad fidem et pietatem manifestatæ; 3.
2°. Munificentiæ, per divinitatis communicationem et a corruptione exemptionem probatæ. 4.

II. Præscribit profectus gradus faciendos
1°. Ex fide ad virtutem; ex virtute ad scientiam; 5.
2°. Ex scientia ad abstinentiam; ex abstinentia ad patientiam; ex patientia ad pietatem; 6.
3°. Ex pietate ad amorem fraternum; ex hoc amore ad Christum; 7.
4°. Ex his obtentis ad plenam et practicam Christi cognitionem, quæ illis absentibus nulla est ac inutilis; 8, 9.
5°. Inde vero ad perseverantiam in bonis operibus, cujus fructus sunt
1. Immunitas a peccato, 10.
2. Facilis in cœlum aditus. 11.

III. Commendat utramque de profectu monitionem,
1°. Tanquam documentum, etiam scientibus inculcandum; 12.
2°. Tanquam testamentum, a se brevi morituro relinquendum; 13, 14.
3°. Tanquam memoriale, post mortem suam observandum. 15.

IV. Confirmat hanc commendationem, adjiciendo narrationem de transfiguratione Christi historicam, quam

1°. Præfatur, distinguendo a fabulis et testando proprium visum; 16.

2°. Exequitur, referendo gloriosum Christi spectaculum, vocem Patris de cœlo auditam, præsentium perceptionem et loci situm; 17, 18.

3°. Concludit, laudando veritatem et commendando utilitatem sermonis hujus. 19.

V. Declarat, historiam hanc esse confirmationem prophetiarum de Christo, quarum

1°. Lectio et attenta consideratio continuanda suadetur; 19.

2°. Expositio et interpretatio neutiquam ex privato hominum sensu facienda monetur; 20.

3°. Inspiratio et elocutio non humanæ voluntati, sed Spiritus Sancti afflatui tribuitur. 21.

II°. *Adhortatio ad cautelam in fide, desumpta ex instantibus.* Cavendum a Simonianis, Cerinthianis et Nicolaitis, partim grassantibus partim emergentibus hæreticis : de his

I. Causæ et initia hæreseos notantur

1°. Ambitio factiosa, et ingrata contra Deum rebellio; *cap.* II, *v.* 1.

2°. Luxuria, et deturpans religionem lascivia; 2.

3°. Avaritia ex religionis negotio lucrum captans. 3.

II. Pœnæ, causis hæreseos correspondentes, exponuntur

1°. In Angelis ob superbiam ad infernum dejectis; 4.

2°. In mundo primitivo per diluvium ob luxuriam punito; 5.

3°. In Sodoma et Gomorrha ob additam lasciviæ vim ac scandalum, servato tamen Loth, exusta : 6-8.

* Exemplo, innocentibus ad solatium, nocentibus ad terrorem dato. 9.

III. Mores perversi, ex hæreseos initiis profecti, describuntur,

1°. Ex superbia quidem damnatorum Angelorum fastum excedente, contemptus magistratuum, audacia præsumptuosa, factiosa maledicentia; 10, 11.

2°. Ex lascivia, redactus ad bestiarum intereuntium conditionem status, immoderatus voluptatum usus, propudiosa intemperantia, projectio et sollicitatio ad omnem libidinem; 12-14.

3°. Ex avaritia, neglectus apostolicæ sobrietatis, et sacrilega lucri cupiditas, ad morem Balaami cum dedecore castigati. 14-16.

IV. Effectus funesti, sub figura fontium sine aqua, et nubium ventis agitatarum adumbrati, 17. proponuntur et sunt

1°. Vanitas in prædicatione, sensualitas in persuasione, falsitas in promissione, perditio in consecutione; 18, 19.

2°. Inconstantia et relapsus, ob ingratitudinem, malitiam et turpitudinem, deterior. 20-22.

III°. *Adhortatio ad constantiam in fide, desumpta ex futuris.* In hac occurrit

I. Præfatio, qua commendatur attentio ad dicenda : quæ sunt

1°. Argumentum secundæ jam epistolaris monitionis; *cap.* III, *v.* 1.

2°. Materia prædictionum a prophetis et Apostolis factarum. 2.

II. Propositio, qua prædicuntur futuri sub extrema tempora hostes fidei, dignoscendi

1°. Ex charactere, quo cum simulatione illudunt omnibus, et suis indulgent cupiditatibus; 3.

2°. Ex doctrina, qua, ob dilatum Christi adventum, negant judicium futurum, statum mundi hactenus turbatum aut unquam postea turbandum. 4.

III. Refutatio hujus doctrinæ

1°. Quoad punctum secundum : globus terraqueus diluvio submersus probat, mundum jam fuisse perturbatum; 5, 6.

2°. Quoad punctum tertium : universum igne exurendum ostendit mundum posthac perturbandum; 7.

3°. Quoad puncti primi probationem : dilatio, tanquam indicium nunquam futuri allata, nihil probat; quia

1. Non est diuturna in consideratione Dei; 8.

2. Nec tarda ex impotentia, sed indulgens ex misericordia : 9.

4°. Quoad punctum primum : adventus judicis erit subitaneus, finis mundi violentus. 10.

IV. Argumentatio, qua colligitur

1°. Ex destructione mundi universali, esse nunc colendam sanctimoniam, exercendam pietatem, incunctanter instituendam præparationem ad diem Domini; 11, 12.

2°. Ex novitate mundi immutandi, excitandam exspectationem et spem promissorum ; 13.

3°. Ex utroque, esse

1. Augendum studium virtutum et pacis; 14.

2. Sentiendum melius de longanimitate Christi, tanquam fundamento nostræ salutis, etiam Pauli litteris contestata. 15.

* Occasione mentionis factæ, notatur illarum litterarum tum difficilis alicubi intellectus, tum abusus in proprium detorquentium perditionem cedens. 16.

V. Conclusio, qua monentur fideles

1°. Cavere, ne seducti ab ejusmodi excidant a constantia; 17.

2°. Studere, ut crescant in gratia et agnitione Christi, cui doxologia adjicitur. 18.

EPISTOLA

SANCTI JOANNIS APOSTOLI PRIMA.

TRACTATIO ACEPHALA.

PARS I. DOGMATICA.

COMPENDIARIA EVANGELII EXPOSITIO

I°. *Quoad credenda.*

- I. Objectum fidei est Christus, Verbum Patris æternum, in tempore incarnatum : *cap.* I, *v.* 1, 2.
- II. Credibilitas mysterii habetur ex Christi prædicatione et Apostolorum testimonio, omnibus sensibus probato : 1, 3, 5.
- III. Finis et effectus doni est communio cum Deo, et gaudium completum : 3, 4.
- IV. Conditio obtinendi, et indicium obtenti hujus beneficii est conformatio ad Deum tanquam lucem omnibus tenebris carentem, stans in illustri justitiæ studio, et comparata, per applicatum Christi sanguinem, peccatorum abolitione. 5–7.

II°. *Quoad agenda.*

- I. Humilitas exercenda
  - 1°. Per agnitionem pronitatis ad peccandum, et lapsuum quotidianorum; 8.
  - 2°. Per confessionem peccatorum commissorum. 9, 10.
- II. Spes de remissione peccatorum obtinenda,
  - 1°. Ob Dei in promissis fidelitatem ; 9.
  - 2°. Ob Christi apud Patrem mediationem; *cap.* II, *v.* 1.
  - 3°. Ob satisfactionis pro toto mundo factæ oblationem. 2.
- III. Obedientia divinis mandatis præstanda,
  - 1°. Tanquam sequela practicæ de Deo cognitionis; 3, 4.
  - 2°. Tanquam nota perfectæ in Deum charitatis; 5.
  - 3°. Tanquam proprietas veræ cum Deo unionis. 5, 6.
- IV. Dilectio proximi fovenda,
  - 1°. Quia mandatum de illa et antiquum est et novum; 7, 8.

2°. Quia oppositum illius est indicium injustitiæ et præsagium frequentium peccatorum; 9, 11.

3°. Quia exercitium ejusdem est testimonium agnitæ veritatis, et impedimentum omnis scandali. 10.

III°. *Quoad considerанda.* Revocanda sunt in memoriam,

I. A fidelibus omnibus, collata per Christum gratia : 12.

II. A senioribus, data æternorum notitia : 13.

III. Ab adolescentibus et juvenibus, concessa per Dei virtutem victoria mundi : 13, 14.

IV. Ab infantibus , prælibata veri suorum patris agnitio. 14.

IV°. *Quoad fugienda.* Nec mundus, nec quæ mundi, diligenda sunt;

I. Quia mundi dilectio pugnat cum charitate Dei : 15.

II. Quia mundi complexum est corruptio universalis, aliena a Deo : 16.

III. Quia mundi duratio, instabilis et brevissima, est remota ab immutabilitate Dei, et Deo obsequentium. 17.

PARS II. POLEMICA.

ANTITHESES DOCTRINÆ, VITÆ ET STUDIORUM.

I°. *Antithesis doctrinæ.*

I. Doctrina hæretica notatur

1°. A novitate, in ortu postremis temporibus eveniente; *cap.* II, *v.* 18.
2°. Ab apostasia et antichristianismo, in auctoribus; 19.
3°. A mendacio Christi et filii Dei characterem Jesu negante, in dogmate; 22, 23.
4°. A seductione, in affectu. 26.

II. Doctrina catholica commendatur

1°. Ab unctione Spiritus Sancti et cognitione veritatis, concessa fidelibus; 20, 21.
2°. Ab antiquitate, constantia et utilitate, conveniente dogmati; 24, 25.
3°. A sufficientia unctionis, non exigente aliud magisterium; 27.
4°. Ab adhæsione ad dogma constanti, producente fiduciam in judicio, et justitiam in vita. 28, 29.

II°. *Antithesis vitæ.*

I. Vita spiritualis

1°. Oritur ex Deo, per gratiam adoptivæ filiationis; *cap.* III, *v.* 1.
2°. Assimilatur cum Deo
  1. Consummate, in gloriæ manifestatione; 2.
  2. Inchoate, in vitæ sanctitate et justitia; 3, 7.
3°. Imitatur Deum, utpote destructorem peccati et impeccabilem, 5.
  1. Per peccati devitationem; 6.
  2. Per peccandi impotentiam. 9.

II. Vita carnalis

1°. Destituitur vera Dei cognitione; 1, 6.
2°. Prævaricatur contra legem Dei; 4.
3°. Originem habet, non ex Deo, sed ex diabolo. 8, 10.

III°. *Antithesis studiorum.*

I. Studia filiorum mundi,

1°. Dum omittunt proximi dilectionem, mandatum Dei violant; 10, 11.
2°. Dum maligne invident alteri, sequuntur Cainum; 12.
3°. Dum abhorrent a fidelibus, se morti adhuc subesse probant; 13, 14.
4°. Dum odio habent fratrem, homicidii crimen et reprobationis pœnam incurrunt. 15.

II. Studia filiorum Dei sint

1°. Ponere vitam pro fratribus, ad imitandum Christi pro nobis mortui amorem; 16.

2°. Communicare egentibus subsidia vitæ necessaria, ad probandam nostram erga Deum charitatem; 17.

3°. Adhibere, non sola verba, sed opera, ad ostendendam amoris fraterni veritatem. 18.

* Ad hujusmodi exercitia excitare debent,

1. Consequens hinc certa et nulli reprehensioni obnoxia, cordis persuasio de sinceritate fraternæ dilectionis; 19, 20.

2. Innixa tum huic conscientiæ, tum observationi mandati primarii præstitæ, fiducia in Deum et spes obtinendi omnia; 21-23.

3. Accedens inde constantia unionis cum Deo, etiam donis Spiritus Sancti confirmata. 24.

PARS III. DIDACTICA.

INSTRUCTIONES DE PROBATIONE SPIRITUUM, DILECTIONE PROXIMI ET NOTIONE FIDEI.

I°. *Instructio de probatione spirituum.*

I. Suscipienda est exploratio hujusmodi, ne temere credatur cuilibet, et locus detur pseudoprophetis : *cap.* IV. *v.* 1.

II. Instituenda est in doctores, qui,

1°. Si credant Jesum Christum incarnatum, spiritus ex Deo est; 2.

2°. Si negant hoc mysterium, non ex Deo, sed Antichristi est spiritus. 3.

III. Proferenda est ad discipulos, qui,

1°. Si sint mundi sectatores, est spiritus erroris; 5.

2°. Si Dei et Apostolorum sunt auditores, est spiritus veritatis; 6.

* Ex utroque charactere, fidelibus proprio, abstergitur metus Antichristi et confirmatur animus. 4, 6.

II°. *Instructio de dilectione proximi.*

I. Præceptum amoris mutui : 7.

II. Motiva, observationem hujus præcepti suadentia, sunt

1°. Charitatis origo divina, natura ejusdem filiatio adoptiva et facultas cognoscendi Deum; 7, 8.

2°. Exemplum Dei, filium suum gratuito pro nostra salute donantis, amore inter nos reciproco imitandum; 9-11.

3°. Beneficentia Dei, per charitatis consummationem, per Spiritus Sancti donationem, per Salvatoris missionem, per unionis cum homine continuationem sese licet invisibilem communicantis, præstita fraternæ dilectioni; 12-16.

4°. Charitatis perfectio, fiduciam in die judicii concilians, et hinc timorem abigens, sine mutuo amore non obtinenda; 17, 18.

5°. Obligatio nostri erga Deum amoris reciproca, absque nostro proximi amore nec facile nec simpliciter adimplenda. 19-21.

III°. *Instructio de notione fidei.* Hanc offerunt fidei

I. Consectaria,

1°. Alterum obligationis, qua natus per fidem ex Deo tenetur

1. Diligere Deum tanquam patrem, et hinc fideles tanquam fratres; *cap.* V, *v.* 1.

2. Dilectionem utramque probare per observantiam mandatorum Dei : 2, 3.

2°. Alterum privilegii, tribuentis victoriam de mundo, quæ est

1. Effectus fidei, 4.

2. Prærogativa fidelium. 5.

II. Testimonia

1°. Probantia veram per Deum-hominem redemptionem; 6.

2°. Deposita a tribus testibus, qui sunt unum,

1. In cœlo, a Patre, Verbo et Spiritu Sancto;

2. In terra, a spiritu, aqua et sanguine. 8.

3°. Recipienda tanquam divina, et fidem summam promerentia. 9.

III. Efficacia

1°. Discernendi fidelem ab infideli : quorum

1. Ille honore, hic contumelia Deum afficit; 10.

2. Ille gaudet, hic caret jure ad vitam æternam; 11, 12.

* Dicta hæc sunt ad consolationem credentium : 13.

2°. Impetrandi a Deo, quidquid secundum filius voluntatem petierint fideles

1. Sive pro se sive pro proximo; 14, 15.

2. Etiam pro peccatore; qui tamen si apostata fuerit, pro illo preces non imperantur. 16, 17.

IV. Fructus, cujusmodi sunt

1°. Carentia peccati, conservatio gratiæ, immunitas a diabolo; 18.

2°. Conscientia divinæ indolis, et discrepantia a mundo ex omni parte maligno; 19.

3°. Donum cognoscendi verum Deum et hujus filium, qui est verus Deus et vita æterna, atque hinc eumdem dignoscendi a falsis diis ac inani felicitate. 20.

* Monitum finale, ut fideles sibi caveant ab idololatria. 21.

EPISTOLA

SANCTI JOANNIS APOSTOLI SECUNDA.

EXORDIUM

Joannes, cum suis fidelibus, Electæ, hujusque filiis

I. Contestatur amorem : 1.
II. Exponit hujus motivum : 2.
III. Apprecatur gratiam et pacem. 3.

ARGUMENTUM.

Idem eidem

I. Gratulatur profectum in religione : 4.
II. Commendat amorem mutuum ex Dei mandato : 5, 6.
III. Præcavet a falsis doctoribus,
- 1°. Detegendo istorum errorem et characterem ; 7.
- 2°. Proponendo præmium permanentibus in fide, et pœnam ab illa deficientibus constitutam ; 8, 9.
- 3°. Dissuadendo quamcumque cum illis communionem. 10, 11.

EPILOGUS.

Adjicit idem ad eamdem

I. Excusationem litterarum breviorum : 12.
II. Promissionem adventus sui proximi : 12.
III. Salutem ex cognatis. 13.

EPISTOLA

SANCTI JOANNIS APOSTOLI TERTIA.

EXORDIUM

Inscriptio Joannis ad Gajum,

I. Cum contestatione amoris; 1.

II. Cum apprecatione prosperitatis in omnibus. 2.

ARGUMENTUM.

I°. *Elogium Gaji*

I. Prædicatum a fratribus advenis : 3.

II. Formatum ex conversatione prorsus consona fidei : 4.

III. Amplificatum ab hospitalitate : 5. quam

1°. Exhibitam sibi, testantur peregre profecti in causa Christi; 6, 7.

2°. Continuandam in eosdem commendat Apostolus. 8.

II°. *Vitia Diotrephes*

I. Exposita, per dominatum in fideles, malevolentiam in Apostolum, duritiam in peregrinos, et sævitiam in horum hospites : 9, 10.

II. Castiganda ab Apostolo adventuro : 10.

III. Neutiquam imitanda a Gajo. 11.

III°. *Probitas Demetrii*, fidelium, veritatis et ipsius Apostoli testimonio confirmata. 12.

EPILOGUS

Scriptio finitur

I. Cum excusatione epistolaris brevitatis in copia dicendorum : 13.

II. Cum promissione adventus proximi, apprecatione pacis, et salute tum ab amicis data, tum ad amicos danda. 14.

EPISTOLA

SANCTI JUDÆ APOSTOLI.

EXORDIUM.

Judas, servus Christi et frater Jacobi, electis a Deo, conservatis a Christo et vocatis ad fidem

I. Dicit salutem : 1.

II. Optat misericordiæ, pacis et charitatis complementum. 2.

PROPOSITIO.

Ad promovendam salutem communem et confirmandam fidem,

I. Fuit dudum animus, nunc etiam accessit necessitas scribendi : 3.

II. Occasionem præbuit clandestinus, sed olim jam prædictus, in Ecclesiam ingressus hominum, ex impietate, lascivia et infidelitate infamium. 4.

TRACTATIO

CONTINET EXHIBITIONEM HÆRETICORUM ET ADHORTATIONEM FIDELIUM.

I°. *Exhibitio hæreticorum,*

I. Per characteres proprios

1°. Præfiguratos

1. In rebellione Judæorum in deserto mortuorum; 5.
2. In apostasia Angelorum ex cœlo ad infernum dejectorum; 6.
3. In luxuria Pentapolitarum igne exustorum : 7.

2°. Applicatos ad hæreticorum turpitudinem carnis, contemptum dominationis et blasphemiam majestatis; 8.

3°. Reprobatos, quoad blasphemiæ insolentiam, a modestia Michaelis diabolo nihil imprecantis. 9.

II. Per mores perversos

1°. In abusu rationis, ignota blasphemantis et cognita corrumpentis; 10.

2°. In imitatione scelerum a Cain, Balaam et Core patratorum; 11.

3°. In intemperantia, levitate ac inutilitate vitæ; 12.

4°. In pravitate exempli et infelicitate finis; 13.

5°. In effræni linguæ et concupiscentiæ licentia. 16.

III. Per indicia prophetica

1°. Data ab Enoch, prædicante extremum judicium, contra impios de malitia operum et blasphemia verborum instituendum; 14, 15.

2°. Aucta ab Apostolis, describentibus venturos sub postremum tempus illusores religionis, segreges ab Ecclesia, Spiritu divino vacuos, in concupiscentias et vitam sensualem effusos. 17-19.

II°. *Adhortatio fidelium,*

I. Quantum ad ipsos fideles,

1°. Ut fidem suam virtutibus amplificent, et Spiritus Sancti motu orationibus instent; 20.

2°. Ut dilectionem Dei foveant, et cum firma spe beatitudinem æternam exspectent. 21.

II. Quantum ad hæreticos,

1°. Ut judicio errantes rationibus convincant et arguant; 22.

2°. Ut moribus corruptos injecto inferni terrore ad frugem reducant; 23.

3°. Ut obduratos in impietate deserant, cum compassione quidem ad personas, sed cum aversione a vitiis. 23.

EPILOGUS

Circumscribitur doxologia,

I. Terminata ad Deum, tanquam auctorem et consummatorem nostræ sanctitatis et salutis : 24.

II. Delata per Christum mediatorem. 25.

O. A. M. D. G.

INDEX ANALYTICUS.

LIBRI MORALES VETERIS TESTAMENTI.

CAPUT II.

DE ECCLESIA.

LIBER PROVERBIORUM.

PARS I.

INTRODUCTIO AD SAPIENTIÆ DISCIPLINAM.

SECTIO I.

SECTIO II.

INSTITUTIONES AD SAPIENTIÆ DISCIPLINAM.

PARS II.

PARS III.

ANALECTA SALOMONIS.

ECCLESIASTES.

DEMONSTRATIO VANITATIS RERUM HUMANARUM.

CANTICUM CANTICORUM.

EPITHALAMIUM DRAMATICUM

LIBER SAPIENTIÆ.

PARS I.

ORATORIA.

PARS II.

SCENICA.

ECCLESIASTICUS.

PARS I.

COLLECTANEA DICTORUM AD SAPIENTIÆ COMMENDATIONEM, PER LIBRUM SPARSORUM.

PARS II.

DOGMATA, PRÆCEPTA ET MONITA SAPIENTIÆ, DE OMNI VIRTUTUM ET OFFICIORUM GENERE.

PARS III.

EXEMPLA SAPIENTIÆ A CELEBRIORIBUS VETERIS TESTAMENTI VIRIS EDITA, ET A SIRACIDE COMMENDATA.

LIBRI HISTORICI NOVI TESTAMENTI.

HISTORIA DOMINICA EX EVANGELISTARUM SYNOPSI DESCRIPTA.

EPOCHA PRIMA.

VITA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI A SUO ORTU USQUE AD PRIMUM POST BAPTISMUM PASCHA.

SECTIO I.

PRÆCOGNITA ET PRÆAMBULA AD NATIVITATEM CHRISTI.

SECTIO II.

HISTORIA CHRISTI NASCENTIS ET ADOLESCENTIS.

SECTIO II.

PRÆPARATIO ET INITIA VITÆ PUBLICÆ CHRISTI.

EPOCHA SECUNDA.

VITA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI A PRIMO POST BAPTISMUM PASCHATE USQUE AD SECUNDUM.

SECTIO I.

EXPEDITIO CHRISTI SACRA PER UNIVERSAM PALÆSTINAM.

SECTIO II.

SERMO CHRISTI IN MONTE, UNIVERSAM ETHICAM CHRISTIANAM COMPENDIO COMPLEXUS.

SECTIO III.

EXCURSIO CHRISTI EX CAPHARNAUM BREVIOR, SED FACTIS AUCTIOR.

EPOCHA TERTIA.

VITA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI A SECUNDO POST BAPTISMUM PASCHATE USQUE AD TERTIUM.

SECTIO I.

HISTORIA CHRISTI A CAPTIVITATE JOANNIS USQUE AD EJUS AD CHRISTUM LEGATIONEM.

SECTIO II.

HISTORIA CHRISTI A LEGATIONE JOANNIS USQUE AD HUJUS MORTEM.

SECTIO III.

HISTORIA CHRISTI A MORTE JOANNIS USQUE AD PASCHA SUBSEQUENS.

EPOCHA QUARTA.

VITA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI A TERTIO POST BAPTISMUM PASCHATE USQUE AD TRIUMPHALEM INGRESSUM IN JERUSALEM.

SECTIO I.

HISTORIA CHRISTI A PASCHATE USQUE IN MENSEM SEPTEMBREM.

SECTIO II.

HISTORIA CHRISTI A MENSE SEPTEMBRI USQUE IN MENSEM DECEMBREM.

SECTIO III.

HISTORIA CHRISTI A MENSE DECEMBRI USQUE AD INGRESSUM TRIUMPHALEM IN JERUSALEM.

EPOCHA QUINTA.

VITA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI A TRIUMPHALI IN JERUSALEM INGRESSU USQUE AD ASCENSIONEM IN COELUM.

SECTIO. I.

HISTORIA CHRISTI A TRIUMPHALI IN JERUSALEM INGRESSU USQUE AD EGRESSUM AD HORTUM GETHSEMANI.

SECTIO II.

HISTORIA CHRISTI AB INGRESSU IN HORTUM GETHSEMANI USQUE AD MORTEM.

SECTIO III.

HISTORIA CHRISTI A MORTE USQUE AD ASCENSIONEM IN CŒLUM.

HISTORIA APOSTOLICA EX ACTIBUS APOSTOLORUM
DESCRIPTA.

PARS I.

ECCLESIA CHRISTI AB APOSTOLIS FUNDATA HIEROSOLYMÆ.

SECTIO I.

APPARATUS AD FUNDATIONEM ECCLESIÆ CHRISTI.

SECTIO II.

INITIA FUNDATÆ HIEROSOLYMIS ECCLESIÆ CHRISTIANÆ.

SECTIO III.

INCREMENTUM FUNDATÆ ECCLESIÆ.

SECTIO IV.

CONFIRMATIO ECCLESIÆ HIEROSOLYMIS FUNDATÆ.

PARS II.

ECCLESIA CHRISTI EXTENSA PER PALÆSTINAM ET VICINIAM.

SECTIO I.

EXTENSIONIS HUJUS INITIA.

SECTIO II.

EXTENSIONIS ECCLESIÆ PER PALÆSTINAM ET VICINIAM INCREMENTUM.

PARS III.

ECCLESIA CHRISTI LATISSIME PROPAGATA AD GENTES.

SECTIO I.

PROPAGATIO ECCLESIÆ PER SYRIAM ET ASIAM MINOREM.

SECTIO II.

PROPAGATIO ECCLESIÆ HIS IN REGIONIBUS STABILITA.

SECTIO III.

PROPAGATIO ECCLESIÆ IN MACEDONIAM ET GRÆCIAM PROMOTA.

SECTIO IV.

PROPAGATIO ECCLESIÆ PER ASIAM ET MEMORATAS PRIUS REGIONES PARTIM INCHOATA PARTIM AMPLIFICATA.

PARS IV.

ECCLESIA CHRISTI MULTIPLICITER PROBATA IN PAULO.

SECTIO I.

PROBATIO HIEROSOLYMIS CŒPTA

SECTIO II.

PROBATIO CÆSAREÆ CONTINUATA.

SECTIO III.

PROBATIO ROMÆ FINITA.

HISTORIA PROPHETICA EX APOCALYPSI

DESCRIPTA.

VISIO I.

VISIO II.

VISIO III.

VISIO IV.

VISIO V.

VISIO VI.

VISIO VII.

LIBRI MORALES NOVI TESTAMENTI.

I.

EPISTOLÆ CANONICÆ SANCTI PAULI APOSTOLI.

EPISTOLA AD ROMANOS.

EPISTOLA AD CORINTHIOS PRIMA.

EPISTOLA AD CORINTHIOS SECUNDA.

PARS II. — MORALIS.

EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

PARS I.

PARS II.

PARS III.

EPISTOLA AD COLOSSENSES.

PARS I. — DOGMATICA.

PARS II. — ETHICA.

EPISTOLA AD THESSALONICENSES PRIMA.

PARS I.

PARS II.

EPISTOLA AD THESSALONICENSES SECUNDA.

PARS I.

PARS II.

PARS III.

EPISTOLA AD TIMOTHEUM PRIMA.

EPISTOLA AD TIMOTHEUM SECUNDA.

EPISTOLA AD TITUM.

EPISTOLA AD PHILEMONEM.

EPISTOLA AD HEBRÆOS.

PARS I. — DOGMATICA.

PARS II. — PARÆNETICA.

II.

EPISTOLÆ SS. JACOBI, PETRI, JOANNIS, ET JUDÆ.

EPISTOLA SANCTI JACOBI.

PARS I.

PARS II.

PARS III.

EPISTOLA SANCTI PETRI PRIMA.

PARS I.

PARS II.

EPISTOLA SANCTI PETRI SECUNDA.

EPISTOLA SANCTI JOANNIS PRIMA.

PARS I.

PARS II.

PARS III.

EPISTOLA SANCTI JOANNIS SECUNDA.

EPISTOLA SANCTI JOANNIS TERTIA.

EPISTOLA SANCTI JUDÆ.

INDEX BIBLICUS.

Uniuscujusque libri capita et versus in hoc indice non recensentur, nisi ordo, quo in Bibliis sibi invicem succedunt, ab ordine analyticæ expositionis discrepet.

FINIS TOMI SECUNDI ET ULTIMI.

EMENDANDA.

IN TOMO PRIMO.

	Legitur:	Legatur:
Pag. 6, lin. 25:	a. 995 mortuus	— a. 895 mortuus
— — — 26:	a. 762 mortuus	— a. 962 mortuus
— 116, not., lin. 2:	lib. V, cap. XIX, num. 3	— lib. V, cap. XVIII, num. 3
— 354, not., lin. 2:	lib. 3, num. 4-6;	— lib. 3, cap. 21, num. 4-6;
— 371, not., lin. 2:	lib. 4, num. 11,	— lib. 4, cap. 33, num. 11,

IN TOMO SECUNDO.

	Legitur:	Legatur:
Pag. 187, lin. ult.:	6.	— 6, 7.
— 194, — 27:	22-23.	— 22-24.
— 243, not. (1), lin. 2:	2, 4:	— 2-4:
— 255, not. (1), lin. 1:	L. VIII,	— L. VII,
— 263, not. (2), lin. 1:	Mr. XII..... Mt. III,	— Mt. XII..... Mr. III,
— 269, not. (1), lin. 4:	33-35.	— 24-26.
— 270, 271, n. (1), l. 1:	Mt. XII,	— Mt. XIII,
— 275, lin. 1:	1°. Mari turbato;	— 1°. Mari turbato; 3, 8, 9.
— 283, lin. 5:	In hac.	— In hac
— 284, not. (1), lin. 3:	Mt. VII,	— Mt. XVII,
— 286, n. ad § IX, lin. 9:	XVIII,	— XVII,
— — not. (1), lin 2:	L. VIII,	— L. XVII,
— 287, not. (2), lin. 1:	J. VIII,	— J. VII,
— 294, not. (2), lin. 2:	16.	— 10.
— 308, not. (1), lin. 1:	L. VII,	— L. XVIII,
— 340, not. (1), lin. 2:	13;	— 1, 3;

Quoties autem in decursu Historiæ Dominicæ nota numerica, singulis uniuscujusque paragraphi membris alligata, cum schemate ad infimam paginæ oram affixo non consentit, illud semper tenendum, ut nota prior ex posteriore emendetur.

Le Mans. — Impr. Julien, Lanier et Cᵉ